





100

100

100

100

100

100

100

100

100

100

100

100


100

100

100


100

ATN  
3643



M. 46788  
R. 25075

ATN  
3643



*es del coll' de la Comp' de l'lib' de l'amp' para calibrar...*

*no hene 26 qo*

# TRACTATUS

*de parochorum obligatione tempore pestis.*

V N V S:

## de spirituali cognatione

ALTER,

*cum variis annotationibus, potius digressionibus: cum summaris item  
ac indice locupletissimo, diuersisq; tabulis.*

A V C T O R E

Melchior Gallego sacerdote Hispalensi, theologo, ac iuris utriusque doctore, cathedralis ecclesiae Pom-pelonensis hospitalario.

GALLEGO.



GALLEGO.

X

*noticia de la guerra de 1708*

*Es de la Libreria*

*Infelix, qui recta docet, sed viuit inique.  
Infelix, qui pauca sapit, spernitq; doceri.  
Infelix, cuius nulli sapientia prodest.*

POMPELONE.

*Excudebat Thomas Porralis, cum licentia supreni Senatus.*

Anno M. D. LXXXVIII.



TRACTATUS

de rebus in rebus temporibus...

de spirituali cognitione

...et de rebus in rebus...

AVTOR

Melchior Galles...



GALLICO

GALLICO

...in rebus in rebus...

POMPELONE

Anno M. D. C. LXXVIII

# Licencia.



On Philippe por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Nauarra, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Portugal, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Menorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Iauen, de los Algarbes de Algezira, de Gibraltar, de las islas de Canaria, Indias orientales, y occidentales, tierra firme del mar oceano, archiduque de Austria, duque de Borgoña, de Brabante, y de Milan, conde de Abspurg, de Flandes, y de Tirol, de Barcelona, señor de Vizcaya, y de Molina. Por quanto por parte de vos Don Melchor de Gallego Doctor en theologia, y ambos derechos, hospitalero de la cathedral de la ciudad de Pamplona, nos fue hecha relacion, diciendo, que vos auades compuesto en lengua Latina dos tratados, de *parochorum obligatione tempore pestis*, y el otro, de *cognitione spiritali*, con sus anotaciones, y assimismo seys varias disputaciones perteneciétes a la theologia, como a ambos derechos Pontificio y Cesareo, assimismo con sus anotaciones, para añadir a otras veynte y quatro disputaciones, que antes de ahora auades compuesto, y comenzado a imprimir, con licencia de los del nuestro consejo. Todo lo qual nos supplicastes, mandallemos ver, y examinar, y despues de visto y examinado, siendo aprouado como Catholico, y provechoso, os diessemos licencia, para lo poder hazer imprimir, y vender, juntamente con lo demas, que con licencia de los del nuestro consejo teneyd comenzado a imprimir, o como la nuestra merced fuese. Lo qual visto por los del nuestro consejo, auiendo se hecho por nuestro mandado las diligencias, y examen, que se requiere para poderse imprimir semejantes libros. Fue acordado, que deuiamos mandar dar esta nuestra carta para vos en la dicha razon, por la qual, os damos licencia, y facultad, para que podays hazer imprimir los dichos dos tratados, y seys disputaciones, con sus anotaciones, juntamente con lo demas, que por otra nuestra prouision teneyd licencia de hazer imprimir, sin que por ello, caygays, ni incurrayd en pena alguna, con que despues que se vieren imprimido, se traygan al dicho nuestro consejo, para que se calle el precio, que por cada volumen auays de auer. Dada en la nuestra ciudad de Pamplona, lo el sello de nuestra Chancilleria, a dos de Deziembre, de mil y quinientos y ochenta y siete años.

*Don Luys Carrillo y Toledo.*

El Licenciado  
Licena.

El Licenciado  
Subiga.

El Licenciado  
Iuan de Ybero.

El Doctor  
Calderon.

El Licenciado  
Rada.

Por mandado de su Magestad, el teniente de visorey, y los de su consejo real, en su nombre.

Hieronimo de Aragon, secretario.



# Approbatio.



**T**RACTATVM de parochorum obligatione pestis tempore, cum annotationibus, additionibusque suis: alterum quoque de cognatione spirituali, cum suis annotationibus: additionesque variarum præterea resolutionum: quæstiones septem, annotationesque ad easdem, verius digressiones, (sunt enim ceu miculæ mensa oppipara decidentem) vna cum additionibus ad quæstiones alias, auctore eodem æditas, nimirum Melchiore de Gallego, sacre theologiæ, ac iuris vtriusque candidato, almæ etiam ecclesiæ Pompelonensis hospitalario meritissimo, supremi regij senatus iussu, qua potui cura, lustravi: nec quidquã in eis reperi, fidei orthodoxæ, sanctæ, & Catholicæ Romanæ ecclesiæ, summorum pontificum, aut sacrorum conciliorum decretis, morumve optimæ institutioni, latum vnguem, deuium: doctrinam, potius cum pietate, tum eruditione refertam, exemplis præterea eminens petitis, selectisque grauissimorum sententiis ditissimam. Certant, ni fallor, in viro, vt probò, sic erudito, emulatione sancta, & Marte æquo, styli in dicendo puritas, ingenij in differendo mira perspicuitas, in eruenda veritate, & in re ancipiti, atque dubia, quam sequi expediat, tuta via demonstranda, Christiana pietas. Quibus quartum adde, lectio varia, vt nescias, cui potius, citra reliquarum iniuriam, honorem deferas, palmamque concedas, vsque adeo anceps bellum est. In rem ergo studiosorum omnium, futurum non dubito, siue quos sacra lectio, vel theologica disceptatio, siue iuris vtriusque consideratio, siue vetustissimarum, variarumque rerum cognitio, delectat, si excussæ typis ad communem utilitate in publicum prodire permittantur. In quorum fidem, nomen meum, manu propria subscripsi: 17. Nouembris, 1587.

Fr. Gabriel  
de Goldaraz.

Per illustri canonicorum cathedralis  
Pompelonensis collegio Melchior Gal-  
lego theologus, ac iuris vtriusq; doctor,  
eiusdem ecclesiae hospitalarius  
perpetuam felicitatem.



*IV* me ab honestissimo scriben-  
di studio deterruit vel ingens  
librorum scriptorum multitu-  
do, vel detrahentium invidia,  
vel praecleari collegij vestri ful-  
gor, atq; ex literis splendor, cui  
imparem in omnibus iuxta Apollinis praecceptum me  
certe pernoscebam. Verum enim quum illa, quae in  
prima mea disputatione de librorum copia tradidi,  
penitus excogitarem, primum non obstitit: &  
secundo, tertioq; faciendum satis iudicavi, si vobis  
eruditissimi, ac illustres admodum viri, fructus in-  
genioli mei examinandos, & castigandos offerrem.  
Qui & si a multis viris doctissimis examinati iam,  
& approbati fuerint, nihilominus ultima adhuc  
manus desideratur: quam, veluti totius operis coro-  
nidem, imponatis, instanter obsecrare non desistam.  
Oculei igitur stote, & ad perpendiculum expendite  
has meas lucubratiunculas, quae si vobis euulga-  
tione dignae fuerint iudicatae, oblatrantes obmu-

tescent: si minus, sepelita perpetuo lacerata iacebunt,  
ne in vulgus prodeat quidquam, quod dedecoret  
consortium vestrum. Animum insuper presenti  
ferculo prægustate meum: quod si mihi fenestras  
tum contigisset pectus, ut Socrates aiebat, cor to-  
tum certo certius inspiceretis vestrum. Valete  
viri selectissimi, totius Navarrae regni decus, &  
ornamentum.

**Concordia res parvae crescunt:  
discordia maxima dilabuntur.**

Approbatio, & facultas ab Illustris-  
simo, ac Reuerendissimo D. Dño Pe-  
tro de la Fuente Episcopo Pompelonensi, auctori  
concessa, vt ab ipso elaborata typis mandentur.

PETRVS DE LA FVENTE EPISCOPVS

*Pompelonensis vniuersitatis Gallego doctore theologo, & vtriusq; iuris  
laurea condecorato, & nostri cathedralis, ac religiosi  
collegij Pompelonensis hospita-  
lario salutem.*



Erattente tuos de obligatione paro-  
chorum tempore pestis, & de cogna-  
tione spiritali cōmentarios libēter,  
ac grato animo legimus: simul etiam  
accurata diligentia percurrimus tri-  
ginta selectas, varias, ac veluti mis-  
celaneas disputationes, quas de re-  
bus ad theologiā, & ad vtriusq; iuris prudentiā spectan-  
tibus adnectere statuisti: quod ibi tāquam in tua arena,  
proprioq; tuo professionis munere tibi videreris hone-  
stius versaturus: quodq; ea pars non solum ad ingenij  
cultum, verum etiam ad vitæ pietatem pertineret. Non  
possum autem non probare tuos studiorum conatus,  
quibus facile probaueris omnibus, tuæ bene antea ctæ  
vitæ rationem constare, vt qui nec otio, nec inertia ani-  
mi tui ingenium torpere siueris. Neque vero gratia mi-  
nor, quam veteribus, debetur iis, qui ea, quæ apud diuer-  
sos auctores dispersa erant, atq; diffusa, strenua ingenij  
dexteritate collecta in ordinem redegerint, quo certius  
constarēt: & quæ breuiter, atq; præcisse dicta, latius fu-  
siusq; , atq; dilucidius explicarentur stylo facili, & quo-  
ad res scholastica patitur, pura, ornataq; verborū pro-  
prietate perspicuitatis gratia, cuius in rebus omnibus ra-

## Approbatio.

rio vel præcipua haberi debet, idq; maxime in quibusdam argumentis theologicis, quæ frequentius ab omnibus fere agitari consueverunt. In quibus clarum tuam modestiam nobis specimen exhibuisti: cum ea, quæ ex optimis quibusq; auctoribus decerpisti, diligenti nomenclatura, sicuti par est, indicaris, quid cui feras acceptum, adeo, ut neminem debita laudis portione fraudaueris: tantum abest, ut te plurimis alienis venditare volueris. Fore denique spero, ut tuas has lucubrationes tersas, ac eruditas, & satis elaboratas, sic congestas, sic editas maior opinione fauor excipiat, siue is tuus, siue operis fuerit genius: quo, nisi me meus animus fallit, fructum haudquaquam penitendum tibi comparabis, collegioque nostro Pompelonensi non parum splendoris addideris. Cum hæc igitur ita sint, nihilque repugnans aut fidei, aut bonis moribus religionis nostræ sanctæ Romanæ ecclesiæ in hoc opere offenderim, dignum sane censeo, ut tibi per me liceat, ut typis excussum in studiosorum utilitatem prodeat, quo ad maiora edenda, quæ a te expectare possumus, alliciaris. Vale, & quod bonis auspiciis cœpisti, felicioribus ad effectum perducere curato. Pöpelone tertio idus Martij anno a Christo nato 1585.

*P. Pompelonensis.*

*Mandato Illustrissimi, ac Reuerendissimi domini mei episcopi.*

*Laurentius de Alstuna Secretarius.*

*Quidam Bononiensis doctor in auctoris laudem.*

**H**ISPANIARVM historias perlustrantibus satis perspicuum est, provinciam Betica & belligeris, & literatissimis semper floruisse viris. Quorum multos in presenti recēderem, nisi longiorem eorum commemoratio requireret historiam. Te autem vnū, Melchior doctorum facile princeps, in medium proponere non prætermittam, quo ex Beatia oriundo, & Hispali nato, ætas nostra perfruitur, Cuius, maiores cum primis illustres, ac bellicosi viri Beatiam a Sarracenis. 500. annos hostili manu occupatam, sub Alfonso septimo Hispaniarum imperatore nuncupato, & Ferdinando rege sanctissimo dimicantes, Christiano ritui armis vindicarunt: viq; recuperatam, & CHRISTI vexillo restitutam, ab anno. 1225. plus, minusve, suos confines maxime ampliātes, nunc vsque vt ciues optimi, ac de patria bene meriti, ab omni periculo conseruarunt. Tu vero natalia dulcia sola Hispalim, & Beatiam literis, & ingenio tuis facis irradiare. Nam cum in doctissimorum singulis vnus, alteriusue scientiæ peritiam laudemus, te vnū Minerua cum scientiis omnibus, scholarum cunctarum gymnasiarchis, vt latinum, dialecticum, philosophum naturalem, & moralem, methaphisicum, thelogum cum scholasticum, tum positium, iuris vtriusq; peritissimū, rerum memoria, & acumine ingenij, ac perspicuitate rarissimum, atq; in horum singulis præstantissimum, plurimis coronis perornat, maximisq; encomiis celebrat, chorū ducens decantando, Encyclopædiam absoluit. Nam quis vnquam pari felicitate omnes totius eruditionis partes coniunxit, & absoluit? Quis æque sudauit in omni doctrinæ genere? At ipsum dicendi genus haud quaquam triviale est: sed tersum, sententiis variegatum, argumentis densum, & instans, & varia quadam, & admirabili omnium scientiarum mixtura distinctum, & exornatum. Deum immortalem, nullū omnino doctrinæ genus est, in quo non sis exquisitè versatus: nulla disciplina, quā non ad vnguē perdidisceris, & ita perdidisceris, vt in qualibet sola laborasse videaris. Quidquid vnquam eruditionis ab egregiis auctoribus repertum, ac traditum fuit, id vniuersum tu vnus absolute perceptum, cognitumq; habes, ac meministi. Nam velut

\* v      apicula

apicula per omnia circumvolitans ex vno quoque, quod esset  
eximium, ad operis tui melificium congefisti, ex variis flōscu-  
lishincilluc decerpitis serata concinnans, aut velut ex versico-  
loribus tessellis musaicum opus, contexens. Multum sane na-  
turæ auctori debes, qui tale tibi ingenium donauit, scientiis  
omnibus aptissimum. Et multum quoq; debemus omnes labo-  
ribus tuis improbis, ac lucubrationibus assiduis, quibus te to-  
rum ab infantia tradidisti in cōmunem utilitatem. Si ea, quæ  
in tuis scriptis promittis, Melchior doctorum præstantissime,  
maiora his sunt, quæ modo ostendis, profecto erunt maximis  
maiora. Vt cœpisti, perge, & vince maioribus, quæ polliceris,  
hæc maxima, quæ modo exhibes. Sicut opobalsamum pyxide  
inclusum, totam domum odore diffusum replet, sic tu Pompe-  
lone cōtentus, per tua scripta diffusus, replebis eruditionis fra-  
grantia totū vniuersum. Ne detur mihi vitio te laudasse: dabi-  
tur tamē quia patū, neq; iniuria quidē, si finē tuis laudibus im-  
ponere potuissem. Ardeo sane, collega dilectissime, cupiditate  
incredibili, neque vt ego arbitror reprehendenda, nomen vt  
tuum scriptis illustretur, & celebretur meis. Sed nolo esse exi-  
mius laudator, ne videar adulator. Non enim poteris me simul  
amico, & adulatore vti. Vale doctorum doctissime.

*Nullum ego sum numen, quid me immortalibus  
æquas?*

*Deformia, pulcra videntur amanti.*

# Quidam rhetorices Pompelone professor auctori encomia cantat.

**D**Vm tibi pro meritis subiisset reddere laudes,  
Nefacerem, fecit laudis opima seges.  
Nam laudare paro dum quædam, plurimus ecce  
Virtutum sese iactat in ora chorus.  
Hinc subit ingenium, subit illinc splendidus ordo,  
Hinc Iuno, hinc Pallas, pugnat vtrinque Venus.  
Ius ciuile sibi palmæ monumenta reposcit,  
Canonicum contra vendicat illa sibi.  
Tum ius diuinum sese iure opponit vtrique,  
Ac demum Sophiæ plurima turba coit.  
Hic ego cui pomum tribuam, formæque coronam,  
Ignoro, & credo, nesciat ipse Paris,

**A**urea dum cupide conquirunt vellera Graij  
Ventis sub claro Iasone vela dabant.  
Haud aliter sacrae sophiæ dux æquora fulcas,  
Aurato sperans vellere posse frui.  
Vtque queas varios eius cognoscere sensus,  
Ingenij pandis vela secunda tui.  
Nauigat, & postquam penetrauit ad extrema ponti,  
Optato demum lictore pressit humum.  
Pergis, & aurata non solum pelle potiris,  
Sed redis, atque refers vellere maius adhuc.  
Exultat tua nauis, Io repetitque triumphans,  
Heu bona in hoc sophiæ cortice quanta latent.  
Ergo prome tuæ thesauros mentis opimos,  
Nec dubites tantis nos cumulare bonis.



Virginis in templo, quod in arce Beata frequens  
Visit, in Annæ arcu talia scripta leges.

Hæc infanzonum sunt arma, Beata primum

A quibus & capta est, & quoque cœpta coli.

Arcus in eiusdem clypeo, quique ordine sextus

Heret ab extremo, splendida signa nitent.

Castellum rubro in campo, leo cernitur albo,

Nomen, Gallego, claudit, vtrunque latus.

Melchior hinc Gallego oritur, qui doctor vtroq; est

In iure, & sacro non minus eloquio.

Qui ingenio clarus, claro de sanguine natus,

Hæc tibi doctrinæ clara fluente dedit.

GALLEGO.



GALLEGO

**Soneto de vn publico professor de  
theologia, amigo del auctor.**

**D**E qual minero, o fuente cristalina  
Salio aguatan pura, y delicada?  
**Y** tan luciente plata, y acendrada  
De qual rico thesoro o fertil mina?  
**En** que jardin nacio rosa tan fina,  
De tan viuos colores esmaltada?  
**Con** que mano, y primor fue dibujada  
Tan perfeta pintura, y tan diuina?  
**V**uestra es dotor la mano, vuestro el arte:  
Y el delicado ingenio, q̄ os dio el cielo  
Es el jardin, la mina, y la fontana.  
**Flores** de varia erudicion reparte,  
**Rios** de sciencias, con q̄ riega el suelo,  
**Y plata** de eloquencia soberana.

OPERIS DEDICATIO.

ILLVSTRISSIMO, AC

REVERENDISSIMO DOMINO

domino Garcia de Loaisa Philippi, Hispaniarum prin-  
cipis maximi, magistro, & c. Melchior Gallego Hispa-  
lensis, theologus, ac iuris vtriusq; doctor, cathedralis  
ecclesie Pompelonensis hospitalarius

S. P. D.



*M*irari soleo, præsul amplissime,  
cur doctores cum de cæteris om-  
nibus occupetissime disputarint,  
de parochorum obligatione tem-  
pore pestis parum, aut nihil scri-  
pserint: quum ea tractatio &  
cognitu necessaria sit, & frequenter in usum veniat.  
Quam ob rem cum illustrissimus cardinalis Paleos-  
tus, Bononiensis episcopus, cui omne genus officij  
debeo, anno 1577, quo pestis vicinas sibi Italiae  
partes peruagata est, nonnulla de huiusmodi obli-  
gatione dabia mihi, in urbe commoranti, proposue-  
rit, illa, quæ tunc lecto iaceas, studio, & diligentia,  
quibus vti potui, ei mittenda Bononiam dictavi, mo-  
do iam validus, & Pompelone residens, tibi reue-  
rendissime domine, accuratius examinata, amplias-  
ta, ac plurimum etiam illustrata offerenda opera-  
pretium indicavi. Quibus adiunxi de spirituali cog-  
natione tractatũ, in quo multa ad matrimoniũ spe-  
ctantia, ut arbitror, utilia, non minus quã necessaria

OPERIS DEDICATIO.

*differruntur. Fini autem vel disputationis, vel capituli utriusq; tractatus, ut sic præcipuum argumētum nō interrumpatur, annotationes varias, potius digressiones, quibus opuscula hæc veluti Delphicus gladius efficiuntur, & neutiquā vel tēpore pestis, vel cognatione spiritali circumscribuntur, ascripsimus: auctore nanq; Quintiliano, reficit animos, ac reparat varietas. Accipe benigne, præsul amplissime, ab studiosissimo tui oblatum munusculum, nam & si exiguum, proficiscitur tamē ab animo tibi inseruiendi cupidissimo. Alia vero maioris momenti parata habeo magni nominis, quæ nondum in lucem edere potui. Quæ vero me, ut opuscula hæc tibi dicarem, impulerunt, sunt animi tui virtutes, quæ te non hoc solum, quem iustissime obtines, se amplioribus honoribus, & gradibus dignissimum faciunt. Vale reuerendissime domine, & nos tuo favore, ut bonos omnes tuere. Pompelone.*

*Beneficium dando accepit, qui digno dedit.*

OPERA DE FIDELI  
FIDEI CONFESSIO, AC  
protestatio iuxta. c. Hęc est fides. 24. q. 1.



**F**GO MELCHIOR GALLEGO, indignus sacerdos Hispalensis, theologus, ac iuris vtriusq; doctor immeritus, cathedralis ecclesię Pompeionensis in presenti hospitalarius, indubie teneo, confiteorq; eam, quam catholica, Romana, & vniuersalis ecclesia tenet, & confitetur fidem: atq; vere affirmo nūquam sensisse, nec tenuisse vel in minimo contra eam. Sed quia scribendo, docendo, concionando, & colloquendo multas quęstiones hactenus disputavi, materiasque difficiles tractavi, omnia mea dicta, ac scripta correctioni sanctę matris ecclesię submitto. Sum etenim promptissimus, paratissimisque subire, & acceptare alacri animo correctionem, si aliquid humanum, ac castigatione dignū in eis inueniatur. Protestor insuper nihil animo duro, aut pertinaci vnquam dixisse, vel scripsisse: sed semper desiderio veritatis flagrasse. Quod si in posterum, aliquid contra catholicam fidem vel in minimo me dicere contingat, (quod Deus auertat) ex nunc illud reuoco, & ex imperitia, vel inconsideratione dictum intelligi, volo: non autem ex malitia, vel pertinacia. In quorum testimonium hanc fidei confessionem, & protestationem, his opusculis meis pręfixam propria manu subscripsi Pompeione.

*Principium ex fide,  
fuit in caritate.*

*El Doctor  
Gallego.*

Quæ, in his opusculis disputantur  
quæstiones, & dubia: errores itidem  
qui refelluntur, sunt.

In tractatu de parochorum obligatio-  
ne tempore pestis prima dispu-  
tatio principalis.

**A**N pestis excuset sacerdotes, curam animorum habentes, a perso-  
nali in suis beneficiis residentia? pagina. 4.

Dubia.

Vtrum si parochus tempore pestis voluerit libere beneficio in manibus  
prælati renuntiare, possit eius renuntiatio recusari? pag. 12. nu. 25

Qua diœcesis parte teneatur episcopus residere. pag. 18. nu. 42

An papa Romæ teneatur residere. pag. 19. nu. 43

An residentia in beneficiis, quibus animorum cura incumbit, sit de iure  
diuino? pag. 21. nu. 46

An Chriera virgo omnium prima virginitatem Deo vouerit? in anno-  
tat. 5. pag. 24

Vtrum in prima mundi ætate homines carnibus vescerentur? in annota. 9.  
pag. 25

Refelluntur

Pelagij error, asserentis, quod viribus solis arbitrij nostri absque Dei gra-  
tia possumus totam Christi legem adimplere. pag. 4. nu. 31

Item hæresis dicentium, D. Petrum apostolum Romæ nec cathedram col-  
locasse, neque ibi fuisse cruci affixum. pag. 19. nu. 43

---

Secunda de parochorum obligatione tem-  
pore pestis disputatio principalis.

---

An parochi teneantur sacramenta baptismi, & pœnitentię tempore pe-  
stis ministrare? pag. 39

Quæstiones, & dubia.

An confessio per literas, vel nuntium absentis sacerdoti facta, sit sacra-  
mentalıs, & valida? pag. 61. nu. 53

- An idiomatis ignarus teneatur per interpretem cōfiteri? pag. 66. nu. 64.  
An auricularis confessio temporibus D. Hieronymi fuerit instituta? vbi error Erasmi de auriculari confessione refellitur? pag. 67. nu. 65  
An qui non potest voce, teneatur scripto confiteri? pag. 69. nu. 69  
Vtrum episcopi ab hæreseos crimine, & excommunicatione per eam contracta, reservatione bullæ cœnz Domini non obstante, possint in conscientiz foro iuxta concilij Tridentini decretum sess. 24. cap. 6. de reformat. subditos suos absoluerè? pag. 87. annot. 28. nu. 4.  
An linguarum diuersitas cœperit ab ædificatione Babyloniz turris? pag. 92. annot. 42. nu. 1.

Tertia de parochorum obligatione  
tempore pestis disputatio  
principalis.

Vtrum parochi teneantur sacramentum eucharistiz pestiferis ministrare? pag. 105

Quæstiones, & dubia.

- An laicus in extrema necessitatis euentu possit vel eucharistiam aliis ministrare, vel sibi communicare? pag. 111. nu. 16. & sequentibus.  
Quantus, & qualis apparatus, & cultus exterior sufficiat ad deferendam pestiferis eucharistiam. pag. 114. nu. 30.  
Vtrum parochus teneatur sacramentum eucharistiz cum manifesto vitæ periculo ministrare? pag. 111. num. 31.  
Vtrum sacramentum eucharistiz sit sacramentum necessitatis? pag. 128. num. 48.  
An infantibus sit eucharistia exhibenda? pag. 130. nu. 50.  
An præceptum sumendi eucharistiam sit ecclesiasticum tantum, vel diuinum quoque? pag. 130. nu. 54.  
An existens in mortis articulo teneatur de præcepto diuino, vel solum ecclesiastico communicare? pag. 132. n. 59.  
An excusari possint iudices, condemnatis ad mortem eucharistiam ministrari non permittentes? pag. 141. nu. 65.  
An eucharistia primam conferre gratiam possit? pag. 138. nu. 76.  
Quanta diligentia sufficiat in conscientiz examinatione, vt quis possit ad eucharistiam accedere, & se bene dispositum probabiliter iudicare? pag. 140. nu. 83.  
An sacramentum pœnitentiz, recedente fictione, suum effectum sortitur, vt baptismus? pag. 143. nu. 87.  
An parochus teneatur omnia, & singula sacramenta pestiferis ministrare? pag. 143. nu. 90.

## Questionum, & dubiorum index.

Vtrum de gratia, gratū faciente, sit diuinū præceptū? in annot. 96. pa. 126.

Refelluntur.

Hæresis Vvicleph, & Lutheri asseuerantium, vniuersos Christianos promiscue esse sacerdotes, & posse Christi corpus consecrare, & sibi, ac alijs communicare. pag. 112. num. 19.

Error Erasmi, & aliorum, putantium, sacramentum eucharistiæ realiter sumptum, vt pote ex eorum sententia de absoluta salutis necessitate, esse infantibus modo exhibendum, sicuti antiquitus. pagi. 130. nu. 50.

Vvicleff error contra scientiarum gradationes. in annot. 94. pag. 165.

## In tractatu de cognatione spirituali.

### Capit. 1.

An ecclesia possit impedimenta statuere, quæ matrimonium dirimant? pag. 185.

Refellitur Vvicleff, & Lutheranorum hæresis, qui negant, ecclesiam posse, leges condere impedimentorum matrimonij præter illas, quæ sunt de iure naturæ, vel quæ iure diuino sunt scriptæ Leuit. 18. pagin. 185. nu. 2. & sequentibus.

### Capit. 2.

An prælati summo pontifice inferiores, vel concilia præter vniuersalia, possint impedimenta matrimonij sancire? pag. 195.

### Dubia.

An causa de impedimentis, matrimonium dirimentibus, sit de maioribus ecclesiæ causis? pag. 199. nu. 19.

An decreta conciliorum prouincialium, quæ in decretorum volumine contiuentur, obligent vniuersalem ecclesiam? pag. 200. nu. 23.

### Capit. 3.

An aliqua laicalis potestas leges super matrimonij impedimentis condere possit? pag. 203.

### Dubia.

An valeat statutum, imponens pœnam filiis familias, contrahentibus matrimonium absque consensu patris? pag. 204. nu. 2. & pag. 216. num. 26. & sequentibus.

An super matrimoniorum impedimentis, solo ciuili iure inductis, requiratur modo principis secularis dispensatio? pag. 216. nu. 25.

An pater teneatur ad dorem filix, & omnia necessaria illi ministranda, tametsi eo incio, nupserit. pagi. 210. nu. 47.



## Quæstionum, & dubiorum index.

An contrahentes matrimonium, iure canonico prohibitum, non tamen irritum, possint legibus civilibus puniri pag. 211. nu. 52. & sequentibus.

An bona raptoris in pœnam raptus ipso facto sint raptæ de iure civili ad iudicata pag. 228. n. 67. & sequentibus.

Quare pro contrahendo matrimonio potest interuenire arrha, & non pœna? pag. 229. nu. 69

An in matrimonio rato, & non consumato papa dispensare valeat? pag. 231. nu. 74. & 75

Quis nam fuerit nuptiarum sponsus, quibus Christus interfuit apud Ioan- nem. 2. c? pag. 236. annot. 118

Refelluntur hoc. c. errores dicentium, vel matrimonium a filia absq; pa- tris consensu contractum, esse nullum, vel rescindi, sententia posse an- te consumationem: vel parentes posse tale matrimonium ratum, vel irritum facere: vel matrimonium, etiam ante consumationem nō pos- se dirimi per regularem alterius sponsi professionem.

Hæreses etiã Eutychis referuntur, & confutantur. pag. 237. annot. 115.

### Capit. 4.

An consuetudo possit introducere aliquod matrimonij impedimentum? pag. 244

### Capit. 5.

An ecclesia conuenienter instituerit cognationis spiritualis impedin- tum? pag. 251

Refellitur error Contradi Lagui, dicentis, prohibitionem matrimonij ex cognatione spiritali sine causa fuisse ab ecclesia factam. pag. 251. nu. 1. & sequentibus.

### Capit. 6.

Quisnam cognationis spiritalis impedimentum instituerit? pag. 254

Reprehenditur Alciatus, affirmans, temporibus Iustiniani imperatoris nondum ius canonicum conjugalem prohibitionē induxisse. p. 255. n. 5.

### Capit. 7.

Quid, & quotuplex sit spiritalis cognatio. pag. 262

### Dubia.

An episcopus possit dispensare, vt in baptismo, vel confirmatione sint plures duobus susceptores? pag. 264. nu. 9

An plures simul possint vnum baptizare? pag. 264. nu. 10

An parentes legales contrahant compaternitatem? pag. 265. nu. 11. & 12

An per patrem, & matrem baptizati, confirmatiue, intelligantur etiam aui, proauique? pag. 265. nu. 11. & 12

An cognatio spiritalis, ex catechismo nascens, censeatur post concilium Tridentinum ad tot personas restricta, ad quos ea arcta est, quæ ex ba- ptismo, vel confirmatione oritur? pag. 268. nu. 15. & sequentibus.

Quæstionum, & dubiorum index.

Capit. 8.

An inter non baptizatos cognatio spiritualis contrahi possit. pag. 276.

Dubia.

An bigamia sit ordinis impedimentum de iure diuino, vel pontificio?  
pag. 281. num. 20

An per baptismum bigamia tollatur. pag. 281. nu. 21. & 22.

Capit. 9.

De qualitatibus in patrino, vel matrino requisitis. pag. 284.

Dubium.

An si non confirmatus suscipiat aliquem in confirmatione, contrahat  
spiritualem cognationem. pag. 284. nu. 1

Capit. 10.

Per quot, & quæ sacramenta spiritualis cognatio contrahatur. pag. 293

Dubia.

An ex aliis baptismi sacramentalibus præter catechismum contrahatur  
spiritualis cognatio. pag. 294. nu. 2. & sequentibus.

An ex solo catechismo resultet impedimentum, quod matrimonium di-  
rimat. pag. 294. nu. 3. & seq.

Capit. 11.

Verum ex baptismo, absque solemnitate collato, spiritualis cognatio  
contrahatur? pag. 300

Capit. 12.

Qualiter contrahatur spiritualis cognatio ex parte patrinorum. pag. 305

Quæstiones.

An ad cognationem spiritualem, ex parte patrinorum contrahendam,  
necessario requiratur, non solum quod ipsi patrini teneant baptizan-  
dum, sed etiam quod pro ipso respondeant? pag. 305. nu. 1.

An quando nullus ex culpa parochi designatur pater, omnes tamen  
baptizatum, contrahant spiritualem cognationem. pag. 307. nu. 8

Capit. 13.

An spiritualis cognatio contrahi possit per procuratorem? pag. 311

Iterum, an per nuntium contrahatur? pag. 317. nu. 19

Tertio. An matrimonium, per procuratorem contractum, sit sacramen-  
tum. pag. 318. nu. 24

Capit. 14.

An procurator ipse, ad tenendum infantem in baptismo delegatus, cog-  
nationem spiritualem contrahat? pag. 322

Dubium.

An tenens in baptismo filium vnius, quem credebat filium alterius, contrahat cognationem spirituales cum baptizati patre, etiam si cum ipso noluisse eam contrahere? pag. 325. nu. 10

---

Capit. 15.

De effectibus spiritualis cognationis, matrimoniū antecedentis. pag. 327.

---

Capit. 16.

An pœnæ, vtroque iure statutz in celebrantes incestas nuptias, locum habeant in contrahentibus matrimonium absque dispensatione cum spiritualibus cognatis? pag. 331

Dubia.

An incesti absolutio sit episcopis reseruata? pag. 333. nu. 6

An incestus sit matrimonij impedimentum: etiam ille, qui cum spirituali cognata committitur? pag. 336. nu. 12

An pœnæ, contrahentibus incestas nuptias vtroque iure impositæ, comprehendant contrahentes cum cognatis spiritualibus ex solo catechismo? pag. 338. nu. 19

Quot fuere apud gentes deæ Veneris nomine appellatæ. pag. 339. nu. 28

---

Capit. 17.

De effectibus spiritualis cognationis, matrimonio iam contracto aduenientis. pag. 345

Dubia.

An cognatio spiritualis, post matrimonium contracta, debiti coniugalis exactionem impediatur? pag. 346. nu. 4

Vtrum possit innocens absque peccato reddere debitum coniugale coniugi incesto petenti? pag. 348. nu. 13

---

Capit. 18.

An quando spiritualis cognatio inducitur ex culpa vtriusque coniugis, vterque priuetur iure exigendi coniugale debitum: teneatur tamen reddere alteri petenti? Vbi simul differitur, At illicitum semper sit proximo cooperari ad actum peccandi? pag. 356

Dubia.

An Christus tribus, vel quatuor clavis fuerit crucifixus? pag. 368. annot. 137. nu. 4

Vtrum ibi crucifixus fuerit Christus, vbi Adami caluaria prius fuerat recondita? pag. 368. annot. 137. nu. 5

---

Capit. 19.

Quis dispensare possit super cognationis spiritualis impedimento? pa. 374

Dubia.

An quando matrimonium, existente impedimento illuc dirimente, fuit contractum sub conditione, si papa dispensauerit, sublato per dispensationem impedimento, sit necessarius nouus, & mutuus vtriusq; coniugis consensus per verba de presenti explicitus? pag. 375. nu. 4.

Item, An sufficiat impedimenti cessatio, & consensus nouus solius, impedimentum scientis, vt matrimonium incipiat valere, quod fuerat contractum inter ignorantem impedimentū, & scientem? pa. 377. nu. 5.

An episcopus dispensare possit vel super impedimento cognationis spiritualis, ex solo catechismo prouenientis: vel cum vna, eademq; persona super duobus simul impedimentis, quæ solūmodo matrimonium impediunt: vel vt coniux petat debitum, quando impeditur ratione affinitatis, matrimonio superuenientis? pag. 376. nu. 7. & sequentibus vsque ad finem capituli.

Capit. 20.

An alij præter episcopum dispensare possint vel super impedimento cognationis spiritualis, ex solo catechismo prouenientis: vel super debiti conjugalis exactione, quando coniuges post matrimonium contractum cognationem spiritualem culpabiliter ad inuicem contraxerunt? pag. 382.

Capit. 21.

In dispensatione causa requiritur. pag. 387.

Dubia.

An summus, cæterique ecclesiæ pontifices sine iusta causa super matrimonij impedimentis dispensantes, subditique talem dispensationem impetrantes, eaque vtentes, peccent? pag. 387. tit. 1. & sequentibus.

An dispensatio inferioris a principe, pro libito concessa, circa suam propriam legem, & c. valeat in vtroque foro? pag. 391. nu. 18.

Capit. 22.

De causis dispensandi. pag. 393.

Dubia.

An si dos pro mulieris qualitate sufficiens fuerit, insufficiens autem respectu viri, eam in vxorem ducere volentis, is dotis defectus sit legitima dispensandi causa super matrimonij impedimento? pagina. 399. numero. 9.

Quæ sit ratio statuti, excludentis fœminas a bonorum successione stantibus masculis? pag. 400. nu. 13.

Capit. 23.

Traduntur nonnulla in dispensationis materia maxime notanda. pag. 418.

Dubia.

An mandatum ad dispensandum circa matrimonij impedimentum habeat dispensationis vim? pag. 419. nu. 9

Vtrum in computandis gradibus inter collaterales quoto gradu distat alter ab stipite, distet etiam a quolibet descendentium per aliam lineam ab eodem stipite? pag. 420. nu. 5.

An sit satis in impetranda dispensatione super gradu consanguinitatis, aut affinitatis prohibito, mentionem facere remotioris gradus ab stipite in linea transfuersa? pag. 421. nu. 5

---

Capit. 24.

An quando sola copula carnalis præcessit inter consanguineos, affines, vel spirituales cognatos absque matrimonio de facto contracto, talis copula sit in dispensationis supplicatione exprimenda? pag. 427

Dubia.

An si legatus summi pontificis habeat facultatem legitimandi natos ex adulterio, item natos ex incestu, possit legitimare natos ex adulterio, & incestu simul? pag. 429. nu. 13.

Titius impetrauit a papa dispensationem ad contrahendum matrimonium cum Berta eius cognata: impetrata autem dispensatione, ante quam matrimonium contraheretur, habuit copulam incestam cum eadem Berta: inquiritur, An sit necessarium iterum coram Romano pontifice exprimere simul cum antiquo cognationis impedimento nouum incestum commissum: vel sufficiat episcopi dispensatio super patrato incestu? pag. 430. nu. 16.

Primi indicis finis.

ELENCHVS.

Annotationes, siue digressio-  
nes, quæ in hoc primo volumi-  
ne continetur, subscriptus  
indicat elen-  
chus.

A.	Annos.	pag.
De <b>A</b> Damante.	48.	95.
<b>A</b> Adulterio.	112.	233.
Adulteris mulieribus.	110.	201.
Adulterij, & libidinis phisicis remediis.	136.	360.
Ægypto, & Ægyptiis.	65.	147.
Ægrotatione.	103.	170.
Agricultura	72.	149.
Alexandria	64.	147.
Amicitia	82.	154.
Amore coniugali	113.	234.
Ambitione, & honore	121.	257.
Amore, & pietate filiorum erga parentes.	128.	298.
Amore & bono, & malo	147.	411.
Anathemate	70.	149.
Anchoris	91.	165.
Anno	98.	167.
Apostolis	95.	165.
Apibus	69.	149.
Apollinis oraculo	91.	163.
Aqua	68.	148.
Arcanis reticendis	49.	95.
Auaritia mulierum.	117.	238.
B.		
De <b>B</b> Abylone, eiusque turri	42.	91.
Bello	14.	30.
A	V	

Annotationum, siue digressionum clenchus.

	Annot.	pag.
Bigamia	14.	282.
Bononia	60.	144.
Breuitate	99.	167.
Bulla cœnz Domini.	28.	87.

C.

De <b>C</b> arnis esu, & vtrum in prima mundi ætate homines carnibus vescerantur?	9.	25.
Catherina Senensi	66.	148.
Cadmea victoria	143.	408.
Caritate fraterna	83.	157.
Carbone	144.	408.
Carolo quinto imperatore.	140.	404.
Christianis	37.	90.
Christo	107.	172.
Christi natiuitate	123.	273.
Christi passione	137.	366.
Ciuitate, & primo eius conditore	89.	161.
Clementia regis	26.	35.
Confessione	36.	90.
Concordia	141.	405.
Confessario, & confessionis sigilla	49.	95.
Constantino imperatore	71.	149.
Corpore vitiatu	125.	283.
Correctione fraterna	33.	89.
Cognitione propria	74.	151.
Coniugali amore	113.	234.
Corporis nuditate	129.	340.
Confessarijs mulierum	132.	343.
Cognominibus	150.	416.
Cruce	79.	154.
Cruce	102.	170.

D.

De <b>D</b> ecimis	34.	89.
Deo.	67.	148.
Dicitibus	74.	99.
Diuitiis	55.	100.
Diligentia	104.	171.
Dialectica	116.	237.

Annotationum, siue digressionum elenchus.

	Anno.	Pag.
Discordia	141.	405.
Diligentia, & pigritia	133.	349.
Diuitibus.	148.	415.
E.		
De <b>E</b> bricitate	131.	342.
Educatione, & institutione filiorum	126.	287.
Eleemosyna	53.	98.
Epistolis	41.	92.
Equo, & antiquissimo equitandi vsu.	77.	153.
Equabus.	130.	341.
Eremitis	63.	147.
Eutyche hæretico	115.	237.
Excommunicatione	195.	171.
Experientia	122.	272.
Exemplo prælatorum.	13.	29.
F.		
De <b>F</b> ine	3.	24.
Filiorum pietate erga parentes	128.	298.
Filiorum educatione, ac institutione	126.	287.
Fraterna correctione	33.	89.
Fraterna caritate	83.	157.
Fuga.	15.	30.
G.		
De <b>G</b> ratia.	96.	166.
H.		
De <b>H</b> æresi Eurychiana	115.	237.
Herculano nodo	97.	165.
Hierosolyma, eiusq; primo conditore	16.	30.
Historiæ utilitate	85.	159.
Hispaniæ legibus	101.	170.
Homicidio	18.	31.
Hospitalibus	35.	89.
Homine	88.	160.
Honore, & laude.	121.	257.



Annotationum, siue digressionum elenchus.

I.	Annot.	pag.
De <b>I</b> dololataria, & quando coepit	25.	34.
<b>I</b> gne	76.	152.
Ignacio martyre	81.	154.
Indiis orientalibus, & eorum sapientibus	30.	87.
Indis occidentalibus	139.	404.
Iniuriarum tolerantia	138.	403.
Incestu	111.	233.
Interprete, & diuersarum linguarum peritia	46.	94.
Imprimendi literas arte	52.	97.
Ioanne Euangelista	118.	238.
Irregularitate bigamiae	124.	282.
Irregularitate corporei defectus	125.	283.
Iunipero	39.	90.
Iudicibus	100.	168.
Iustitia regis	26.	35.

L.

De <b>L</b> abore, & voluptate	19.	31.
<b>L</b> abore, & otio	152.	432.
Laude, & honore	121.	257.
Legibus Hispaniarum	101.	170.
Leone	142.	406.
Liberalitate regis	26.	35.
Linguarum diuersitate	42.	92.
Literas imprimendi arte	52.	97.
Lingua	58.	144.
Liberorum educatione, ac institutione	126.	287.
Linguarum diuersarum peritia	46.	94.
Libidinis, & adulterij phisicis remediis	136.	366.
Loquacitate mulierum	117.	238.
Loquacitate, & silentio	134.	351.
Lupo.	7.	15.

M.

De <b>M</b> atrimonio	57.	101.
<b>M</b> atrimonio.	109.	192.

Annotationum, siue digressionum elenchus.

Annot. pag.

Matrimonio	120.	239.
Matrimonio rato, & non consummato, qui regularem vitam professi sunt	119.	238.
Medicina, eiusque primis inuentoribus	40.	90.
Memoria	67.	94.
Memoria	80.	154.
Mensuris	87.	160.
Medio in rebus	75.	151.
Menstruis	135.	365.
Militari arte	10.	26.
Morte	2.	24.
Morte	27.	87.
Morte	31.	88.
Morte	32.	88.
Mutis	56.	100.
Mulierum laude, & vituperio	62.	146.
Mulieribus adulteris	110.	201.
Mulierum loquacitate, & auaricia	117.	238.
Mulierum confessariis	132.	343.

N.

De <b>N</b> Anibus, eiusque primis inuentoribus	12.	28.
Natiuitate Christi	123.	273.
Necessitate	17.	30.
Ne quid nimis	75.	151.
Niniue	78.	153.
Nosce te ipsum	74.	151.
Nominum impositione	127.	298.
Nutricibus	20.	32.
Nuntio apostolico falso	43.	93.
Numeris, ponderibus, & mensuris	87.	160.
Nuditate corporis	129.	340.
Numis, & pecunia.	84.	157.

O.

De <b>O</b> Ccasionē	21.	32.
Occasione peccandi	106.	171.
Oraculis, & eorum initio	91.	163.
Orphanis puellis	146.	410.


Annotationum siue, digressionum elenchus.

	Anno. pag.	
Otio, & labore	132.	432.
Quibus.	8.	25.
P.		
De <b>P</b> Astore	6.	25.
<b>P</b> ane triticeo	61.	145.
Patria	92.	163.
Patientia in tolerandis iniuriis	138.	403.
Passione Christi	137.	366.
Pati sine culpa	145.	408.
Paupertate	149.	415.
Pœna capitali	11.	28.
Pœnitentia publica	50.	96.
Pestilentia	1.	24.
Pestilentia	24.	33.
Pestilentia	38.	90.
Pecunia	84.	157.
Peccatorum occasione	106.	171.
Pietate, & amore filiorum erga parentes	128.	298.
Pigritia, & diligentia	133.	349.
Ponderibus	87.	160.
Præiatorum exemplo	13.	29.
Prælati	23.	33.
Puellis orphanis	146.	410.
R.		
De <b>R</b> Egibus	26.	34.
<b>R</b> hetorica	44.	93.
Roma	22.	33.
Roma	59.	144.
S.		
De <b>S</b> Acerdotibus	45.	94.
<b>S</b> cientiarum gradationibus	94.	165.
Scribendi usu	86.	160.
Sepulcris, & aliis ad idem pertinentibus	51.	96.
Seruis	114.	236.
Sigillo confessionis, & secreto non reuelando.	49.	95.
Silentio, & loquacitate	134.	351.

Questionum, & dubiorum index.

	Anno.	pag.
Sponso nuptiarum, quibus Christus adfuit Ioann. 2.	118.	238.
F.		
De <b>T</b> emplo	4.	24.
Tempori parere	73.	151.
Tractent fabrilis fabri	29.	87.
Triticeo pane	61.	145.
Triremibus	12.	28.
V.		
De <b>V</b> irginitate, & quænam omnium prima vir- ginitatem Deo vouerit	5.	24.
Via angusta, & lata: siue de voluptate, & labo- re.	19.	31.
Vino.	131.	342.
X.		
De <b>X</b> erxe.	90.	162.

Elenchi secundi finis.






*Rem nouam aggredior, veritate duce,  
comite humilitate.*

## DE OBLIGATIONE parochorum tempore pestis.

**PRÆSENS** Tractatus in tres diuiditur partes: in prima disputatur de parochorum residentia tempore pestis: in secunda de sacramētis, necessario tunc ministrandis: in tertia de sacramentis, quorum administratio id temporis prætermitti potest.

### Summaria primæ partis de parochorum residentia tempore pestis.

- 1  **M**NES sacerdotes, curam animorum habentes, tenentur ad personalem in suis beneficiis residentiam.
- 2 **T**empus belli, & tempus pestis iure coæquantur.  
**E**xplicantur verba Christi apud Matth. 10. Cum persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. num. 2. 16. & 28.  
**E**xponuntur verba Danielis. 9. & Matth. 24. Cum videritis abominationem desolationis, & c. nu. 2. & 29.
- 3 **D**eclarantur verba illa Deuter. 6. & Mattha. 4. Non tentabis Dominum Deum tuum. nu. 3. & 30.
- 4 **A**ppetitus conseruandi vitam hominibus est maxime naturalis.  
**E**xplanantur verba Iob cap. 2. Pelle pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima sua.  
**D**eus nihil præcipit contra naturam, nu. 4. & 31.  
**E**lucidantur verba Ioannis epist. 1. c. 3. Et mandata eius grauiã nõ sunt. n. 4. & 93.

## 2 De parochorum obligatione tempore pestis.

- Explicantur verba Christi apud Matth. 11. Iugum meum suave est, & onus meum leue. nu. 4. & 33.
- 5 Causæ excusantes sacerdotem, curam animorum habentem, a residentia.
- 6 Causa conualescendi ab infirmitate potest prælatus a grege discedere. num. 6. cum limitatione. nu. 35.
- 7 Ratio mediorum sumitur a fine.
- 8 Qui facit per alium, perinde est, ac si faciat per seipsum. n. 8. cū limitatione. n. 39.
- Cura parochorum in baptisimi, poenitentia, eucharistia, extrema unctionis, ac matrimonij administratione, vt proprio cardine, ver satur.
- 10 Multa licent absentibus, quæ presentibus sunt illicita.
- 11 Vtrum iure diuino, vel humano teneantur sacerdotes, curam animorum habentes ad residentiam. nu. 11. & 46.
- Prælatus non potest subdito præcipere, vt exponat se periculo mortis. num. 11. cum limitationibus. nu. 50.
- 12 Pestis non excusat sacerdotes, curam animorum habentes, a personali in suis beneficiis residentia.
- 13 Explicantur verba Christi apud Ioan. 10. Ego sum pastor bonus.
- 14 Argumentum a milite mundanae militiæ ad militem cælestis militiæ efficax est.
- 15 Ecclesia patiente defectum in diuinis, absentes cum licentia, & ex iusta causa, redire ad Ecclesiam coguntur.
- 17 Obligatio vniuscuiusq; personæ ex fine eiusdem obligationis perpenditur.
- 18 Causæ, excusantes episcopum, vel parochum a residentia, reserri debent ad commodum ecclesiæ.
- Differentia inter bonum pastorem, & mercenarium.
- 19 Curam animorum habentes, tempore pestis in suis ecclesiis non residentes, incurri omnes poenas, iure non residentibus impositas.
- 20 Non faciunt fructus suos, & in animi foro tenentur ad eorum restitutionem absque alicuius iudicis declaratione.
- 21 Residentia, in beneficio faciendâ, duo simul requirit, &c.
- 22 Non excusatur episcopus, aut parochus a personali residentia, etiã si per optimum vicarium provideat ecclesiæ.
- In debitis personalibus non absoluitur debitor, si per alium faciat.
- Sacerdos tenetur officium diuinum recitare per seipsum.
- 23 Mercenarij officium non extenditur ad id, quod est pastoris proprium.
- 24 Episcopi, & parochi possunt habere in multis casibus coadiutores, & maxime tempore pestis.
- Multæ manus, onus leuius reddunt.
- 25 Si parochus tempore pestis voluerit libere beneficio in manibus prælati renuntiare, poterit eius renuntiatio recusari.
- 26 Miles, in pace stipendiatus, tenetur tempore belli periculum subire.
- Explicantur verba Pauli. 2. ad Timoth. c. 2. Labora, sicut bonus Christi miles.
- 27 Declaratur. c. Ad supplicationem. de renunt.

- 31 Absq; gratia Dei, viribus solis liberi arbitrij nostri, non possumus totam legem Christi adimplere.
- 32 Facienti, quod in se est, Deus non denegat gratiam.  
 Explicatur locus Pauli ad Hebr. eos 12. Ne quis desit gratiæ Dei.  
 Deus impossibilia non iubet.  
 Quod per amicos possumus, per nos ipsos posse videmur.
- 33 Amanti nihil difficile.  
 Exponuntur verba Christi apud Matth. 7. Intrate per angustam portam, &c.  
 Elucidatur locus Cant. 8. Fortis est, vt mors, dilectio.
- 34 Causæ contrariæ neq; eundem effectum producere, neq; eandem obligationem dissolvere possunt.  
 Quod alicui conuenit, id eius contrario conuenire nequit.  
 Contraria neq; in origine, neq; effectu se compatiuntur.
- 36 Non sunt facienda mala, vt bonum eueniat. Ad Rom. 3.  
 Presentibus rebus consulendum est, &c.  
 Consultationem de futuris variæ interrum punt occasiones.
- 37 Episcopus insufficiens, debet vel episcopatu cedere, vel coadiutores idoneos habere.  
 Nemo ex delicto proprio facit conationem suam meliorem.
- 38 Tempore pestis, fugiente episcopo, idoneus vicarius inueniri difficile poterit.
- 40 Episcopus tenetur multa episcopalia officia per seipsum exercere.  
 Episcopi, per alios curam episcopalem gerentes, instar meretricum sunt: & non pastores, sed ouium domini.
- 41 Episcopatus nomen est operis, magis quam honoris.
- 42 Quo diocesis loco tenetur episcopus residere. nu. 9. & 42.
- 43 Papa Romæ tenetur residere.  
 Petrus apostolus Romæ cathedram fixit, ibiq; fuit & cruci affixus, & sepultus.  
 Historia de translatione sedis apostolicæ ab vrbe in Galliam, de eiusdemq; regressu, ac restitutione.
- 44 Argumentum a concessione antecedentis ad concessionem consequentis est efficax.
- 45 Episcopi, tempore pestis absentes creati, & qui ante exortam pestem a suis episcopatibus absuerint, tenentur tempore pestis ad residendum in proprias se conferre dioceses: & similiter alij, curâ animorū habentes, cū limitatione. n. 44. & 45.  
 Duo absentia menses, quos concilium Tridentinum in singulos annos parochis indulget, non debent incurrere in Domini aduentum, quadragesimam, pascham, aut huiusmodi solemnitates, neq; in pestis tempus.
- 47 Munera, quibus personalis assistentia est necessaria.
- 48 Varia episcopi nomina.
- 49 Sicut absentia mariti est vxori periculosissima, ita & multo magis absentia prelati ecclesiæ.  
 Explicatur cap. 32. Exodi.
- 50 Pars pro totius conseruatione interitui obicitur.  
 Communem vilitatem nostræ particulari antepone debemus.



# De parochorum residentia tempore pestis.



## DISPUTATIO PRIMA.

*An pestis excuset sacerdotes, curam animorum  
habentes, a personali in beneficiis residentia?*



1

2

V V M omnes sacerdotes, curam animorum habentes, teneantur ad personale in suis beneficiis residentiam, prout sancitum, & determinatum est concil. Trident. sess. 6. & 23. vtrobiq; de reform. c. 1. merito inquirimus, An pestis excuset a tali residentia?

Pro affirmante huius quaestio-  
nis parte quam plurima formari possunt argumenta. Primum. Tempus belli, & tempus pestis iure coequantur, vt ostendit Euerardus in loco de tempore ad tempus. nu. 22. sed tempore belli potest praelatus a grege discedere. Matthae. 10. Cum persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Et 24. Cum videritis abominationem desolationis, quae dicta est a Daniele propheta. c. 9. stantem in loco sancto, tunc qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes: vbi per abominationem desolationis intelligunt diuus Petrus apud Clementem Romanum, & Augustinus in epistola. 80. Esy-  
chio scripta, Chrysostomus, & Theophylactus super Mat-  
theum, Eusebius, & Remigius exercitum Romanorum, quo deso-  
lata fuit ciuitas sancta Hierusalem: igitur & tempore pestis.

Secun-

3 Secundum. Nemo debet deum tentare iuxta illud Deuteronomij. c. 6. confirmatum à Christo Matthæi. 4. Non tentabis dominum Deum tuum: sed qui stat in loco, peste<sup>a</sup> infecto, Deum tentat secundum Panormitanum in. c. Cum dilecti. n. 16. de dolo, & contu. igitur.

4 Tertium. Appetitus conseruandi propriam vitam est hominibus maxime naturalis secundū Aristotelem. 9. lib. Ethic. c. 9. Nam generi animantium omni est a natura potissimum tributum, vt se, vitam, corpusq; tueatur: declinetq; ea, quæ nocitura videntur, omniaq; quæcunq; ad viuendum sint necessaria, acquirat, & paret. Vnde Iob. c. 2. Pelle pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima sua, id est, pro vita. Sed Deus nihil præcipit contra naturam, quia mandata eius graua non sunt. 1. Ioan. 5. & iugum Christi suauis est, & onus leue Matthæi. 11. igitur.

5 Quartum. Causæ, excusantes episcopū, vel parochum a residentia ex concil. Trident. sess. 23. c. 1. de reform. hæ sunt; Christiana caritas, vrgens necessitas, debita obedientia, & euident ecclesiæ, vel reipublicæ utilitas: sed nulla potest esse aut vrgentior, aut maior necessitas necessitate conseruandi vitam, periculo<sup>b</sup> mortis imminente: igitur.

6 Quintum. Causa conualescendi ab infirmitate potest prælatus a grege discedere secundum Caietanum super 2. 2. diui Thomæ. q. 185. ar. 5. & Dominicū a Soto de iust. & iure lib. 10. q. 3. art. 4. igitur & causa fugiendi pestem.

Sextum. Ecclesiæ interest, vt prælati, & parochi docti, & studiosi conseruentur, pauci enim inter plurimos tales inueniuntur: igitur qui fuerint & vita, & doctrina excellentes, non vt sibi, sed vt ecclesiæ futuro tempore prospiciant, poterunt fugiendo, pestem declinare.

7 Septimum. Necessitas residendi ex fine, id est, ex salute animorum desumitur iuxta illud Aristot. axioma. 2. phisic. c. 9. Ratio mediorū sumitur a fine: sed multi prælati, & parochi adeo sunt insufficiētes, vt melius per alios, quam per se ipsos ecclesias regant: igitur tales, constitutis idoneis vicariis, poterunt tempore pestis ab ecclesiis discedere.

8 Hæc argumentatio corroboratur primū, quia qui facit per alium, est perinde ac si faciat per seipsum. c. Qui facit per alium. de reg. iuris lib. 6. & l. Quod iussu alterius. ff. de reg. iur. Vnde potest quis per aliū, quod potest facere per se ipsum. c. Potest quis. de reg. iur. lib. 6. Iterum, quia episcopi nec solent, nec tenentur per seipso episcopalia munia exercere. Sacramenta enim baptismi, pœnitentiæ, eucharistiæ, extremæ vnctionis, & matrimonij per archipresbyterum, vel pœnitentiarium in cathedrali, in aliis autem ecclesiis per sacerdotes parœciales administrantur. Cura equidem parochorū in horum administratione, vt proprio cardine, versatur. Sacramentum ordinis, & confirmationis per titularem coadiutorem episcopum conferuntur, qui etiam conficit chrisma, d̄ consecrat templa, sacra vasa, & ornamenta, ac e virgines. Regulares, vt episcoporum linguæ, vbiq; assidueq; concionantur. Ecclesia cathedralis gubernatur per capitulum, diœcesis per generalem vicarium, & visitatores: hæreticorum inquisitio, & expurgatio ad inquisitores spectat, &c. ergo.

9 Octauum. Quauis episcopi teneantur intra propriam diœcesim residere ex conc. Trident. locis supra in principio disputationis citatis, non tamen possunt in tota personaliter existere: crebro autem accidit, vt pestis in totam non grassetur diœcesim, sed in vnā, alteramve ciuitatem: igitur tunc poterit episcopus alio, intra diœcesim tamen, causa fugiendi pestem demigrare.

10 Nonum. Multa licent absentibus, quæ præsentibus sunt illicita; sed nonnulli absentes suscipiunt ecclesias, per quas pestis grassatur: ergo isti saltem non tenentur ad residentiā ire, dum illac pestis adoritur.

11 Decimum. Obligatio residendi tempore pestis vel oritur a diuino, morali ve iure, vel ab humano, seu pontificio: non a diuino, quoniam residentia non est parochis iure diuino præcepta: neq; ab humano, tum quia nihil expresse in casu, de quo loquimur, iure est determinatum: tum quod prælatus non potest subdito præcipere, vt exponat se periculo

culo mortis, vt tenet Tabiē. verbo Episcopus. n. 5. conclu. 6. & ex diuo Toma colligitur. 2. 2. q. 108. art. 5. vbi dicit. Secundum ea, quæ ad naturam corporis pertinent, homo homini obedire non tenetur, sed solum Deo. Quia omnes homines natura sunt pares. Puta in his, quæ pertinent ad corporis sustentationem, vel prolis generationem: igitur.

12 Sed his non obstâtibus, pro quæstionis respõsione sit vnica conclusio. Pestis non excusat sacerdotes, curam animorum habentes, a personali in beneficiis residētia. Hanc conclusionem tenet absq; aliqua confirmatione Dominicus à Soto de iust. & iure lib. 5. q. 1. art. 8. defendit fortiter Ripa in tract. de peste. c. de priuilegiis contractuum causa pestis. n. 147.

13 Quorum sententia in præsentī confirmo primū ex illis Zacharię verbis. c. 11. O pastor, & idolū, derelinquens gregem, &c. Et ex illis Christi Ioānis. 10. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius oues non sunt proprię, videt s̄ lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eū de<sup>h</sup> ouibus. Super quibus Gregorius in homil. 14. super Euange. Vtrum verus pastor sit, vel mercenarius cognosci veraciter non potest, si occasio necessitatis deest. Tranquillitatis enim tempore plerunq; ad gregis<sup>i</sup> custodiam, sicut verus pastor, sic etiam mercenarius stat: sed lupus veniens indicat, quo quisq; animo super gregis custodiam stabat. Et diuus Thomas super Ioan. cap. 10. lect. 3. Quia spiritualis gregis salus præponderatur vitæ pastoris, ideo cum periculū imminet de spirituali gregis salute, debet quisq; spiritualis pastor corporalis vitæ suæ sustinere dispendiū pro spirituali gregis salute. Bonus enim pastor, &c. Vnde Ioānes epist. 1. c. 3. In hoc cognouimus caritatem Dei, quoniam ille animā suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Hæc prima cõfirmatio corroboratur c. Tres personas. 23. q. 4. & cõcilij Trid. locis supra citatis.

14 Prædicta conclusio confirmatur secundo, quia miles mundanæ<sup>l</sup> militiæ, si in bello locum deserat, <sup>m</sup> capite puni-  
tur. l. Nō omnes. §. Qui in pace. ff. de re milit. igitur & mi-  
les cælestis militiæ si in bello pestilentia munus suæ mili-  
tia subire recuset, duriori poena puniendus est, argumento  
a fortiori ex. c. Ex parte. & c. final. de cleri. non residen.

15 Tertiò ex doctriua Ioannis de Imola in. c. fina. de cleri.  
non resid. vbi concludit, quod si ecclesia patiatur defectum  
in diuinis, absentes possunt tempore pestis compelli, vt ad  
residentiam reuertantur. Ad rem faciūt notata in. c. penul.  
eodem tit. Quo loci ecclesia patiente defectum in diuinis,  
absentes cum licentia, & ex iusta causa redire ad ecclesiam  
coguntur.

16 Quarto ex diuo Augustino in epist. ad Honoratum, quæ  
est 180. cuius verba referuntur. c. Aduersitas. 7. q. 1. Fu-  
giant ministri verbi, & sacramentorū Christi, quando eo-  
rū quisq; speciatim à persecutoribus quæritur, vt ab aliis,  
qui non ita quærentur, non deseratur ecclesia. Cum autem  
omnium est cōmune periculum, ij, qui aliis indigent, non  
deserantur ab iis, quibus indigent. Aut igitur ad loca mu-  
nita omnes transeant, aut qui habent remanēdi necessita-  
tem, non relinquuntur ab eis, per quos eorum ecclesiastica  
est implenda necessitas. Hæc August. Et eadem diuus Tho-  
mas super. 2. ad Corin. c. 11. lectione. 6. in fine.

Quintò ex Nicolao papa in epist. ad Humifridum  
episcopū, aliās Humifredum. Si perniciosum est, <sup>n</sup> nautam  
in tranquillitate nauim deserere, quanto magis in fluctibus:  
vnde & nos, qui tanquam arietes ducatum gregibus præ-  
bemus, imò qui & horū pastores sumus, Deo autore, cum  
illis in periculis pro viribus perſistere pro certo conuenit.  
Quæ verba referuntur. c. Sciscitaris. 7. q. 1.

17 Sexto ex D. Thoma. 2. 2. q. 185. art. 5. vbi dicit. Obliga-  
tio vniuscuiusque personæ ex fine eiusdem obligationis  
perpenditur: obligant autem se episcopi, & alij, curam ani-  
morum habentes, ad exequendum pastorale officium pro-  
pter subditorum salutem: igitur vbi subditorum salus exi-  
git

git pastoris præsentiam, nõ debet pastor personaliter suum gregem deserere neq; propter aliquod commodum temporale, neq; etiam propter aliquod personale periculum imminens.

18 Septimo: quia causæ, ob quas episcopus, vel parochus potest a sua ecclesia abscedere, non sunt existimandæ respectu suæ personæ propriæ, quandoquidē & vitā ipsam ecclesiæ debet: sed respectu ecclesiæ, cui fidē habet obligatam: quare omnes sunt referendæ ad commodum ecclesiæ, vt egregie demonstrant Dominicus a Soto de iust. & iur. lib. 10. q. 3. art. 4. & Caietanus super. 2. 2. diui Thomæ. q. 185. art. 4. vnde cum tempore pestis ecclesia maxime indigeat pastoris præsentia, minime dicēdum est, ratione pestis excusari parochum a personali in beneficiis residentia. Hæc enim est inter pastorem, & mercenarium differentia, vt ait diuus Chrysostomus in hom. super illis verbis, Ego sum pastor bonus, quæ est. 5. in Ioannem. Nam alter propriæ, contemptis ouibus; alter, sua cōtempta, ouium semper salutis inuigilat.

19 Ex assertione nostra sufficienter, ni fallor, iā confirmata, recte deducitur, quoscunque, curam animorum habentes, tempore pestis in suis ecclesiis non residentes, incurrere omnes pœnas, iure non residentibus impositas, quæ continentur. c. Peruenit, & multis aliis. 7. q. 1. & sub tit. de cleri. non resid. & c. Cum ex eo. de elect. in. 6. concilii Trident. sess. 6. c. 1. de reform. in duabus Pij. 4. Bullis. de cleri. non resid. pro corroboratione prædicti decreti cōcilij Tridentini editis. Quæ quidē pœnæ confirmatę sunt sess. 23. concilii. Trid. c. 1. de reform. vbi inter alia hæc verba habentur. Si quis autem, quod vrinam nunquam eueniat, cōtra huius decreti dispositionem abfuerit: statuit sancta synodus præter alias pœnas, aduersus nõ residētes sub Paulo. 3. impositas, & innouatas; ac mortalis peccati reatū, quem incurrit: eum pro rata tēporis absentię fructus suos non facere, nec tuta cōscientia, alia etiam declaratione non sequuta, illos sibi detinere posse: sed teneri, aut ipso cessante, per  
superiorem

superiorem ecclesiasticum illos fabricæ ecclesiæ, aut pauperibus loci erogare, prohibita quacunq; conuentione, vel compositione, quæ pro fructibus male perceptis appellatur, ex qua etiam prædicti fructus in totum, aut pro parte, ei remitterentur, non obstantibus quibuscunq; priuilegiis, cuiusq; collegio, aut fabricæ concessis.

20 Ponderanda sunt illa verba, pro rata temporis absentia fructus suos non facere, nec tuta conscientia, alia etiã declaratione non sequuta illos sibi detinere posse, sed teneri, &c. Illa enim verba, fructus suos non facere, impediunt primam fructuum acquisitionem, eorumq; dominij translationem. Quare in conscientia iudicio tenentur non residentes ante aliquam iudicis declarationem, aut executionem illos pauperibus, aut fabricæ iuxta præscripti decreti formam restituere. Quod ostendit Couarr. in reg. Peccatum. parte. 2. §. 8. context. 4. de reg. iuris. lib. 6. & bene probatur per frequentiam eiusdem decreti verba, nec tuta conscientia, &c: quæ quidem verba id, quod diximus, magis declarant, & confirmant, vt demonstrat Alfonso a Castro de potest. legis poen. lib. 2. c. 6. cui suffragantur Dominicus a Soto de iust. & iure. lib. 1. q. 6. art. 6. ad 4. argumentum, & Couarr. in epito. de sponsa. p. 2. c. 6. §. 8. nu. 10.

21 Sed est maxime aduertendum, residentiam in beneficiis faciendam, duo simul requirere. Vnum est præsentia corporalis, siue habitatio in loco beneficij: alterum, vt beneficiarius curam animarum per seipsum exerceat, faciatq; ea, quæ ad ecclesiæ regimen, & cultum necessaria sunt. Et qui vnum absq; altero facit, non dicitur proprie, simpliciter, & cum effectu residere, vt colligitur ex mente Hostiensis, & Goffredi in summis. sub tit. de cleri. non resid. Astensis lib. 6. tit. 34. q. 2. Angeli. v. Clericus. 7. n. 1. Syluestri. v. Residētia in prin. summæ armillæ eodem. v. Panormit. in. c. Extirpādæ: §. Quia vero. de præbe. Caic. super. 2. 2. diui Thom. q. 185. art. 5. Didaci a Couar. lib. 3. vari. resol. c. 13. Quorum sententia, quæ communis est, expresse probatur. c. Nonnulli: &c. Relatum. de cleri. non resid. c. Extirpādæ, &c. Graue nimis

nimis. de præb. c. Licet canō. de elect. lib. 6. ex cōci. Trid. sess. 7. c. 3. de refor. & sufficienter demonstratur tali argumento, videlicet, Aut parochus tenetur ad residentiā tantum, aut ad opus solum, aut ad residentiā, & opus simul: non ad residentiā tantū, quia vana, otiosa, atq; infructuosa esset: neq; ad opus solum, quoniam sic posset per aliū supplere, & non residere contra concii. Trident. sess. 6. & 23. vtroque de reform. c. 1. igitur tenetur ad residentiā, & opus simul.

22 Ex quo infert Caietanus super. 2. 2. diui Thomæ. q. 185. art. 5. non excusari episcopum, aut parochum a personali residētia, eo quod per optimum vicarium prouidet ecclesiæ, etiam si sufficientius per eum quam per seipsum, regat ecclesiam. Quia tenetur gregem per seipsum pascere verbo, exemplo, doctrina, sacramētorum administratione, custodia, diligentia, & cæteris huiusmodi, quæ sunt personales actiones. Nanq; in debitis personalibus nō absoluitur debitor, si per alium faciat. Verbi gratia. Sacerdos, si diuinum officium per alium sanctum clericum recitari procurret, nō propterea excusabitur a dicēdo officio: quia est debitum personale. Et idem dicendum est in casu nostro.

23 His accedit, quod mercenarij officium non extenditur ad id, quod est præcipuum, & proprium pastoris, scilicet amor ouium suarum, prout eleganter, & diuinitus in cōci. Tridēt. sess. 23. c. 1. de refor. his verbis habetur. Cum præcepto diuino mādatum sit omnibus, quibus animarū cura cōmissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificiū offerre, verbiq; diuini prædicatione, sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo ° pascere, pauperum, aliarumq; miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cetera munia pastoralia incūbere, quæ omnia nequaquam ab iis præstari, & impleri possunt, qui gregi suo nō inuigilant, neq; assistunt, sed mercenariorum more deserūt: sacrosancta synodus eos admonet, & hortatur, vt diuinorum præceptorum memores, factiq; forma gregis, in iudicio, & veritate pascant, & regant.



24 Sed quanuis res ita se habeat, nihilominus episcopus, & parochi possunt habere in multis casibus, iure permisis, coadiutores, idoneos tamen, & approbatos, vt habetur. 7. q. 1. & 2. Et valde opportunum esset, vt tempore pestis parochi eos haberent, vel regulares, vel seculares. Nam tunc & propter multitudinem infirmorū, & propter periculum ministrorum, erunt maxime necessarij. Multę enim manus onus leuius reddunt. Difficilia sane facile conficiuntur, si quis non ipse solus negotium aggreditur, sed in plures adiutores, & auxiliares partiatur. Vnde

Hesiodus. *Plus potest & plurium industria.*

Et Euripides: *Inualida pugna est vnica tantum manus.*

Et adagium. *Vnus vir nullus vir.*

25 Est præterea animaduertendum, quod si parochus tempore pestis voluerit libere beneficio in manibus prælati renuntiare, poterit eius renuntiatio recusari.

26 Primum argumento deducto a milite armate militiæ ad militem cælestis militiæ, de cuius efficacia Euerardus in suis locis lega. Miles enim, qui in pace stipendiatur, tenetur tempore belli pro periculū subire. l. Non omnes. ff. de re milit. ergo episcopi, & parochi similiter. Propterea enim Apostolus Timotheum admonet. 2. cap. 2. vt laboret sicut bonus Christi miles. Iterum, quia talis renūtiatio equiparatur fugæ, quam parochus tempore pestis nō licere supra ostēdimus. Tertio, argumento deducto ex. c. Sugestum. 7. q. 1. & c. 1. de renunti.

27 Et non aduersatur huic doctrinæ nostræ decisio. c. Ad supplicationem. de renūti. vbi papa cōcedit licentiam cecedendi episcopo, qui sine mortis periculo in ecclesia sua morari nō potest. Quia ibi soli episcopo imminebat periculum, & non toti ecclesiæ.

### ARGVMENTORVM RESPONSA.

28 **P**RIMI argumenti, pro affirmante quæstionis parte principio. n. 2. adducti, concessa maiore, distinguitur minor

minor iuxta diui Thomæ doctrinam super Mattheū. c. 10. ubi explicans illud, Cum persequetur vos in ciuitate ista, fugite in aliam: obiicit ex Ioannis. 10. Mercenarius fugit, quia mercenarius est: & soluit, dicēs. Persequutio, siue periculū aut imminet singulari prælato personæ, aut toti ecclesiæ: si soli prælato, tunc prouisus omnibus ecclesiæ necessariis, prælatus declinare & poterit exēplo Christi apud Ioannē, c. 7. & 10. & 11. & Pauli Actorū. 9. & 2. Corint. 11. beatiq; Athanasij, vt in eius historia habetur. Si autem prælato cum ecclesia cōmune sit periculum, vel tota ecclesia fugiat ad loca tutiora, aut pastor cū grege remaneat iuxta doctrinam Christi apud Ioan. 10. & Augustini in epistola ad Honoratum supra nobis. n. 16. relatam.

29 Verba autem illa Matth. 24. Cum videritis abominationem desolationis, &c. diuersimode explicātura theologis, vt apud diuum Thomam in catena aurea, & Iansenium in concord. euāg. c. 122. videre licet. Admonitio vero, Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, omnibus Christianis tempore destructionis Hierusalē, in Iudæa cōmorantibus, facta fuit, & nō solis prælatis, & sacerdotibus. Diuise enim Remigius declarās verba illa, Cum videritis abominationem, &c. inquit: Hæc omnia, imminente desolatione Hierusalē, constat fuisse impleta. Appropinquante nanq; Romano exercitu, omnes Christiani, qui in prouincia erant, sicuti in historia ecclesiastica Eusebius refert lib. 3. c. 5. diuino miraculo moniti, longius recesserūt. Nam transeuntes Iordanem, venerunt in Pellam ciuitatem, & ibi sub tutela Agrippæ regis, cuius mentio in actibus apostolorum fit. c. 25. & 26. aliquanto tempore manserunt. Ipse autem Agrippa cum parte Iudæorū, quæ sibi obtemperabat, Romano subditus erat imperio. Hactenus Remigius, quē sequatur Beda, & diuus Thomas super Matthei. c. 24.

30 Concessa secundi argumenti maiore, negatur prælatos, vel parochos, residentes in loco, peste infecto, Deum tentare. Nam quādo propter aliquam necessitatem, seu utilitatem quis se cōmittit diuino auxilio in suis factis, non  
tentat

tentat Deum, vt explicat diuus Thomas. 2. 2. q. 97. arti. 1. sed quando hoc agit absq; necessitate, & vtilitate secundum ordinariã sacrorũ bibliorũ glosam super illud Deuter. 6. Non tentabis dominum Deum tuum. Vbi dicitur: Deum tentat, qui habens, quod faciat, sine ratione cõmittit se periculo, experiens, vtrum possit liberari a Deo.

31 Concessa maiore tertij argumenti, minori ita respondetur. Deus licet nihil in sua lege contra naturam præcipiat, præcipit tamen nonnulla, quæ superant ipsam hominis naturam. Id est, quæ solis humanis viribus non possunt adimpleri, vt præcepta fidei, spei, & caritatis, & totius legis, quantum ad substantiam, & modum obseruatio. Nam vt contra Pelagium in cõci. Mileuitano decretum fuit, absq; gratia Dei viribus solis liberi arbitrij nostri nõ possumus totam legem Christi adimplere. Idem habetur cõci. Trid. sess. 6. can. 1. & 2. & 3. explicat breuiter diuus Thom. 1. 2. q. 100. art. 10. ad. 3. late autem Dominicus a Soto de nat. & grat. lib. 3. a primo vsque ad. 5. c.

32 Ex hoc autẽ minime infertur, diuina præcepta esse impossibilia. Quia facienti, quod in se est, Deus non denegat gratiã iuxta illud Pauli ad Hebræos. 12. Ne quis deat gratiæ Dei. Deus enim impossibilia non iubet, concii. Triden. sess. 6. c. 11. & can. 18. Nam quãuis per nos ipsos totam legem nequeamus adimplere, Deus tamen paratissimus est, nisi per nos steterit, opem nobis ad id perficiendum ferre concii. Trid. sess. 6. cap. 11. de obseruatione mādatorum. Et quod per amicos possumus, iuxta Aristotelis axioma per nos ipsos posse videmur. Explicat Dominicus a Soto de iust. & iure. lib. 2. q. 3. art. 10. & q. 8. art. 2.

33 Ad testimonia sacra, in eiusdem minoris cõfirmationem adducta, respondeo sic. Præcepta diuina amãti graua non sunt, vt exponit diuus Augustinus in tract. de laudibus caritatis, & de nat. & grat. c. 69. sed non amanti graua sunt secundum diuum Thomã. 1. 2. q. 107. art. 4. Iugum Christi dicitur suaue, & onus leue, quia amore est portandum, ita Rabanus super Matth. cap. 11. & diuus August. de verb.

Dñi ferm. 9. vbi dicit. Omnia enim sc̄ua, & immania proflus facilia, & prope nulla efficit amor iuxta illud, Amanti nihil difficile. Suffragatur diuus Thomas super Matth. c. 11. vbi explicans illud, Iugum enim meum suauē est, & onus leue, opponit ex Matthæi. 5. Audistis, quia dictum est antiquis, nō occides, & c. vsq; in finem. c. & ex. c. 7. Intrate per angustam portā: quia lata portā, & spaciofa via est, quę ducit ad perditionē, & multi sunt, qui intrāt per eā. Quam angusta portā, & arcta via est, quę ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eā: & respondet, Præcepta Christi non sunt graua, quia condiuntur condimento amoris. Quando enim aliquis amat, nō grauat eū, quidquid patitur pro amato. Omnia enim graua, & impossibilia leuia facit amor. In cuius confirmationem non abs re esse puto illud.

Virgilij. *Omnia vincit amor.*

Neq; illud canti. 8. Fortis est, vt mors, dilectio: & quod de Iacob refertur Gen. 29. Videbantur ei pauci dies præ amoris magnitudine.

- 34 Concessa quarti argumenti maiore, circa minorem dicimus: in concil. Tridentino annecti quidem quatuor illas causas, excusantes episcopum, vel parochum a residentia: videlicet Christianam caritatem, urgentem necessitatem, debitam obedientiam, & euidētem ecclesiæ, vel reipublicæ vtilitatem. Sed quia vnaquęq; per se excusat a tali obligatione, vna nō debet aliis aduersari. Diuersę enim, & contrarię causę, quemadmodum vnum, & eūdem effectū producere non valent secundum Aristotelem lib. 5. polit. c. 8. & diuum Thomam in quæstionibus de veritate. q. 28. art. 2. arg. 3. sic neq; vnam, & eādem obligationem dissoluere. Nam quod alicui conuenit, id eius contrariū non potest conuenire, vt tradit Euerardus in loco a contrariis sub. n. 11. Contraria enim neq; in origine, neq; effectu se compatiuntur, vt idem Euerardus ostendit loco citato. nu. 13. & ante ipsum Aristoteles lib. 5. polit. c. 8. citato. Vnde cū necessitati conseruandi vitam in casu nostro nō possit prælati per fugam succurrere nisi cōtra caritatem, & ecclesiæ

się utilitatē, vt ex nostra conclusione, & eius confirmatio-  
nibus fit manifestum; de tali necessitate cōcilium Triden-  
tinum non loquitur.

35 Argumento quinto illud damus responsum. Quauis  
Caietanus concedat, gratia conualefcendi ab infirmitate  
posse prælaturam a grege discedere, tamen adiungit, quādo  
imminet ecclesię periculum, cui sua obuiaret præsentiā,  
teneri episcopum, morbum, & ægrotationē sustinere vsq;  
ad mortem.

36 Concessio sexti argumenti antecedente, negatur conse-  
quentia. Primum, quia vt prælati conseruent suam vitam,  
nihil debent facere contra caritatem, aut officium suum.  
Non enim facienda sunt mala, vt bonū eueniat, quod apo-  
stolus docet ad Rom. 3. & diuus August. cuius verba ha-  
bentur. c. 1. d. 14. Iterum, quia ipsi tenentur prouidere præ-  
sentibus ecclesię periculis, cuius præsentes prælati sunt:  
(Præsentibus nanq; rebus consulendum est, & quod vrget,  
in primis cauendum:) futuris autem, si vna cum præsenti-  
bus possunt, aliās secus. Nam consultationem de futuris  
varię interrumpūt occasiones, & Deus, cui ecclesia curę  
est, in futurum ei prouidebit. Multi enim episcopi sancti,  
& doctissimi fugissent labores improbos, & martirium,  
nisi hæc, quæ diximus, vera iudicassent.

37 Septimi argumenti negatur illatio. Quod neq; insuffi-  
cientia episcopi, neq; sufficientia sui vicarij excusant epi-  
scopum a personali residentia, prout supra. n. 22. ex Caieta-  
no super. 2. 2. diui Thomæ. q. 185. art. 5. ostendimus, &  
Domi. a Soto late demonstrat de iust. & iure. libr. 10. q. 3.  
art. 2. Si enim episcopus insufficientis est, cedat episcopali  
dignitati iuxta. c. Nisi cum pridem. de renunt. vel quærat,  
habeatq; idoneos coadiutores, vt habetur. c. Inter cetera  
de offi. ordi. Non tamen putet sibi licere in periculo com-  
muni a grege discedere. Quoniā nemo ex delicto proprio  
facit cōditionem suam meliorem. c. Legi. 16. q. 1. & c. Si-  
cut. de symonia. & c. Si vere. de sent. excom. l. 3. §. 1. ff. de  
donat. inter virum, & vxor. l. Seruus. ff. quod vi, aut clam.  
diuus

diuus Thomas in .4. sent. lib. d. 21. q. 2. art. 2. arg. 3. & in additi. ad. 3. p. q. 10. art. 5. ad. 3. Hostien. in summa sub tit. de cleri. excom. minif. §. 1. n. 2. ibi: Si quæras, quare excōmunicatus teneatur dicere horas canonicas?

38 Id autem silentio nequaquam pratermittendum arbitror, tempore pestis fugiente episcopo, idoneū vicarium ex mea sententia constitui, haud facile posse. Quia si proprius pastor, viso lupo, dimittit oues, & fugit, nūquid mercenarius stabit? Et si mater deserit in mortis periculo filiolum, quid faciet nutrix, \* vili mercede conducta?

39 Ad primam argumēti corroborationem, videlicet, Qui facit per alium, &c. de reg. iuris. lib. 6. respondetur, illam, & similes regulas multis casibus limitari per glosam. c. Potest quis per alium, eodem tit. & lib. Et vnus est, quādo debitum officium est personale: quod supra nu. 22. ex Caietano retulimus.

40 Ad secundam septimi argumenti corroborationem, negamus, episcopos non teneri, multa episcopalia officia, & si non omnia, per se ipsos soluere, & exercere. Nam quauis plurima possint aliis delegare, & per vicarios, & visitatores, & coadiutores exequi: horum tamen defectus sunt per episcopum corrigēdi, & supplendi. Mirum enim erit, quod negligēte episcopo, & munera propria contēnente, eius cooperarij in officio sint, præsertim absente domino, cuius præsentia, & superintendentia omnibus est necessaria. Episcopi, qui per alios curam episcopalem gerunt instar meretricum sunt, quæ statim, vt pariunt infantes, aliis nutricibus tradunt educandos, vt suam citius libidinē explere valcant, vt ait sanctus Damasus papa in epist. 4. Item tales non pastores, sed domini ouium sunt. Nam dominus solum quærit utilitatem propriam ex ouibus, & habet sub se mercenarios pastores, quibus committit custodiam ouium, &c. bonus autem pastor per se custodit gregem, & vigilat super eum, visitās singulas oues, vt cuiq; opportuna, & necessaria tribuat. Et tales debēt esse episcopi, vt latius tradūt Caietanus super. 2. 2. diui Thom. q. 185. art. 5.

& Dominicus a Soto de iust. & iur. lib. 10. q. 3. art. 1. Nam qui obsecro, licite fieri potest, ut episcopi, quorum ad negotium arduum vita, & industria, ac sufficiētia eligitur, operarios mercenarios substituunt, cōductos vilissimo pretio, sibi retentis omnibus episcopatum fructibus, qui solum dignis operariis, & propriis pastoribus, gregē per seipso pascentibus, de iure diuino debentur?

Adde, quod non poterunt per mercenarios munera episcopalia, ut oportet, exerceri. Indigēt enim, ut bene, ac decenter exerceātur, amore, & cura paterna, proprii pastoris vigilantia, & prouidentia, episcopali auctoritate, & assistentia, & cæteris huiusmodi.

41 Intueantur animis episcopi suam vocationē. Sunt enim vocati potius ad seruitutem totius ecclesiæ, quā ad principatum, ut docet diuus August. lib. 50. homeliarum homel. 7. Propterea quod episcopatus ex sua prima impositione nomen est operis, magis quam honoris, ut idem maximus doct̄or explicat lib. 19. de ciui. Dei. c. 19. cuius verba habentur. c. Qui episcopatū. 8. q. 1. Meditentur illa, quæ Deus per Ezechielē. c. 34. prædixit. Væ pastoribus Israel, vsque in finem capitis. Attente legant caput. 1. de reform. sess. 23. concil. Trident. Sed qui de residētia hæctenus conscripserūt, de his satis superq; Nos autem ad reliqua trāscamus.

42 Ad octauum respondetur, episcopum teneri, intra propriam diœcesim residere, plurimo autem tēpore ubi sedes episcopalis fuerit collocata. Tum quia ibi habet cathedram, & capitulum: tum quod per illius tēporis spatium, dominici aduētus, quadragesimæ, natiuitatis, resurrectionis Domini, pētecostes, item & corporis Christi diebus, quibus refici maxime, & in Domino gaudere pastoris præsentia oues debēt, episcopi ab ecclesia sua cathedrali nullo modo abesse possunt, nisi episcopalia munia in sua diœcesi eos alio vocēt, concil. Trident. sess. 23. c. 1. de reform. Quapropter si pestis in ciuitate grassetur, ubi sedes episcopalis sita est, non debet ab ea episcopus discedere. c. Placuit

euit. 7. q. 1. Si autē alia oppida adoriatur, debet episcopus circumspecte, solícite, ac diligenter, vel ex sua episcopali sede, vel ex loco proximiorē, & aptiore prouidere, vt omnia salutē animorum necessaria opportune ⁊ pestiferis exhibeātur. Et si sua præsētia illic fuerit necessaria, tenetur etiam illuc accedere, sicut belliger, ac sagax dux, qui in toto bello, maioribus intrepide, & prouide succurrit periculis. Tunc enim episcopalia officia cum illuc vocant.

43 Summus autem pontifex in Romana ecclesia debet residere, vt docet Dominicus a Soto de iust. & iure. lib. 10. q. 3. art. 1. Propterea enim Romanus pontifex & est, & nominatur. In vrbe ⁊ deinde, totius orbis capite, ac temporalis imperij sede, vt monarchiæ seculari in his quoq; ecclesiastica respōderet, quod in sermonibus diuorum Petri, & Pauli Leo papa, & Maximus episcopus annotarunt, suam papalem cathedram Petrus apostolus, primus Christi in terra vicarius, ac summus omniū pontifex, demum collocavit, ibiq; fuit cruci affixus, ac sepultus, vt etiam irrefragabilibus argumentis contra quoldā impudentissimos hereticos demōstrat Melchior Canus de locis theolo. lib. 6. c. fin. in solutione. 10. principalis arg.

Et quanquam Clemens quintus anno a Christi natiuitate. 1305. infeliciter quidem pontificiam sedem a Roma in Galliam trāstulerit, vbi septuaginta annos sedes exulauit: ceterum Gregorius vñdecimus sanctissimus, pariterq; prudentissimus pontifex, anno a Christo nato. 1376. solertissime nimirū, & cautissime ad proprios lares sedem retulit. Nam cum quadam die ipse Gregorius cum episcopo. N. in curia residēte inambularet, & absentia a proprio episcopatu eū argueret, admoneretq; in propria diocesi residentiam, episcopus respōdit. Quare tu beatissime pater, ⁊ qui, vt summus pontifex, aliis omnibus virtutum exemplari, & normę esse debes, & me residentiā monitum exoptas, proprium episcopatum nō repetis, sed eum, proprius pastor, & præsul, tanto tempore deseruisti: maxime cum propter tuam ab vrbe absentiam totus fere mundus



conquassatus titubare videatur? Hisce verbis Gregorius summus pontifex vehementer permotus, quot, quantaq; mala, ac damna ex summorum pontificum absentia Romæ, ac simul toti Italiæ obuenissent, profunde meditatus est: & tandem cordatissime decreuit, secrete, prudenterq; in urbem remigrare, ac sedem apostolicam post septuaginta annos Romæ restituere. Quod opere compleuit, vt apud eos omnes, qui summorum pontificū historias describūt, memoriæ proditum est.

44 Negatur noni argumenti cōsequentia. Nam cum onus residendi annexum sit episcopali officio, eo ipso quod aliquis episcopatum suscepit, tenetur ad residentiam per locum a concessione antecedentis ad concessionem consequentis, de quo Euerardus in suis locis legal. Illi autē, qui pestis periculum subire nolunt, debēt etiam episcopatum tali tempore recusare. Qui potius eo magis episcopi, pestis tempore <sup>bb</sup> creati, tenentur ad residentiam, quia sunt veluti exercitus duces, qui, in toto sanguinolēto bello, aliis ducibus interfectis, eliguntur, vt manus cum inimicis subito conferant. Hæc nostra responsio corroboratur ex doctrina Ioannis de Imola supra in conclusionis cōfirmationem. n. 15. adducta.

45 Ex quibus etiam consecutiue deducitur, episcopus, qui ante exortam pestem a suis episcopatibus abfuerit, teneri quidem tempore pestis ad residentiam redire. Nisi causæ absentiaæ eæ sint, vt merito præponderentur residentiaæ, de iure diuino tempore pestis in proprio episcopatu potissimum faciendæ. Quas quidem necessarias, publicas, & legitimas absentiaæ causas a summo pontifice, vel metropolitano, vel hoc absente, suffraganeo episcopo antiquiore residente in scriptis esse approbādas tunc maxime tēporis conciliū Triden. sess. 23. c. 1. de refor. decreuit. Et ad huius normā, & exemplū de aliis, curam animorum habentibus, simili in casu dicēdum esse sentio. Illud insuper annexens, tempore pestis parochus non licere, duos absentiaæ menses, quos concilium Trid. sess. 23. c. 1. de refor. in singulos

gulos annos parochis indulget, parœcię abesse. Nam illos cōcedit, si absq; gregis detrimento parochi abesse possint. Et declaratū fuit ab illustrissimis cardinalibus, facti concilij Tridentini interpretibus, eosdē absentię menses non debere incurrere in aduentum, quadragesimam, paschata, aut huiusmodi solemnitates, quibus refici maxime, & in domino gaudere pastoris præsentiā oues debent. Multo igitur minus incurrere debent in pestis tempus.

46 Ad decimum responderetur, residentiā in beneficiis, quibus animorum cura annexa est, esse de iure diuino, vt sufficienter demonstrāt Caiet. super. 2. 2. diui Thomæ. q. 185. art. 5. Ioannes Driedo, lib. de liber. Christiana, Bartholomæus a Miranda in ea controuersia, quam de hac re apud Tridentum habuit, cui aduersus Ambrosium Catherinum subscripserunt Domi. a Soto in calce libr. de natur. & gra. & de iust. & iur. libr. 10. q. 3. art. 1. ac doctor Nauartus in man. c. 25. nu. 121. & Didacus a Couar. lib. 3. var. resolut. c. 13. n. 9. & Antonius Cordub. in suo quæstionario. lib. 1. q. 19. vbi alios plures citat. Quorum sententia cōfirmatur primum illis concilij Tridentini verbis, sess. 23. c. 1. de reform. supra a nobis transcriptis. nu. 23. Cum præcepto diuino mandatum sit, &c. Nam quanuis sess. 6. hæc controuersia, tunc temporis maxima, non fuerit decisa, veruntamen postea sess. 23. re diutius cōsiderata, videri videor patres in hanc nostram partem potius inclinatos, vt ex verbis citatis licet deprehendere.

47 Iterum sententia Caietani, & reliquorum confirmatur: quia ianitor cui cura claudēdi, recludendiq; commissa est, ad ianuā assistere tenetur: & cui nauis gubernatio incumbit, ad clauū sedere debet: duxq; in bello, dum geritur, & miles in acie tenētur existere: & qui ex obligatiōe ducturus est cæcum, tenetur iuxta illum adesse.

48 Tertio, quia episcopus est lux, quæ præsentiibus lucet: est auriga, dispensator, pastor, pascens, custos, speculator, vigil, pedagogus, nutrix, superintendens: quæ omnia præsentiā corporalem exigunt.

42 Ultimo manifeste probatur capitulo. 5. concilij Mel-  
denfis apud Iuonem. p. 5. c. 190. atq; adagio illo, Ouium  
nullus vsus, si pastor absit: atq; cōmuni canonistarum argu-  
mento, quod late profequitur Euerardus in suis locis leg:  
loco de matrimonio carnali ad spirituale: Nimirū. Sicut  
absentia mariti est vxori lōge periculosissima, ita, & multo  
periculosior absentia prælati ecclesiæ. Oues enim, pastore  
absente, nō longe a lupis absunt. Quam periculosa populo  
fit absentia prælati vel ex iustissima causa, ac idoneo, suffi-  
ciētissimoq; vicario substituto, ex historia, quæ Exodi. 32.  
refertur, satis deprehēdi potest. Quam præ cæteris ad pro-  
positum explicat eo loci Dionysius Cart. Moysē nimirum  
in monte cum Deo demorāte, Hebræorū populus, Aaron  
Moysis vicario existente, nefarie vitulum aureum, perinde  
ac Deum <sup>c</sup> verum, adorauit, aliaq; infanda crimina pa-  
trauit. Et quanuis residentia in beneficio, cui animorum  
cura incumbit, esset solum iure pontificio præcepta: non  
tamen sequeretur intentum argumēti. Quod tēpore pestis  
nō reperitur excepta: imo in casibus similibus expresse iu-  
betur. c. Aduersitas, & c. Sciscitaris, & c. Sugestū. 7. q. 1.

50 Illud autem, quod in confirmationem eiusdē argumēti  
adducitur, videlicet prælatus non posse subdito, præcipere,  
vt exponat se periculo mortis, recipit nōnullas limitatio-  
nes. Prima, nisi causa publicæ, & magnæ utilitatis. Quo ca-  
su etiam rex, <sup>du</sup> & dux præcipere possunt ciui, aut militi, vt  
mortis periculo se exponant secundum Dominicū a Soto  
de iust. & iur. lib. 4. q. 2. art. 3. Quia ex caritate, & naturali  
iure pars pro totius conseruatione interitui obiicitur. Et  
vt Cicero lib. 3. off. docet, Natura quidem cōsequimur, vt  
communem vtilitatem nostræ anteponamus. Altera, & ter-  
tia limitatio est, nisi ratione officij, vel voti subditus ad id  
teneretur. De illa Tabien, v. Episcop<sup>o</sup>. n. 5. de hac Caieta-  
nus super. 2. 2. diui Thomæ. q. 104. art. 5.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

*Dimidium facti, qui cœpit, habet.*

## Ad lectorem.



VVM tractatus hosce nostros relegeremus, quã plurima, quæ in manuscriptis codicibus frequenti, variaq; lectione & selecta, & per locos digesta habebamus, quæ materie principali inseri cõmode non poterant, memoriæ occurrebant. Quæ parui p̄dere, cum cara essent, animus non sustinebat. Decreuimus itaq;, ea paginarum marginibus minime capiẽtibus, fini vel disputationis, vel capituli, vt sic præcipuum argumentum non interromperetur, ascribere. Insuper, & potissimũ, vt lectorũ animus varietate, quæ, autore Quintiliano, reficit animos, ac reparat, oblectaretur. Quibus illud accessit, quod hæc opuscula nostra appositis vel annotationibus, vel potius digressionibus vniuersalia efficiuntur, ac veluti Delphicus gladius: & ne utiquam vel tempore pestis, vel cognatione spiritali circunferibuntur. Boni ergo consulito, si quæ ex multis, diuersisq; libris longo tẽpore, improboq; labore tanquam rara selegimus, paucis perstricta, vobis absq; sudore participanda, liberaliter offerimus. Valeto, &c.

10. Horatius lib. epistolarum. 2.  
epistola. 2.

Deniq. non omnes eadem mirantur, amantq.

Carmine tu gaudes, hic delectatur Iambis,

Ille Bioncis sermonibus, & sale nigro.

Tres mihi conuiuæ prope dissentire videntur,

Poscentes vario multum diuersa palato.

Quid dem? quid non dem? renuis tu, quod iabet alter.

Quod petis, id sane est inuisum, acidumq. duobus.

Ad tractatum de parochorum obligatione tempore pestis annotationes, siue ab eo digressiones.

### AD PRIMAM TRACTVS PARTEM.

Annotatio, siue digressio prima de pestilentia. A.

**L**ocris, & Crotone pestilentiam nūquam fuisse scribit Plinius natural. hist. lib. 7. c. 50.

### II. DE MORTE. B.

- 1 Arist. Omnium terribilium terribilissimum est mors.
- 2 Cic. 1. Tusc. Non deterret sapiētem mors, quę propter incertos casus quotidie imminet, & propter breuitatem vitę nunquam longe potest abesse.
- 3 Diuus Bernardus. Vbiq; te expectat mors, tu quoq; si sapiens fueris, vbiq; eam expectabis.

### III. DE FINE. C.

- 1 In omnibus inspice finem.
- 2 Media debēt fini aptari.
- 3 Arist. 2. phisi. cap. 2. Eiusdē scientię est agere de fine, & de iis, quę sunt ad finem.

### IIII. DE TEMPLO. D.

- 1 Higinus papa octauus sub Petro, qui sedit circa annum Domini. 145. templorum consecrationem primus instituit, vt in eius historia legitur, cuius canonem hac de re etiam habemus de consec. d. 1. c. Ligna.

### V. DE VIRGINITATE. E.

- 1 Christifera virgo fuit prima, quę virginitatem suam Deo voto consecrauit secundum Dominicum à Soto in. 4. sent. lib. d. 30. q. 1. art. 1. in fine, & Cornelium Iansenium in concord. euang. c. 3. super illis eiusdem virginis verbis Lucę. 2. Quomodo fiet istud, quoniam virū non cognosco? & Ludouicum Granatēsem in cōcione vnica de annuntiatione. §. 3. super eisdem beatissimę virginis verbis, & Bartholomeum de Medina super. 3. diui Thomę. p. quęst. 18. art. 4. & alios, et ceter. Nam quāquam antea multi ob diuersos fines virginitatem seruassent, tamen id sub voto verę religionis à Deipara virgine habuit originem. Vestales enim virgines votum non emittebant, tametsi  
Sotus

Sotus loco citato refragetur. Pro cuius plenissima intelligentia, ac demonstratione lectores relego ad Alexand. ab Alex. lib. 5. lection. geniali. c. 12. ubi de Vestalibus plena manu scribit. Neq; Dama Pythagoræ filia, quam contendunt aliqui, primam omnium virginitatis votum nuncupasse, illud propter veram religionem suscepit.

## VI. DE PASTORE. F.

- 1 Primus pastor fuit Abel. Gen. 4.
- 2 Quidam simplex, & rectus pastor, infernum in templo depictū intues, nimio exultabat gaudio. Quem animaduertens ecclesiæ rector interrogauit, quamobrem, cum potius deterreri, aspiciens horrendā inferni picturam, debuisset, voluptate gestiret? Cui pastor respondit: Tum quod inter quamplurimas principum, regum, imperatorum, clericorum, regularium, episcoporum, aliorumq; hominum figuras nullam discerno vel instar pastoris comatam, vel alio quouis pastoris signo distinctam: tum quoniam a vobis sæpe exaudiui, Deum optimum maximum filij sui, redemptoris nostri temporalem natiuitatem per angelos primum omnium pastoribus nuntiasse: quæ simul contemplans, eximia sum letitia perfusus. *Ecce sub vili palio latet sapientia.*

## VII. DE LVPO. G.

- 1 **L**Vpus est in fabula. Hoc prouerbio vtimur, quoties nostro sermoni superuenit is, de quo loquebamur, & nobis sua præsentia amputat loquendi facultatem. Prouerbum tractum a lupi natura, quem ferunt naturales apud Plinium. lib. 8. hist. natur. c. 22. ius, quos prior aspexerit, vocem intercludere ad præsentiam.
- 2 Idem Plinius lib. 28. c. 20. affirmat, lupos in agrum nō accedere, si capti vnus pedib<sup>9</sup> infractis, cultroq; adacto, paulatim sanguis circa fines agri spargatur: atq; ipse defodiatur in eo loco, ex quo cœpit trahi.

## VIII. DE OVIBVS. H.

- 1 **I**N Co insula ouem ex Nicippi grege peperisse leonā post alios historiographos Cælius Rhodig. lib. 13. c. 14. lect. antiq. memoriæ prodit.

## IX. DE CARNIS ESU. I.

- 1 **V**trum ante vniuersalem totius terræ inundationem esus carniū fuerit hominibus in vsu? controuertitur. Nam partem problematis negatiuam tenent D. Chrysostomus, Theodoretus, Lyranus, Rabanus, Caietanus, Lipomanus, Rupertus Stephanus super. c. Gen. 9. D.

Hieronymus aduersus Iouinianum. D. Thomas. 1. 2. q. 102. art. 6. ad. 2. argumentum. Abulésis in Genes. cap. 1. Cælius Rhodiginus lect. antiq. lib. 13. c. 25. Polydorus Virgilius de inuētoribus rerum. lib. 3. c. 5. & cæteri fere omnes. Quorum sententia duobus Genesios locis, veluti duabus firmissimis anchoris, fulcitur. Genesios. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam, & vniuersa ligna fructifera, vt sint vobis in escam. En tibi ante vniuersale orbis diluuium assignans cibos Deus hominibus, carniū non meminit. At post expresse earum esum indulgit. c. Gene. 9. dicens. Omne, quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibū, &c. Quibus non obstantibus Dominicus a Soto. lib. 5. de iust. & iure. q. 1. art. 1. Vnus cōtra omnes, mordicus defendit, & probabiliter quidē, ab ipso mundi exordio in statu naturæ corruptæ carniū esum fuisse hominibus in vsu. Relegito articulum eius citatum.

## X. DE ARTE MILITARI. L.

**M**ilitaris artis primum autorem, inuentoremq; fuisse Martem, proptereaq; bellorū deum à gentibus coli, Diodorus Siculus tradit. Cicero vero lib. 3. de natura deorum eandem inuentionē Paladi, Martis sorori ascribit, idēq; Bellonam appellari affirmat. Iosephus. 1. lib. antiq. verustiore ostendit eandem artem. Nam eius primum inuentorem fuisse Tubal Cain longe ante vniuersæ terræ inundationem intrepide asseuerat.

**2** Primus, qui bellum gessit gratia dominandi, & ampliandi suum regnum, fuit Ninus, Assyriorum secundus monarcha, vt tradūt Iustinus, Trogus Pompeius, Fabius Pictor, & diuus Augustinus lib. 4. de ciui. Dei. c. 6. & ibi Ludouicus Viues, aliiq; recētiore: tametsi ante Ninum pugna, & bella inter homines fuerint ob alios fines.

**3** De bellicorum instrumentorum inuentoribus legitote Plinium lib. 7. hist. mundi. c. 56. & Polydorum Virgilium lib. 2. de inuentoribus rerum. c. 10. & sequentibus.

**4** Quintus Curtius de gestis Alexan. lib. 10. Illud scire debetis, militarem sine duce turbam corpus esse sine spiritu.

**5** Plutarchus in apophtheg. Chabrias dicere consuevit, formidabilius esse ceruorum agmen duce leone, quam leonum ceruo duce.

**6** Cicero in oratione de laudibus magni Pompeij. Ego enim existimo in magno imperatore quatuor hastes esse oportere: scilicet scientiam rei militaris, virtutem, authoritatem, & felicitatem.

**7** Vegetius de re milit. lib. 4. c. 10. Inter hostes discordiarum procurare causas, sapientis est ducis.

**8** Eas optimas victorias, quæ sine sanguine fiunt, dicebat Pittacus.

**9** Vegetius lib. 2. de re milita. Prudentissimi ducis est, hostes fame, sitiue  
magie

magis vrgerere, quam ferro.

- 10 Idem lib. 4. c. 11. Boni duces nō aperto prælio, in quo est cōmune periculum, sed ex consulto semper attentant, vt integris suis, quantum possint, hostes interimant certe, vel terrcant.
- 11 Idem lib. 2. Pleriq; rei militaris ignari pleniorē victoriā credunt, si aduersarios aut locorum angustiis, aut armatorum multitudine circūdederint, vt aditum non inueniant recedendi. Sed e contra clausis ex desperatione crescit audacia: & cum spei nihil est, sumit arma formido. Libenter cupit cōmori, qui sine dubio scit, se esse moriturum. Ideoque Scipionis laudata sententia est, qui duxit viam hostibus, qua fugerent, inueniendam.
- 12 Belli consilia maxime sunt celanda. Vnde Antigonus, Macedonum rex, Philippo filio, multis præsentibus, percontanti, Quando castra mouebimus? Quid, inquit, num? metuis, ne solus tubam non audias? Et Cecilius Metellus tribuno militum, inquireti quid arcani de bello, Si eius rei, dixit, scirem mihi subuculam esse consciam, exutam in ignem coniecissem.
- 13 Sagacissimi ducis est arcana aduersarij cōsilia nullo nō moto lapide inuelligari: & exploratores peritissimos, sagacissimosque habere: quos potissimum ex ipsis inimicis, & aduersarij consiliaris magnificis donis lucrari procuret.
- 14 Appolinis oraculum Philippo regi, consulenti, quo pacto posset victoria potiri? respondit: Argenteis pugna telis, atq. omnia vinctes. Vnde dicere Philippus solebat, nullam prorsus videri inexpugnabilem arcem, in quam onustus auro a sellis ascendere posset.
- 15 Diuus Ambrosius officiorum lib. 1. In casum contra exteriores bellum geritur in campo, si intra ipsa vrbis mænia ciuis insidiās habetur.
- 16 Vegetius lib. 2. de re milit. c. 22. In omni prælio non tam multitudo, & virtus indocta, quam ars, & exercitium solet præstare victoriā. Nam in pugna solet vsus amplius prodesse, quam vires.
- 17 Idem lib. 4. c. 14. Ordinaturus aciem tria debet ante prospicere: solem, puluerem, ventum. Nam sol ante faciem eripit visum; ventus cōtrarius tua deflectit, ac deprimit, hostium adiuuat tela; puluis fronte congestus oculos implet, & claudit. Hæc momento eo, quo acies ordinantur, etiam imperiti vitare solent.
- 18 Iulius Cæsar de gestis Cæsaribus lib. 8. Nocturna bella sunt vitanda.
- 19 Vegetius de re milit. lib. 1. c. 26. Nihil magis prodesse constat in pugna, quam vt assiduo exercitio milites in acie dispositi ordinem seruent.
- 20 Cicero lib. offici. In euertendis autem vrribus, diripiendisq; valde illud considerandum est, ne quid temere, ne quid crudeliter fiat.
- 21 Qui militari arti dant operam, vitæ asperitate, & armorū ludis assidue



due se exerceant: nec non veras bellorum historias, Vegetiumq. de re militari relegant: atq. ita viuant, vt mox morituri.

83 Diuus Ioannes Baptista militibus præcipiebat apud Lucam. c. 3. Ne minem concutiatis, neq. calumniam faciatis, & contenti stote stipendiis vestris.

83 Alexander Seuerus, Romanorum imperator vigilanter prouidebat, ne tribuni, ducesue quidquam fraudarent de stipendiis militum. Idem in expeditiõibus si quis militum de via in alicuius possessionem deflexisset, pro qualitate & loci, & personæ eũ puniri iubebat, illud per præconem prædicari imperas, Quod tibi fieri nolis, alteri ne feceris. Quod sæpius à Christianis audierat, & alta retinebat mente.

84 Propter vitæ prauitatem sæpissime militum exercitus, vt greges pecudum ad occisionem, De iustitia, & prouidentia adducuntur.

85 Dux, cuius exercitus manifeste superior non fuerit, non quærat, sed expectet inimicum.

86 Dux generalissimus illius Lucani lib. 1. Farfaliz meminere.

*Tolle moras: semper nocuit differre paratis.*

87 In rebus bellicis maxime vera est Catonis Sententia

*Fronte capitata, post hæc occasio calua.*

88 Sciat etiam dux generalissimus nõ solũ vincere, sed insuper victoria vti. Ne illi impingatur, quod Barcha Carthaginensis Annibali vitio dedit apud Liuiũ. Quũ enim Annibal apud Cãnas felicissime pugnasset, amicis suadentibus, vt fugientem hostem insequens, in urbem irumperet, nõ obtemperauit. Quã rem Barcha adeo indigne tulit, vt exclamarit, Vincere scis Annibal, victoria vti nescis.

## XI. DE POENA CAPITALI. M.

89 **I**N Athenarũ Areopago iudiciũ capitis primum actum fuisse scribit Plinius lib. 7. hist. mudi. c. 56. At primo Adami lacrymoso die in paradiso iudicium capitis & institutum, & agitatum fuit. Legitote Genesios cap. 2. ac. 3. Nanq. tenere lacrymas nequeo.

90 Apud Delphos fuit vsurpatum, vt cultro, quo diis immolabant, de nocentibus supplicium fumerent. Quod refert Alex. ab Alex. lib. 4. genial. lect. c. 17.

90 Cicero. Vt medici membrum sæpe putrefactum incidũt, atq. in totum eradican, ne aliam corporis partem labefactare, atq. corrumpere possit: sic necesse est, si rempublicam saluam esse volumus, vt perditissimos homines ex vrbe penitus extirpemus, ne corruptus integro, violatus casto labem infringat.

## XII. DE NAVIBVS. N.

- 1 **D**E nauium, triremiumq. inuentoribus agit Plinius lib. 7. suæ hist. c. 56. Verū enim prim<sup>us</sup> nauis inuētor, & autor fuit Noe Gen. 6. Cōsentiunt Berofus lib. 1. & Philo. lib. de multiplicato humano genere. & Polydorus Virgilius de inuent. rerum lib. 3. c. 15.
- 2 Minos, Cretæ rex, omnium primus classe in mare pugnauit, auctoribus Plinio lib. 7. historię mundi. c. 56. & Polydoro Virgilio de inuentoribus rerum lib. 3. c. 15. Quando autem regnauerit Minos, inuenietis in Manethonis supplemento.

## XIII. DE PRÆLATORVM EXEMPLO. O.

- 1 **P**Aulus ad Titum. c. 2. In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum: in doctrina: in integritate: in grauitate: verbum a-  
num irreprehensibile: vt is, qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens  
malum dicere de nobis.
- 2 Ecclesiastici. c. 10. Qualis rector est ciuitatis, tales & habitantes in ea.
- 3 Plato. Quales principes sūt in republica, tales solēt reliqui esse ciues.
- 4 Diuus Hieronymus in epist. ad Heliodorū. Domus episcopi, & cō-  
uersatio, quasi in speculo posita, magistra est publicę disciplinæ: quid-  
quid fecerit, id sibi omnes faciendum putant.
- 5 **Claudianus.** Scilicet, *In vulgus manant exempla regentium.*  
**Idem.** ——— *Componitur orbis*  
*Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus*  
*Humanos edicta valent, quam vita regentis.*  
*Mobile mutatur semper cum principe vulgus.*
- 6 Interrogatus Solon, qualis debeat esse populi rector? Respondit: Po-  
puli rector prius se, quam populū rectificare debet. Alioquin erit, ve-  
luti qui vmbra curuam rectificare conatur, prius quam virga curua,  
vmbra faciens, recta fiat.
- 7 Diuus Gregorius lib. 1. moralium. Quum maiores voluptati deser-  
uiunt, nimirum minoribus lasciuix frēna laxantur. Et lib. 10. Nullum  
consilium melius arbitror, quam si exemplo tuo fratrem docere stu-  
deas, quæ oporteat fieri, prouocans eū ad meliora: & consuleris ei neq;  
verbo, neq; lingua, sed opere, & veritate.
- 8 Diuus Bernardus sermone. 56. Sermo quidem viuus, & efficax exē-  
plum operis est.
- 9 Leo papa in sermone de ieiunio. Validiora sunt exempla, quam ver-  
ba: & plenius opere docetur, quam voce.
- 10 Aristoteles, 10. lib. Ethicorum. Plus persuadent exempla, quā verba.

## XIII. DE BELLO. P.

1 **D**ulce bellum inexpertis. At si quidquā est in rebus mortaliū, quod  
 cunctanter aggredi conveniat, certe bellum est.

2 2. Reg. c. 2. Varius euentus est belli.

3 Seneca in Tanralo. trag. 3.

*Fortuna belli semper ancipiti in loco est.*

4 Salustius in Iugurta. Omne bellum facile sumitur: cæterum ægerrime  
 definitur. Non equidem in eiusdem potestate initiū belli, & finis est.

5 Cicero. lib. 1. officiorum. Bellum ita suscipiatur, vt nihil aliud, quā pax  
 ipsa quæ sita videatur.

6 Lucanus. lib. 2. Pharsaliz.

*Summum Brutene fas ciuilia bella fatemur.*

7 Salustius in Catilinario. In prælio iis, qui maxime timent, maximum  
 periculum est.

## XV. DE FUGA. Q.

1 **A**ntigonus. 2. quum aliquando cederet hostibus imminentibus, di-  
 cebat se nō fugere, sed vtilitatem a tergo sitam persequi. Sentiens  
 non esse turpe fugere, quorū magis expedit hosti dare locum, quam  
 conferere manus.

2 Vir, qui fugit, rursus integrabit prælium.

3 *Vna bella fuga tua la vita scampa.*

## XVI. DE HIEROSOLYMA. R.

1 **H**ierosolymæ, vt scribit Hegesippus in sua historia, & Iosephus de  
 antiq. & Nicolaus Lyranus super. 28. c. Genes. & alij recētiore,  
 primus conditor fuit Melchisedech, rex iustus cognominatus,  
 cuius mentio fit Genes. 14. & ad Hebræ. c. 7. Hunc Hebræi dicunt fuisse  
 Sem, primogenitum Noe. Consule glosam, quam theologi ordinariam  
 vocant, & diuum Thomam super. 7. c. epist. ad Hebræ. De varia huius  
 inclytę ciuitatis fortuna vsque ad hęc nostram tempestatem scripsit Pe-  
 trus Mexia nobilis Hispalensis, integerrimę fidei scriptor, quem ego  
 ipse pernouī, a. 15. vsq. ad. 18. caput libr. 4. suę syluz compendiosę qui-  
 dem, ac eruditissimę, quæ ex curiosis nemo illecta prætereat.

## XVII. DE NECESSITATE. S.

1 *Adigim.* Ingens telum necessitas.

2 In argumentum trahi non debent, quæ propter necessitatem aliquādo  
 sunt concessa. c. In argumentum. de regu. iuris. lib. 6.

Primus

## XVIII. DE HOMICIDIO. T.

**P**rimus homicida, vel potius fratricida fuit Cain. Gen. 4.  
De isto fratricidio multa notabilia commemorat Alſonſus a Ville-  
gas in vita Abel.

XIX. DE VIA ANGVSTA ET LATA,  
ſiue de labore, & voluptate.

V.



## VIRGILIVS.

1

**L**itera Pitagoræ, discrimine ſecta bicorni,  
Humanæ vitæ ſpeciem præferre videtur.  
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,  
Difficilemq; aditum primum ſpectantibus offert:  
Sed requiem præbet feſſus in vertice ſummo.  
Molle oſtentat iter via lata: ſed vltima meta  
Præcipitat captos, voluitq; per ardua ſaxa.  
Quisquis enim duros caſus virtutis amore  
Vicerit: ille ſibi laudemq; decuſq; parabit.  
Atq; qui deſidiam, luxumq; ſequitur inertem,  
Dum fugit oppoſitos incautæ mente labores,  
Turpis, inopsq; ſimul miſerabile tranſigit æuum.

2

**A**d rem facit Herculis fabula, cui, quum adoleſcens de viuendi in-  
ſtituto deliberare vellet, occurrerunt & voluptas, & labor, ſiue vir-  
tus, viriumq;, & ſuis illecebris, nullo non moto lapide, adoleſcentem ad  
ſe trahere conabantur. Sed tandem vtriuſque extremis attente con-  
ſideratis, lenociniis vitij Hercules lōgum valere inſiſit, delinitus vero  
virtutis decore, & honeſtate.

3

Non eſt diſſimili: Catonis ſententia in orat. ad milites, quam refert  
Aulus Gellius. Memētote, ſi quid vnquam recte per laborem feceritis,  
labor ille cito a vobis abſcedit, benefactum autem ſemper remanebit.  
Si quid vero nequiter per voluptatē, voluptas repēte abibit, nequiter  
illud factum apud vos ſemper extabit. Quamobrē Ariſtoteles admo-  
nebat, vt voluptates cōtemplaremur non venientes, ſed abeuntes: hoc  
eſt

est, non a fronte, sed a tergo. Venientes enim, fucata specie, blandiuntur: abeuntes vero pœnitentiam, ac dolorem relinquunt. Cui congruit vulgare illud Demosthenis, Non emo tanti pœnitere.

## XX. DE NVTRICIBVS. X.

1 **D**iuus Augustinus, cuius verba referuntur. c. Ad eius. d. 5. Prava cōsuetudo in coniugatorū moribus irrepsit, vt filios suos, quos gignunt, nutrire mulieres contemnant, eosq; ad nutriendum aliis mulieribus tradant: quod videlicet ex sola carnis incōtinentia videtur fuisse inuentum: quia dum se continere nolunt, despiciunt lactare, quem gignunt.

2 Apud Germanos mater filiolum suo lacte nutrit, nec lactandum nutrici delegare licet, vt refert Alex. ab Alex. lib. 2. dierū. geni. c. 25. Quē laudabilem vsum, dii faciant, vt nostrates vsurpent. Nam propter lactis, & educationis vitia sæpe infantes degenerasse, & frequēter in historiis legimus, & passim experimur. Legito Ioannem Costam tracta. 2. dialogo. 6.

3 Plutarchus de liberis educan. Quod matres eos, quos progenuerint, nutrire, alereq; conueniat, ipsa etiā natura demonstrat: vnicuiq; enim animantium generi, quæ pariunt, idcirco simul & lactis adiuuēta supeditauit. Eius quoq; sapientem fuisse prouidentiam constat, quæ duplices mulieribus mammæ addidit, vt si gemellos peperisse contigerit, duplices ad alendum fontes haberent.

4 Platonis extat decretum, vt in triuio spatia fiant, quo nutrices conueniant cū infantulis, sintq; vna. Credo, quia infantes validiores redderētur vsu auræ liberioris: & nutrices laudis studio, atq; mutua æmulatione essent magis obseruatrices in infantū educatione, minusq; errarent negligentia.

## XXI. DE OCCASIONE. Y.

Ecclesiasticis. 3.

Hesiodus.

Cato.

Omnia tempus habent, &c.

*Optimum erit, si quis tempus spectauerit aptum.*

*Quam primum rapienda tibi est occasio prima,*

*Ne rursus quæras, quæ iam neglexeris ante.*

*Fronte capitata, post hæc occasio calua.*

OCCASIONIS EFFIGIES  
apud Aufonium.



**S**um dea, quæ rara, & paucis occasio nota.  
 Quid rotulae insistis? Stare loco nequeo.  
 Quid talaria habes? Volueris sum: Mercurius quæ  
 Fortunare solet, trado ego, quum volui.  
 Crine tegis faciem? Cognosci nolo. Sed heus tu  
 Occipite caluo es? Ne tenear, fugiens.  
 Quæ tibi iuncta comes? Dicat tibi. Dic rogo, quæ sis?  
 Sum dea, cui nomen nec Cicero ipse didicit.  
 Sum dea, quæ facti, non factiq; exigo pœnas:  
 Nempe ut pœniteat, sic metanœa vocor.  
 Tu modo dic, quid agat tecum? si quando volavi,  
 Hæc manet; hanc retinent, quos ego præterij.  
 Tu quoq; dum rogitas, dum percontando moraris,  
 Elapsam dices me tibi de manibus.

## XXII. DE ROMA. Z.

**V**Opiscus tradit, Aurelium imperatorem ambitum Romæ ad tri-  
 ginta milia passuum ampliâsse.

Quanta fuerit Roma, ipsa ruina docet.

## XXIII. DE PRÆLATIS. A.A.

**P**Rælati, quasi signum, positi sunt ad sagittam. c. Qualiter, & quâdo,  
 cl. 2. de accusat.

Iuuen. Sa- Omne animi vitium tanto compertius in se

**2** tyra. 8. Crimen habet, quanto maior, qui peccat habetur.

**3** Perpende, pro sacerdotis peccato Dei iussu offerebatur vitulus inte-  
 ger, & immaculatus Leui. 4. eundemq; iubebat Deus eo loci offerri pro  
 totius populi delicto, eoq; quando vnus sacerdotis crimē totius populi  
 noxa. Sapien. 6. Iudicium durissimum in his, qui præsumunt, fiet. Exiguo  
 enim conceditur misericordia: potentes autem potēter tormenta pa-  
 tientur. Et infra. Fortioribus autem fortior instat cruciatio.

**4** Diu<sup>9</sup> Gregori<sup>9</sup>, cui<sup>9</sup> verba referuntur. c. Sūt plurimi, & c. Ex merito.  
 6. q. 1. Capite languescente, facilius reliqua corporis membra inficiun-  
 tur. Quod illis Eisaïæ verbis. c. 1. Corroboratur. Omne caput languidū,  
 & omne cormerens. & mox, A planta pedis vsq; ad verticem capi-  
 tis non est in eo sanitas.

**5** Antigonus, Macedonum rex, intuens filiū, subditis violenter vten-  
 tem, ac superbe, An ignoras, inquit, fili, regnū nostrum non fere aliud  
 esse, quam seruitutem gloriosam?

## XXIII. DE PESTILENTIA. B.B.

D Alexan-

**A**lexander ab Alex. lib. 1. dierum genia. c. 6. refert, dictatorem Romæ interdum pellis tempore creatum gratia pellis sedandæ: vbi de clauo, pro ea causa Iouis ædibus per dictatorem aliquoties affixo, mira ex antiquissimis repetit historiis.

### XXV. DE IDOLATRIA. C.C.

**S**vidas scribit sub Seruch, de quo fit mentio nomine Sarug. Gen. 11. qui fuit proauus Abrahæ, ortam fuisse idolorum insaniam. Cuius initium describitur etiam Sap. 14. c. Quem locum simul cum Cornelij Iansenij elucidatione legitote. Item Nemrod, Belli pater, post confusionem linguarum Chaldeos ignem colere docuit. Relegito diuum Hieronymum in. qq. Hebraicis super Genesim, vbi explicat, vt Chasdin.

### XXVI. DE REGIBVS. D.D.

**A**nte vniuersæ terræ diluuium primus inter homines rex, ac tyrannus fuit Cain, autore diuo Augustino lib. 15. de ciui. Dei. c. 20. Post diluuium vero tyrannus, & rex primus fuit Nemrod, nepos Chæ Gene. 10. Consentiant Iosephus lib. 1. antiqui. & diuus Isidorus archiepiscopus Hispalensis lib. 1. sent. cuius verba referuntur. c. fina. d. 6. Hebræorum rex primus fuit Saul. 1. reg. c. 10. At rex regum, & dominus dominorum est Deus Apocalyp. 17. De regnorum initio, aliisque ad rem pertinentibus legitote. c. 8. lib. 1. regum. & Cassianum in catalo. glor. mundi. p. 5. consider. prim. & Polydorum Virg. de inuent. rerum. lib. 2. c. 2. & 3. & lib. 5. c. 3. & Cælii Rhodiginum. lect. antq. libri. 8. c. 1. & 2. & lib. 22. c. 20. & sequent. & lib. 24. c. 29. & 30.

**2** Dioeletianus, autore Vopisco, dicere solitus erat, nihil esse difficilius, quam bene imperare.

**3** Qui nescit dissimulare, nescit imperare.

**4** Plato, & Homerus reges pastores vocant.

**5** Maiorum hæc consuetudo fuit, teste Platone in lib. de regno, vt sacerdos, rex, ac pontifex esset.

**6** Decet imperantem profecto esse veluti regulam, qui ad rectitudinem compositus, & nullo flexu vitiatum subditos, eis appositus, coaptatusque dirigat, ac similes reddat sibi.

**7** Rex totius regni caput est, atque ita se habere debet cum subditis, vt caput cum membris. Verissimum illud est, quod vulgo dici solet, a capite pitæ primum computrescere. quo significatur, regem insigniter turpe mox dare labem in plures. Quando caput dolet, totum corpus dolet.

**8** Strabo lib. 17. ait. Aegyptii per speciem apis, mella comficientis, regem indicabant, cui cum iucunditate moderatè, aculei inesse debent.

De Iustitia.

**P**ropria regis virtus est iustitia. Quod satis ostendit Homerus, dicens, Reges discipulos summi regis Iouis esse: a quo iustitiam in primis ediscant, quam deinde inter mortales obseruent, & eam omni studio, omniq. diligentia tueantur. At Nigidius & philosophus magnus, & astronomus non vulgaris, finxit inter Leonem, & Libram, cælestia signa, virginem esse, quæ iustitia appellatur, hancq. a mortalibus recessisse, & ad superos reuocasse, &c.

2. Clementia, & liberalitas reges, & principes amabilissimos reddunt.

De clementia.

**D**eus constituit Moysem, omnium mitissimum, principem super Israeliticum populum numerorum. 12. Ad rem faciunt illud Esaiæ. 16. Emitte agnum Domine dominatorem terræ: atque illud Matthæi. 20. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus: nec non sapientis sententia Prouerb. 20. Misericordia, & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius.

2. Tullius lib. 1. de officiis. Nihil laudabilius, nihil magno, & præclaro viro dignius, placabilitate, & clementia.

3. Seneca lib. 1. de clemetia. Magni certe animi est placidum esse, & iniurias, atq. oppressiones semper despiciere: muliebri autem est furere ira.

4. Clementia est prima dos regum, autore Vopisco. Hinc apud Claudianum Theodosius Honorio filio salubriter precipiebat, Sis pius in primis.

5. De Iulio Cæsare legitur, quod omnium memoriam habebat, præterquam iniuriarum.

6. Natura prouida, ac sagax regem apum sine aculeo exarmatum esse voluit: vel si spiculum dedit, eo tamen uti noluit, edocens clementiam principibus potissimum conuenire.

7. In signum clementiæ reges unguuntur.

8. Textor sub titulo speciali in officina clementes quamplurimos, & humanos congesit.

De liberalitate.

**A**rtaxerxes, Xerxis filius, aiebat, beneficium addere, longe magis regale esse, quam auferre. Consonat elogium Ptolomei apud Cæluin lib. 20. lect. antiq. cap. 24. ditare, quam ditari, magis esse regium. Quæ Christus confirmauit dicens actorum. cap. 20. Beatius est dare, quam accipere.

2. Titus imperator recordatus super ecenam, quod nihil tota die illa dedisset, dixit, Hunc diem perdi.



- 3 Alexander cuiusdam ciuitati, dimidium omnium suarum rerum eidem promittenti, respondit. Eo proposito veni in Aliam, non quod acciperem id, quod dedisses, sed vt haberetis id, quod reliquisssem. Narratur a Seneca epistola 4.
- 4 Idem Alexander, quis esset optimus rex? rogatus: Qui, inquit, amicos donis retinet, & inimicos beneficiis amicos facit.
- 5 Alexander. V. pontifex Max. tanta erat munificentia, vt prædicaret per iocum, se diuitem episcopum fuisse, pauperem cardinalem, medicum pontificem.
- 6 Nerua, imperator ad sustentandam ciuium vitam decies, & quinquagies centena millia numorum erogauit, & quosdam senatorij ordinis delegit, qui agros emerent, eosq. egenis partirentur. Vnde inops pecuniæ factus, vestes, vasa, & vniuersam supellectilem auctioni subiecit, agrosq.; & domos vendidit. Autor Dion. Cassius. Quicquid antea pœnz nomine tributis accesserat, indulgit. Afflictas ciuitates releuauit. Puellas, & pueros, natos parentibus egestuosis, sumptu publico per singulas vrbes Italiae foueri iussit. Testis Aurel. Victor.

### Quidam poeta.

- 7 *Extra fortunam est, quicquid donatur amicis:  
Quas dederis solas, semper habebis opes.*

Textor plurima liberalium exempla in officina sub peculiari, titulo accumulauit.

### De tributis, & gabellis.

- 1 **R**eges, qui regna in filios, posterosque perpetuare voluerint, haud quaquam subditos exactiõibus, tributis, gabellis, & impositionibus opprimant. Præcaueant sibi, habeantq; præ oculis Salomonem, & Roboam, eius filium. Quorum historia lib. 3. reg. c. 12. & 2. lib. paral. c. 10. legitur. Regnorum nanq. rebelliones ex noua tributorum impositione plerunq. ortæ sunt. Lustrate oculis historias.
- 2 Theopompus, Spartanorum rex, cum primus instituisset, vt Ephori Lacedæmone crearentur, ita futuri regie potestati oppositi, quemadmodum Romæ consulari imperio tribuni plebis sunt obiecti: atq; illi vxor dixisset, ex eo filiis, ac successoribus minorem potestatem relinquitur: relinquam, inquit, sed diuturniorem. Recte sentiens eam demum tutam potentiam, quæ viribus suis modum imponit.
- 3 Reges frequenter historias legant: seniores, ac sapientes consulant: adultores fugiant: nihil cum præcipitatione, nil cum ira aut faciant, aut iubeant: &c. Quorum singula persequi nolumus, quod paucis perfringere non valemus.

# PARS TRACTATUS

## SECUNDA.




### De sacramentis, necessario tempore pestis mini- strandis.

#### Summaria secundæ partis.

- 1 **R**o salute proximi spiritali in necessitatis articulo tenetur quilibet contemnere vel propriam vitam.
- 2 Explicantur verba Christi Ioan. 15. Hoc est præceptum meum, &c.
- 3 Si alicui ex officio incumbit saluti spiritali aliorum providere, & verisimiliter dubitat de eorum spiritali periculo, tenetur se morti exponere, vt periculo succurrat.
- 4 Maior cura debet esse præ latis vitæ spiritualis subditorum, quam proprii corporis.
- 5 Sacramenta, singulis ad salutem necessaria, sunt baptismus, & poenitentia, &c. nu. 5. & .14.
- 6 Pestiferus existit in mortis articulo.
- 7 Qui mori probabiliter timetur, existit in mortis articulo.
- 8 Pestiferus potest per suum confessarium absolui a quibuscunq; peccatis, & censuris, absolutionem peccatorum impediuntibus.
- 9 Nulla est reseruatio in mortis articulo.
- 10 Non infectis omnia sacramenta sunt tempore pestis ministranda.
- 11 Tempore pestis diuinus cultus non est minuendus, &c. Deus vndecunq; iuuat, si modo propitius.
- 12 Si posset parochus absq; probabili vitæ periculo sacramenta pestiferis ministrare, tenetur quidem.
- 13 Omnia remedia sunt adhibenda ab ecclesiasticis præ latis, vt absq; sacerdotum vitæ periculo possint pestiferi sacramenta suscipere.
- 14 Periculo mortis imminente, tenetur plebanus sacramentum baptismi infantibus ministrare, n. 13. Et ad id potest a sua præ lato cogi, n. 16.

- 14 Infantes si absq; baptismo, realiter suscepto, moriantur, saluari nō possunt.
- 15 Minister sacramenti baptismi in necessitatis articulo potest esse quilibet. n. 15. cum pulchra declaratione. n. 16.
- 16 Legitimus, & proprius baptismi minister, est proprius parochus.
- 17 Difficillimum esset, multitudinē instruere de legitimo modo administrandi baptismum: neq; oporteret, eius administrationem frequenter laicis committi.
- Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Apoc. c. 14. & quedam alia similia.
- 18 Iure nemo debet baptizari nisi in ecclesia plebis: cum limitatione.
- Argumentum de bello ad pestem efficax est.
- 19 Adeo potest ingruere pestis, vt oporteat solemnia baptismi prætermitti.
- De baptismi necessitate sunt materia, & forma, ministerq; cum debita intentione: reliqua sunt de eius solemnitate.
- 20 Præcepta ecclesie mera non obligant regulariter cum certo vitæ periculo, secluso scandalo, & contemptu.
- 21 Tempore pestis in foro exteriori non sunt necessariae tot solemnitates, &c.
- 22 Periculo mortis non obstante, tenentur parochi confessiones pestiferorum audire. nu. 22. cum explicatione nu. 30.
- 23 Parochi tenentur parochorum confessiones audire, saltem quando ipsi tenentur confiteri.
- In articulo mortis quilibet, peccatum mortale non confessum in memoria habens, tenetur iure diuino confiteri, si confessarius adsit.
- Et, quæ sunt de salutis necessitate, tenetur homo in hac vita implere.
- Explicatur locus epistolæ iacobi. c. 5.
- Ratio mediæ sumitur a fine.
- Obligatio præcepti ex eius fine perpenditur.
- Sacramentum poenitentiae institutum fuit a Christo in peccatorum remissionē, &c.
- In vitæ exitu status perpetuæ vitæ agitur.
- Declaratur locus ecclesiasticus. 11. Si ceciderit lignum ad Austrū, aut ad Aquilonem.
- 24 Sacramentum poenitentiae est lapsis post baptismum ad salutem necessarium, vt nondum regeneratis ipse baptismus.
- Baptismo deletur originale, poenitentia peccatum actuale, post baptismum commissum.
- Baptismus paruulorum, & poenitentia morientium coequantur quantum ad necessitatem.
- 25 Qui in mortis articulo habet conscientiam peccati mortalis non confessi, extrema premitur confessionis sacramentalis necessitate.
- Extrema laboranti necessitate vnusquisq; tenetur opem ferre.
- Quilibet debet de sua contritione dubitare.
- Cuiuscunq; in mortis articulo licet confiteri alieno sacerdoti.
- 26 Parochi operas suas ecclesie locauerunt non solum necessarias, sed etiam viles.
- Via recuperandi gratiam per contritionem est difficillima, & rara: per attritionem autem cum sacramentali confessione facilis, & frequentissima.

- Mediante sacramento pœnitentiæ ex aurito efficitur homo contritus.
- 10 Si propter timorem mortis parochus non vult confessiones pestiferorum audire, contra iustitiam & caritatem peccat.
- 27 Lege caritatis quisque tenetur proximo exhibere etiam, sine quibus verissimiliter mortem vel corporalem, vel spiritualem non evitabit.
- Multi perirent tempore pestis non confessi propter contritionis defectum, qui si confiterentur, saluarentur propter vim, & efficaciam sacramenti.
- 28 Nonnulla de correctione fraterna.
- 29 Parochi tenentur sacramentum baptismi adultis pestiferis, baptizari volentibus, ministrare.
- 30 Sacramenta baptismi, & pœnitentiæ per quos de iure administrari debeant.
- Cura parochorum in sacramentorum administratione, quæ per simplicem sacerdotem ministrari possunt, ut in proprio cardine versatur.
- Deficientibus parochis, episcopi tenentur sacramentum baptismi, & pœnitentiæ pestiferis ministrare.
- Tota diœcesis est parochia episcopi.
- 31 Episcopus iure tenetur parochorum, etiam infectorum confessiones audire.



## Pars secunda tractatus de parochorum obligatione tempore pestis.



*Utrum parochi teneantur sacramentum baptismi, & pœnitentiæ tempore pestis ministrare?*



**H** quatuor, veluti fundamentis, quæstio proposita per cõclusiones determinanda est. Ex ordine caritatis: ex officio, & obligatione parochorum: ex necessitate sacramentorum: ex statu, periculoq; tam corporali, quàm spirituali pestiferorum.

1 De ordine caritatis prima conclusio fundamentalis. Pro salute spirituali proximi in necessitatis articulo tenetur quilibet exponere propriam vitam, & omnia alia temporalia bona. Hęc conclusio est cōmunis: nempe diui Augustini lib. 1. de doctr. Christiana. c. 27. magistri sent. & scholasticorum theologorum in. 3. lib. sent. d. 29. diui Thomę eadem. d. q. vnica art. 8. quęstiuncula. 2. ad. 2. & in opusculo. 18. c. 14. & 2. 2. q. 26. art. 5. Tabien. v. Episcopus. nu. 5. summę Armillę eodem. v. n. 4. & reliquorum Thomistarum.

2 Probatur conclusio primum ex verbis Christi apud Ioannem. 15. Hoc est pręceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Quod nimirum pręceptum explicans Ioannes epist. 1. cap. 3. ait. In hoc cognouimus caritatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere: id est, vitas.

Iterum confirmatur ratione. Illud enim est ex caritate magis diligēdum, quod habet pleniorē rationem, vt diligatur, quod diuus Thom. docet. 2. 2. q. 25. art. 12. consociatio autem in plena participatione beatitudinis, quę est ratio diligendi animum proximi, est maior ratio diligendi, quā participatio beatitudinis per redūdantiā, quę est ratio diligendi proprium corpus: ergo proximum quātum ab salutem animi magis debemus diligere, quā proprium corpus.

3 De officio, & obligatione parochorum secunda conclusio. Si alicui ex officio incumbit, salutem spirituali aliorum prouidere, & verisimiliter dubitat de eorum spirituali periculo, etiā futuro, tenetur se morti exponere, vt periculo succurrat; & hoc non solum ex caritate, sed iustitia quoq;. Conclusio elicitur ex diui Thomę doctrina super. c. 10. Ioānis lect. 3. & Adriani in. 4. lib. sen. de cōfess. q. 5. dub. 8. & Dominici a Soto de ius. & iure. lib. 10. q. 3. art. 4. Tabien. v. Episcopus. n. 5. conclusione. 2. doctoris Nauarri in man. c. 23. n. 10. in fine.

Probatur primo cōclusio illis Ezechielis verbis. c. 33 :  
 Si speculator viderit gladium venientem, & non sonuerit  
 buccinam, & populus se non custodierit, veneritq; gla-  
 dius, & tulerit de eis animā, ille quidem in iniquitate sua  
 captus est, sanguinem autē eius de manu speculatoris re-  
 quiram. Secundo, quia propter huiusmodi subuentionem  
 potissimum tenentur parochi ad residentiam tempore pe-  
 stis. Tertio, quia curam animorum habentes, ex officio te-  
 nentur inuigilare, custodire, & gregem defendere etiam  
 a futuris nocentis cum proprię vitę discrimine iuxta  
 illud Ioan. 10. Bonus pastor, &c. Quarto, quia maior cura  
 debet esse prælatis vitę spiritualis subditorum, quam pro-  
 prij corporis secundum diuum Thomam. 2. 2. q. 36. art. 5.  
 ad. 3. & Dominicum a Soto de ratione tegendi, & deteg.  
 secretum membro. 2. q. 2.

5 De necessitate sacramentorum tertia cōclusio. Sacra-  
 menta singulis ad salutem spiritualem consequendā ne-  
 cessaria duo sunt, nempe baptismus, & pœnitentia : ille  
 simpliciter, & absolute, hæc, commisso post baptismum  
 mortali peccato, vt diuus Thomas docet. 3. p. q. 65. art. 4.  
 & Dominicus a Soto in. 4. lib. sent. d. 1. q. 6. art. 4. Proba-  
 tur conclusio : quia illa sacramenta sunt de necessitate sa-  
 lutis, quæ primo, potissimeq; ordinantur ad tollendū de-  
 fectum in compossibilem saluti spirituali : sed baptismus,  
 & pœnitentia sunt huiusmodi : baptismus quo ad omnes  
 propter originis peccatum, quia omnes nascimur filij iræ  
 ad Ephes. 2. pœnitentia quoad lapsos in delictum morta-  
 le : igitur ista duo sunt de salutis necessitate.

6 De statu pestiferorum quarta conclusio. Qui est peste  
 infectus, existimatur in mortis articulo constitutus, vt la-  
 te ostēdit Ripa tract. de peste. c. de priuilegiis iudici. cau-  
 sa pestis. n. 47.

7 Probatur conclusio : quia ille est in mortis articulo cō-  
 stitutus, qui in tali periculo existit, in quo a mortis proba-  
 biliter timetur secundum Innocentium, Hostien. Ioan.  
 Andream, Henricum, Panormitanum in. c. Quod de his.

de sent. excom. Ioan. And. Hostiensem, Panorm. Bellame-  
 ram in. c. Pastoralis. §. 1. de off. ordi. Palud. in. 4. lib. sent.  
 d. 17. q. 2. & d. 20. q. 1. archiep. Florent. 3. p. theol. tit. 10.  
 c. 2. Sylues. v. Cōfessor. 1. q. 6. casu. 7. & v. Absolutio. 1. n.  
 8. summā Roselam. v. Absolutio. 1. n. 131. Tabien. v. Abso-  
 lutio. 1. n. 15. summā Armillam. v. Absolutio. n. 13. docto-  
 rem Natarrum in man. c. 12. n. 8. & c. 26. nu. 31. & c. 20. n.  
 271. Sed in tali vitæ periculo est pestifer<sup>9</sup>: ergo existima-  
 tur in mortis articulo constitutus,

8 Ex ista cōclusionione recte inferitur, pestiferum posse, per  
 suum confessarium absolui a quibuscunq; peccatis, & cē-  
 suris, absolutionē peccatorū impediētibus, vel a iure, vel  
 ab hōmine reseruatis, etiam in bulla, b quæ die cœnæ Do-  
 mini Romæ legi cōsuevit. Quod exprimitur quoq; in ipsa  
 bulla. Et confirmatur ex concilio Trident. sess. 14. cap. 7.  
 de casuum reseruatiōe, vbi inter alia hæc verba habētur.  
 Veruntamen pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis  
 pereat, in eadem ecclesia Dei custoditum semper fuit, vt  
 nulla sit reseruatiō in articulo mortis.

9 Ultra has quatuor fundamētales cōclusioniones tres alias  
 oportet præponere pro doctrinæ sufficientia. Sit igitur  
 quinta in ordine. Illis, qui non sunt infecti, & ab infectis  
 sunt separati, omnia sacramēta possunt, & debent tempo-  
 re pestis, sicut alias, ministrare.

10 Probatur conclusio primum, quia periculum ministro-  
 rum cessat eum huiusmodi non infectis. Iterum, quod ali-  
 ter inutiliter parochi residerent, siquidem ad exercendum  
 suum officiū per se ipsos in ecclesiis propriis tempore pe-  
 stis tenentur residere, vt in prima disputatione ostēdimus.

10 Tertio, quoniā tēpore pestis nec diuin<sup>9</sup> cultus minuen-  
 dus, neq; diuina officia prætermittēda sunt, sed potius au-  
 genda: & fideles ad maiorem pietatem, & sacramentorum  
 dignam frequētiōnē, bonaq; opera maxime & monēdi,  
 & hortādi. Quod quidē vel puero est perspicuū, & lippis,  
 tōsoribusq; notissimū: & ideo eius ostensione nō immo-  
 randum. Deus enim vndecunq; iuuat, si modo propitiū.

**11** Sexta conclusio. Si posset parochus absque probabili vitæ periculo sacramenta pestiferis ministrare, tenetur quidem tum ratione officij sui, tum etiam propter subditorum necessitatem.

**12** Septima conclusio. Omnia remedia sunt adhibenda ab ecclesiasticis prælatis, ut absq; sacerdotum vitæ periculo possint pestiferi sacramenta suscipere saltem baptismi, & poenitentiae. Probat, quia ad prælatos ecclesiasticos spectat, sacerdotum vitæ providere, qui possint sacramenta periculosissimo pestis tempore infectis, qui maxime illis indigent, ministrare. Sacerdotibus namq; deficientibus, corrumpet popul<sup>us</sup> iuxta illud proverb. 11. Vbi nō est gubernator, populus corrumpet: salus autem vbi multa consilia. Si autem omnibus adhibitis remediis, adhuc parochis vitæ periculum imminet, tradam infra scriptas conclusiones.

**13** Octava conclusio. Periculo mortis non obstante tenetur plebanus, vel parochus sacramentum baptismi infantibus ministrare. Conclusio est Tabien. v. Episcopus. nu. 5. & summæ Armillæ eodem. v. n. 6. quibus nemo contradicit.

**14** Probat conclusio: quia sacramentum baptismi est ad salutem spiritualem, & æternam cōsequendam simpliciter, & absolute necessarium iuxta illud Ioānis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto non poterit introire in regnum Dei. & concil. Trident. sess. 6. de materia iustif. cap. 4. & sess. 7. can. 5. de baptismo. Parvuli autē, peste infecti, in mortis articulo sunt constituti, ut ostēdimus conclusiōe quarta: & si absq; baptismo, realiter suscepto, moriantur, salvari non possunt, quod docēt diuus August. lib. de baptis. parvul. cuius verba referuntur. c. Filius Dei, de consec. d. 1. & diuus Thom. 3. p. q. 68. art. 1. & 2. & Domi. a Soto latissime, ac sufficiētissime in. 4. sent. lib. d. 5. q. unica. art. 1. & 2. igitur plebanus vel paroch<sup>us</sup>, quorū interest, ratione officij spirituali subditorum salutem etiā cum probabili proprię vitæ corporalis impēdio providere, ut cōclusiōe secūda tradidimus, tenetur, periculo mortis non obstante



obstante, sacramentum baptismi paruulis, peste infectis, ministrare.

15 Contra hanc octauam cōclusionē potest fieri tale argumentum. Sacramētum baptismi infantibus, peste infectis, per alios infectos, de materia, & forma baptismi suffici ēēt instructos, potest ministrari: quia minister sacramenti baptismi in necessitatis articulo potest esse quilibet, vt mōstrat diuus Thomas. 3. p. q. 67. art. 4. & 5. ergo nō erit necessarium, imo neq; expediēs, parochos, qui personæ sunt publicę, in vltimū vitæ discrimen propter eius administrationem inducere.

16 Huic argumēto sic respondetur. Legitimus, & proprius baptismi minister est plebanus, aut proprius parochus, vt diuus Thomas docet. 3. p. q. 67. art. 2. & Domini. a Soto in 4. sent. lib. d. 4. q. vnica. art. 1. cum omnibus theologis: ac proinde non solum ordine caritatis, sed ratione officij tenētur illud pestiferis ministrare, & ad id possunt a suo prælato cogi. Alij autem tenentur in casu necessitatis nō præcepto iustitiæ, sed caritatis, & ordine quodam, nempe defectu plebani, & parochi, prout ostendunt diuus Thomas. 3. p. q. 67. art. 4. & Dominicus o Soto in 4. sent. lib. d. 4. q. vnica. art. 2. Quare nō possunt ad tale munus exercēdum, periculo vitæ imminente, cogi iuxta doctrinam diui Thomæ. 2. 2. q. 104. art. 5. & Tabien. v. Episcopus. n. 5. quā retulimus supra. p. j. argu. 10.

17 Deinde difficilimū esset multitudinem instruere de legitimo modo administrandi baptismum. (Quia vbi multitudo, ibi & confusio) Neq; oporteret eius administrationē frequenter laicis committi, nisi defectu sacerdotū, & clericorum, iuxta illud Horatij, Tractent fabrilia fabri, &c. Si autem Sacerdotes in debita sui muneris executione moriantur, nihil felicius eis potest contingere. Beati enim sunt mortui, qui in Domino moriuntur. Apocalyp. cap. 14.

Seneca trag. 8. *O quam miserum est, nescire, mori.*

Apud Indos<sup>d</sup> Gymnosophistæ, & Brahmanes caste, & pie viuentibus mortis diē natalem vitæ ducebāt, ex Alex. ab Alex. lib. 2. dierum genia. c. 25.

Ouidius.

*Stulte, quid est Somnus? gelidæ nisi mortis imago.*

*Longa quiescendi tempora fata dabunt.*

18 Duo tamen circa traditam conclusionem sunt notanda. Vnum. Quauis de iure nemo debeat baptizari nisi in ecclesia, in qua sacri fōtes sunt specialiter deputati, auth. Ut in priuatis domi. sacra. myst. non fiāt. verum enim tempore pestis poterit sacramentum baptismi in priuata domo, vel in propinquiori basilica, aut oratorio cōferri, propter periculum eundi ad ecclesiam plebis. Clem. 1. de baptis. & ibi glosa. verb. Periculo. Ripa tract. de peste. c. de priuileg. contract. causa pestis. n. 200. Et confirmatur argumento deducto de bello ad pestem, quod efficax est secundum Bartolū in. L. Naturaliter. ff. de usu cap. & in. L. 1. ff. de bono. possess. ex test. milit. Alex. consi. 30. lib. 1. incipit, Ponderatis. Panormi. conf. 3. & 18. & q. 17. Ripā in prin. tracta. de peste. n. 9.

19 Alterum. Adeo potest ingruere pestis, vt oporteat solēnia Baptismi prætermitti; ne videlicet inficiantur parochi, vel alij. De Baptismi necessitate sunt materia, ac forma, ministerq; cum intentione faciēdi, quod facit ecclesia. Minister vero in necessitatis euētū quicūq; homo potest esse concil. Florent. in decreto super vnione Iacob. & Armeni. Reliqua autem omnia, siue baptismum antecedentia, siue subsequētia, sunt de eius solemnitate, & ecclesie ritū, vt ostendunt diuus Thomas. 3. p. q. 66. art. 10. & Dominicus a Soto in. 4. sent. lib. d. 3. q. vnica, art. 10.

20 Hoc secundum notabile probatur primum: quia præcepta ecclesie mera non obligant, regulariter loquēdo, cum certo vitæ periculo, secluso scandalo, & cōtemptu, vt docet Dominicus a Soto de iust. & iure. lib. 10. q. 3. art. 4. & lib. j. q. 6. art. 4. dub. vltimo.

Iterum

21 Iterum, quod tempore pestis in foro exteriori non sunt necessariae tot solemnitates neq; in testamentis, neque in electionibus, neq; donationibus, neque in aliis multis, de quibus Ripa tract. de peste: ergo similiter, neq. in sacramentorum administratione.

Vtrū autē sacramētum baptismi adultis pestiferis, baptizari volētib<sup>9</sup>, sit ministrandū? Infra: n. 31. determinabitur.

22 Nona conclusio. Periculo mortis non obstante, tenentur parochi confessiones pestiferorum audire. Hanc conclusionem absq; aliqua confirmatione tenet doctor Nauarrus in manu. cap. 25. nu. 133. cui aduersantur Tabiena. v. Episcopus. nu. 5. & summa Armilla eodem. v. n. 6. Quorum autoritate nihil obstante, conclusio nostra probatur.

23 Primum, quia parœcialis sacerdos tenetur suorum parœcorum cōfessiones audire, saltem quando ipsi tenentur confiteri secundum cōmunem theologorum opinionem, videlicet Ricardi de Mediaui. in. 4. sen. lib. d. 18. art. 2. q. 3. Adriani in eodem. 4. quæst. 5. de confess. dubio. 8. Syluest. verb. Confessor. 1. quæst. 18. num. 14. Dominici a Soto in 4. sent. lib. d. 18. q. 4. ar. 2. sed in articulo mortis, in quo pestiferi sunt constituti, vt supra conclusione. 4. demonstrauius, quilibet peccatum mortale non confessum in memoria habens, tenetur iure diuino confiteri, si cōfessarius adsit, secundum diuum Thomam in. 4. sen. lib. d. 17. q. 3. art. 1. quæstion. 4. & in quolib. 1. art. 11. cuius sentētia cōpilata est in add. ad. 3. p. q. 6. art. 5. & diuum Cyprianum in episto. ad episco. & diaconos, & Ricardum, Syluestrum, & Adrianum vbi supra, Dominicumq; a Soto in. 4. sentē. lib. d. 18. q. 1. art. 4. ergo habemus intentum. Maior propositio ex eo probatur, quod parochorum officium secum illud onus affert. Nanq; inter actus pascendi gregē, ad quos parochus tenetur, potissimus est ille, qui in sacramento pœnitentiæ exercetur. c. Omnis. de pœni. & remi. & c. Placuit. de pœnit. d. 6. Minor propositio cōfirmatur primum; quia ea, quæ sunt de salutis necessitate, tenetur homo in hac vita implere ex diui Thomæ sententia in. 4. sent. lib.

compilata in add. ad. 3. p. q. 6. art. 5. sed sacramentum pœnitentiæ est de salutis necessitate quo ad lapsos in mortale peccatum post baptismum, vt supra. n. 5. ostēdimus: igitur pelliferus, qui in mortis articulo est constitutus, si habet conscientiam peccati mortalis, non confessi, obligatur iure diuino ad confessionem sacramentalem, tum faciendam habito confessario. Quam ob rem diuus Iacobus præceptum de cōfessione sacramentali faciēda, & de extrema vnctiōe percipiēda simul tradidit. c. 5. suę epistolæ. Quod notauit post diuum Thomam loco proxime citato Dominicus a Soto in. 4. sent. lib. d. 18. q. 1. art. 4. Iterū; quia obligatio præcepti ex eius fine perpenditur: (Ratio enim mediorum sumitur a fine secundum Aristotelem. 2. lib. physico. c. 9.) sed sacramentum pœnitentię fuit a Christo domino institutum in peccatorum remissionem, quæ post baptismum Christianus cōmittit conc. Trid. sess. 6. cap. 14. de iustif. & sess. 14. cap. 1. & can. 1. de materia sacramenti pœni. necessitas autem huius remissionis quā maxime occurrit in mortis articulum, vbi de statu perpetuæ vitæ agitur, (Est nimirum momentum, vnde pendet æternitas iuxta sapientis sententiam ecclesiasticis. 11. Si ceciderit lignū ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit.) igitur tunc maxime necessitas confessionis sacramentalis occurrit.

24 Secundo probatur conclusio: quia sacramentum pœnitentiæ est lapsis post baptismum ad salutem necessarium, vt nondū regeneratis ipse baptismus, conc. Trid. sess. 14. cap. 1. & 2. & 5. de materia sacr. pœnit. & can. 6. docet diuus Thomas in. 4. sent. lib. d. 17. q. 3. art. 1. quæstion. 1. cuius sententiā compilata est in add. ad. 3. p. q. 6. art. 1. vbi dicit. Illa sacramenta, quæ ordinantur contra culpam, cum qua salus spiritualis esse non potest, sunt de salutis necessitate: & ideo sicut baptismus, quo deletur originale, est de necessitate salutis, ita & pœnitentiæ sacramentum illis, qui peccatum mortale post baptismum cōmiserunt. Dilucidat magis Dominicus a Soto in. 4. sent. lib. d. 18. q. 1. art. 2.

art. 2. Sed parochus tenetur baptismum tēpore pestis ministrare, vt ostendimus conclusione præcedenti: igitur & pœnitentiam. Corroboratur hæc secunda probatio, quia baptismus paruulorum, & pœnitētia morientiu coæquantur quantum ad necessitatem. c. Non est vobis, de spōsal.

25 Tertio confirmatur cōclusio. Qui in mortis articulo est constitutus, habens in memoria peccatū mortale nō confessum, extrema præmitur confessionis sacramentalis necessitate: sed extrema laboranti necessitate vnusquisq; tenetur opem ferre, quod sane ita in promptu est, vt vel cæco appareat: (Nam quæ est melior in hominum genere natura, ait Cicero. i. Tuscu. quam eorum, qui se natos ad homines iuuandos, tutandos, conseruandosq; arbitrantur?) igitur parochus tenetur, pestiferis, de sua cōtritione probabiliter dubitantibus, vt dubitare debent, sacramētum pœnitentiæ conferre. Laborant enim extrema necessitate, & corporali, & spiritali. Maior propositio corroboratur, quia propterea cuicumq; in mortis articulo licet confiteri alieno sacerdoti, quod existimatur constitutus in extrema confitendi necessitate secundum diuū Thomam, cuius sententia refertur in add. ad. 3. p. q. 8. art. 6. & Dominicum a Soto in. 4. sent. lib. d. 18. q. 4. art. 4. in arg. sed contra.

Quarto corroboratur conclusio. Sic tenetur parochus gregem pascere, vt quod pingue est, nō occidat, infirmum consolidet, ægrotum sanet, confractum alliget, abiectum reducat, & quod perierat, quærat, ne grex domini fiat in rapinam, & deuorationem omniu bestiarum agri. Ezech. c. 34. Sed singularissimū præsidium ad omnia prædicta est sacramentum confessionis, quo pestiferi maxime indigēt: igitur parochi eorum confessiones audire tenentur, periculo propriæ vitæ corporalis non obstante.

26 Quinto. Parochi operas suas ecclesiæ locauerunt non solum necessarias, sine quibus grex saluari non posset, sed etiā vtilis, sine quibus veresimiliter nō saluabitur, quāuis posset, vt ex secunda cōclusione nostra inferitur, & Adrianus sufficienter ostendit de confess. q. 5. dub. 8. Sunt enim  
parochi

parochi veluti duces exercitus, & custodes ciuitatis, ac proprii gregis Christiani pastores. capi. Sciscitaris. 7 q. 1. Sed via recuperandi gratiam per contritionem est difficilima, & rara, per attritionem autem cum sacramentali confessione facilis, & frequentissima secundum Scotum in 4. sent. li. & Adrianum dub. 8. citato, & reliquos Theologiae doctores. Quia mediante sacramento poenitentiae ex attrito efficitur homo contritus, vt colligitur ex conc. Trid. sess. 14. c. 4. de contritione, & declarat Dominicus a Soto in 4. sent. lib. d. 18. q. 1. art. 1. in solut. primi argumenti. Ergo si propter timorem mortis parochus non vult confessiones pestiferorum audire, non satis praefert salutem subditi spiritualem suae temporali: atque ideo contra iustitiam, & caritatem peccat.

27 Sexto. Lege caritatis quisque tenetur proximo exhibere non ea tantum, sine quibus euadere mortem non potest, sed sine quibus probabiliter eam non euitabit, vt ostendit Adrianus dubio. 8. citato. Quinimo in. q. de correct. frater. ait. Lege caritatis non solum tenemur proximum seruare, ne mortem animi, vel corporis incidat, sed eundem, si possumus, eripere, & in statum vitae reducere, quoties vero simile est, eum sine nostra ope detrimentum spiritale non euitaturum: quauis per se ipsum illud posset euitare, vt declarat in resp. 3. principalis arg. cuius doctrinam sequitur doctor Nauarrus in manu. cap. 24. n. 23. & Gabriel in canon. lect. 74. Sed certum est, multos tempore pestis in aeternum perituros propter contritionis defectum, qui si confiterentur, saluarentur propter vim, & efficaciam sacramenti: ergo parochi saltem, qui non solum ordine caritatis, vt ceteri, sed ratione officij tenentur saluti subditorum spirituali, propria corporali contempta, providere, tenentur, non obstante mortis periculo, pestiferorum confessiones audire.

28 Corroboratur haec sexta argumentatio doctrina Domini a Soto in rele. de ration. tegendi, & deteg. secretum. me. b. 2 q. 2. conclusio. 6. vbi inquit. Praelatus aliquando tenetur pro correctione subditorum exponere vitam, etiam vbi pec-

cata non procederent ex ignorantia. Nanque tametsi tunc non esset simpliciter necessaria eorum correctio: at quia ratione officij incumbit praelato subditos corrigere, fit, ut ubi privatae personae fuerit consilium ponere vitam pro fratre, praelato sit praeceptum, ponere illam pro filio. Quod etiam ex dicendis infra nu. 40. confirmabitur. Quimpotius diuus Thomas. 2. 2. q. 33. art. 2. docet, eum peccare mortaliter, qui propter timorem mortis praetermittit & correctionem fraternam, quando probabiliter praesumitur de aliquo delinquente posse, a lethali peccato retrahi. Et est sententia diui Augustini lib. 1. de ciu. Dei. c. 9. quam sequuntur Ricardus, & scholarum doctores in. 4. sen. lib. d. 19. & summistae v. Correctio fraterna.

29 Ex conclusione nona euidenter deducitur, parochos etiam teneri, sacramentum baptismi adultis pestiferis, baptizari volentibus, ministrare.

30 Et quanquam sacramenta baptismi, & poenitentiae in cathedrali per archipresbyterum, et poenitentiarium, in aliis autem ecclesiis per sacerdotes parochiales, et plebanos administrantur, ut de archipresbytero patet ex integro. tit. de off. archipr. et de poenitentiaro ex c. Inter cetera: de off. iud. ordi. et ex c. 8. de reform. sess. 24. conf. Tri. de que parochialibus sacerdotibus, quia eorum cura in sacramentorum administratione, quae per simplicem sacerdotem administrari possunt, immediate, et potissimum versatur. Veruntamen praedictis deficientibus, episcopus, cuius parochia est tota dioecesis. c. Regenda. 10. q. 1. & c. Inter cetera. de off. iud. ordi. et cap. 1. de raptori. si alius periculum subire recuset, per se ipsum tenetur huiusmodi sacramenta pestiferis ministrare. Est enim proprius sacerdos totius dioecesis secundum diuum Thomam in. 4. sent. lib. cuius sententia copulata est in add. ad. 3. p. q. 8. art. 5. et Durandum in. 4. sent. li. d. 17. q. 12. diuum Antoninum. 3. p. Theol. ti. 17. c. 1. Syluest. v. Confessor. 1. n. 1. Dominicum 2 Soto in. 4. sent. lib. d. 18. q. 4. art. 2. Tabien. v. Absolutio. nu. 14. Thomam a Chaves in Sacram. summula. q. 145.

31 Imo ipse episcopus, si alius nolit periculo infectionis se obiiicere, tenetur quidē parochorū pestiferorū cōfessiones audire: quia eorum confessiones quolibet tēpore de iure auscultare tenetur secundū Hostiensem in summa. tit. de pœnit. & remiss. §. Cui confitēdum sit. vers. Cui presbyter parochialis, et diuum Antoninum. 3. p. theol. tit. 17. c. 2. §. 2. et Ange. v. Confessio. 3. n. 13. et summā Armillam. v. Absolutio. n. 18. et Thomam a Chaues in sacram. summula. q. 154. Idemq; episcopus tenetur similiter aliorum pestiferorum confessiones audire, qui immediate tanquam proprio sacerdoti subsunt episcopo propter rationes, quibus conclusionem nonam confirmauimus, quæ pariter etiam doctrinam hanc comprobant.

S V M M A R I A.

- 32 Nemo tenetur sacramentum suscipere cum periculo vite probabili. n. 31. cum declaratione. n. 37.
- 33 Si gubernator nauem non seruet, dum potest, perinde esset, ac si illam sumergeret. Occidere se nemini licet. num. 33. cum declaratione. num. 38.
- 34 Homo non est vite sue dominus, sed custos nu. 33. cum declaratione. nu. 32.
- 34 Per contritionem peccator saluari potest. num. 34. cum declaratione. num. 39.
- Explicatur versiculus Psalmi. 31. Confitebor aduersum me iniustitiam meam, &c. nu. 34. & 39.
- Deus non alligauit virtutem suam sacramentis. num. 34.
- Facienti, quod in se est, deus non denegat gratiam. num. 34.
- 35 Parochus est persona publica.
- 36 De pestis contagio nonnulla subtilia.
- Maius bonum semper est minori preferendum: & multorum vsilitas paucorum commodo anteponenda. nu. 36. cum dilucidatione. nu. 45.
- 37 Quando tenet argumentum a correlatiuis.
- Parochus latiore habet obligationē administrandi sacramenta, quam parocus ea suscipiendi: & quando alter, & alter obligetur.
- 38 Exponere vitam mortis periculo propter salutem proximi spiritalem etiam extra necessitatis articulum, est opus maximæ perfectionis.
- Mortem perpeti, ne homo deserat virtutum officia, est actus fortitudinis heroicæ, omni iure approbatus.
- 39 Vbi non inflat confessionis tempus, & vbi tempore instante, confessarius nō adest, sufficit contritio.
- Confessionis tempus de iure diuino est mortis articulus.



- Differentia inter parochos, ac reliquos Christianos quatenus ad exponendam corporalem vitam tempore pestis pro spiritali proximorum salute.
- 40 Cōfessarius tenetur, existentibus in maiori necessitate prius sacramēta ministrare. In periculoso negotio non est dormitandum.
- Necessitas ferriis caret.
- Quod nefas est iure directo, licet per consequentiam.
- 41 Cautelæ adhibendæ a confessoribus, audientibus pestiferorum confessiones.
- 42 Pestis signa, causæ, & nonnulla remedia.
- 43 Oportet, omnes peste infectos deferri in hospitale: & de cautela ibi circa ministros adhibendæ.
- 44 Maioribus malis, ac periculis caritas sincera potius subuenire debet.
- 45 Comparatio rerum diuersorum generum non tenet.
- Maius bonum in eodem genere boni semper est eligendum.
- Maius damnum est, unum animum perire: quam mille corpora.
- 46 Mora semper paratis nocuit.
- Si pestiferus ad hospitale, ubi commode posset confiteri, noluerit deportari, & domi non possit absque manifesto parochi periculo confiteri, non tenetur parochus eius confessionem domi audire.
- Si pestiferus potest e lecto surgere, & ad fenestram, vel ianuam domus accedere, ex qua possit absque periculo parochi cōfiteri: nō tenetur parochus eius domū intrare.
- 47 Nullus tenetur vel in mortis articulo per literas, aut nūtiū absentī Sacerdoti confessionem sacramentalem oportet esse secretam. (fiteri.)
- 48 Lex naturæ docet, ne occulta, verendaque crimina publicentur.
- Gratia naturam non destruit, sed perficit.
- Lex gratiæ iubet, omnia peccata, vel occultissima confiteri, secreto tamen.
- 49 Diuina prouidentia omnia disponit suauiter. Sap. 8.
- Scriptura ex sui natura est publica, & patula.

32 **C**ontra octauam, et nonā cōclusiones, superius traditas, plurima formari possūt argumēta. Primū. Nemo homo tenetur sacramētū aliquod suscipere cū periculo vitæ probabili secundum Dominicum a Soto de iust. et iure. li. 1. q. 6. art. 4. dub. fina. igitur neque cum tali periculo tenetur parochus sacramentum cōferre. Argumentum procedit a correlatiuis destructive.

33 Secundum argumētum. Vitam periculo mortis obiicere, in idem incidit, ac si quis se ipsum occidat. Nam si gubernator nauem non seruet, dum potest, perinde esset, ac si illam submergetet. Facit. ca. Pasce. d. 86. cum notatis ibi a glossa-

glossatore. Occidere autem se nemini licet. c. Si non licet. 23. q. 5. cuius verba sunt diui Augustini de ciui. Dei lib. 1. c. 20. Homo enim non est vitæ suæ dominus, sed custos ex diui Thomæ sententia. 2. 2. q. 64. artic. 5. et Dominici a Soto de ius. et iure li. 4. q. 2. ar. 3. et li. 5. q. 1. ar. 5. quibus in locis hac de re satis superque differitur. Ergo neque vitam mortis periculo obuicere, alicui licet.

34 Tertiū. Qui per cōtritionem absque alia ope saluari potest, nō patitur extremam spiritalem necessitatem: sed pestiferus in mortali peccato existens per cōtritionem absq; alia ope saluari potest iuxta illud Psalms. 31. Dixi, confitebor aduersum me iniquitatem meam, & tu remisisti impietatem peccati mei: explicitum a Casiodoro, & glossa sacrorum bibliorum ordinaria, quorum verba referuntur sub nomine diui Augustini in. c. Dixi. & c. Magna. de poen. d. 1. Idem declaratur conc. Trid. sess. 14. ca. 4. de contritione. Deus enim non alligauit virtutem suam sacramentis: et facienti, quod in se est, nunquam gratiam denegauit. Igitur non tenentur Parochi vitam corporalem propriam pro salute pestiferi spirituali prodigere.

35 Quartum. Parochus est persona publica, ad seruiendum multis deputata. Nam illius operæ quodāmodo sunt conductæ ab omnibus parocis, qui suppeditāt illi alimēta vel ex decimis, <sup>h</sup> vel redditibus sui beneficij, q̄ ex propriis creditur dotasse facultatibus. Ergo propter salutem vnus non debet parochus alios priuare sua ope, & auxilio. Atq; ideo non debet accedere ad pestiferum, exponendo se certo mortis periculo.

36 Quintum. Parochus, ingrediendo domum infectam, & inde reuertens, & ad alios postea accedēs, posset alios inficere. Plerunque enim euenit, vt pestis cōtagium per aliquot dies delitescat, & interim infectus, qui sanus videtur, inficiat alios. Fit etiā quandoque, vt qui cum infectis versatus est, conseruet se illesum, & tamen infectio, ab eius vestimentis exterius cōtracta, in alios latius serpat. Igitur caritati repugnat, vt ob vnus, aut alterius salutē tot alios

velit parochus perdere, cum maius bonū semper sit minori præferendum. cap. Non mediocriter. de consec. d. 5. & multorum utilitas paucorum commodo sit anteponenda ex diui Thomæ sententia li. 3. cont. gent. c. 125. & Aristotelis. 1. lib. ethico.

Sextum. Pestiferus deferri potest ad hospitale deputatum ad eius, & aliorum curam, ubi erūt ministri, qui sacramenta, & alia necessaria ei decenter, & absque tanto periculo administrēt: ergo si nō patiatur ad nosocomiū deferri, non tenetur parochus eius domum adire, & cū manifesto vitæ periculo, & totius parœciæ detrimento sacramenta ministrare.

Septimum argumentum. Qui est peste infectus, potest per epistolam, vel incolumem nuntium absenti sacerdoti confiteri, & per eum a peccatis absolui: & sic providebitur & vitæ parochi, & ceteris incōvenientibus, supra commemoratis: igitur non tenetur parochus, gratia audiendi pestiferorum confessiones, eorum domos adire, periculoque infectionis se obicere in damnum totius parœciæ.

37 Ad primum argumentum respondetur. Quando correlatiuorum ea est natura, vt mutuo sese inferant, & perimant, tūc procedit argumētum ex altero ad alterum constructiue, vel destructiue iuxta Aristotelis doctrinam in prædicam. c. ad aliquid. textu. 5. vbi eius expositores. Alias vero sepe fallit, vt ex eodem Aristotele lib. 2. topi. c. 3. & lib. 4. c. 4. & lib. 6. e. 5. deprehenditur. Vnde cum obligatio parochi circa sacramentorum administrationem, & parœci circa eorundem susceptionem neq; mutua in omnibus, neque reciproca sit: non valet illa consequentia. Parochus enim latiore habet obligationem ministrandi sacramenta, quam parœcus ea suscipiendi. Nanque parœcus solummodo tenetur confiteri, & sacramentaliter communicare semel in anno, & in mortis articulo: parochus autem quoties opportunum fuerit, & rationabili ex causa parœcus petierit ecclesiastica sacramenta, tenetur ea administrare, vt Adrianus in. 4. sent. libr. q. 5. de confess. dub. 8. & Dominicus

nicus a Soto in eodem lib. d. 18. q. 4. art. 2. ostendunt. Præterea nemo hominum tenetur cum probabili vitæ periculo, exterius sibi imminente, aliquod suscipere sacramentum, quia dū viuit, & sanus est, potest quilibet differre eius susceptionē in aliud tempus absque tali periculo, interim que votum suscipiendi sacramentum sufficit. At parochus non potest differre administrationem sacramēti baptismi, & pœnitentiæ, quæ pestiferis, in mortis articulo constitutis, sunt administranda, quod morientur absque sacramentis, in tali statu ex necessitate suscipiendis. Quare cum diuersa sit in vtroque ratio, argumentum ab vno ad alterum correlatiuum non procedit. Quod erudite, & late ostendit Euerardus in eodem loco. num. 8.

38. Secundi argumenti negatur maior: & pro intelligentia adestote animis. Nam occidere se quēpiam dupliciter potest contingere: vno modo directe, & per se, quod nūquam licet: altero modo per accidens, quādo videlicet quis propriam vitam non seruat, quam seruare potest. Et hoc nō reputatur homicidiū, nisi quādo ipsā seruare tenetur. Et quāquam homo nō sit suæ vitæ dominus, sed cūstos, haud quāquam tenetur eā adeo seruare, vt pro nullo bono fine possit exponere: sed ita vt illam non prodigat, prout libr. 5. de iust. & iure. q. 1. artic. 6. Dominicus a Soto erudite docet. Quamobrem cum exponere vitam periculo mortis propter salutem proximi spiritalem sit maximæ perfectionis, & caritatis etiam extra necessitatis articulū, vt ostēdemus in tertia huius tractatus parte: in casu autem necessitatis quicūque ad id ordine caritatis teneatur: & parochus non solum ordine caritatis, sed ex officio quoque, vt supra conclusionibus prima, secūndaque monstrauius: in his, ac similibus casibus vitam in mortis pericula obijcere, non cōtendit, vt homo se interficiat, sed ad heroicū fortitudinis actum, qui est mortem perpeti, ne vir deserat virtutum officia, quod tam diuinum, quam naturale ius approbat. Legitote diuum Thomam 2. 2. q. 124. art. 2. & 3. & Dominicum a Soto. de iust. & iure. lib. 5. q. 1. art. 6.

39 Tertij argumenti similiter negamus maiorem propter tertiam rationem, qua confirmauimus conclusionem nonam. Ad minorem eiusdem argumenti dicimus, illa, & alia eiusdem generis testimonia solum probare, contritionem sufficere, vbi non instat confessionis tempus, & vbi tempore instante, confessarius abest. Cæterum cum confessionis tēpus de iure diuino sit mortis articulus, & pestiferus non careat confessario, (ponimus enim, eius parochum in parœcia residere) tenetur ipse pestiferus confiteri, <sup>1</sup> & parochus eius confessionem audire. Quia in tali casu mutua est vtriusque obligatio. Et quāquam vtrunque præmissam gratis concedamus, inficiamur tamen & merito consequentiam propter quintam, & sextam rationem, quibus nonam conclusionem corroborauimus. Et præterea quia inter parochos, & alios Christianos, <sup>m</sup> hoc pro materia, & loco interst, quod reliqui fortassis non tenentur vitam corporalem pro spiritali proximi exponere, nisi quando simpliciter proximo fuerit necessaria, ita videlicet vt absque ea non possit vel peccatum mortale euitare, vel ab eo retrahi, siue educi: quia tantum ordine caritatis ad id tenentur. Verum enim vero cum parochi nō solū ordine caritatis, sed etiam ex officio teneantur spiritali parœcorum saluti, propria corporali contempta, prouidere, non solum obligantur in casu prædicto, quando nimirum cæteri quoque tenentur: sed etiam in multis alijs extra necessitatem parœcorum extremam. Nam alias vix pilus interesset inter cuiuscunq; Christiani, & parochi obligationem: cum tamen maximum inter vtrunque constituent quantum ad hoc communiter doctores theologi discrimen, vt videre est apud Tabien. v. Episcopus. n. 5. & Dominicum a Soto in relect. de ratione tegen. & dete. secretum. memb. 2. q. 2. conclusione. 6. atque exprima, secundaque cōclusionem nostra clare deducitur.

40 Ad quartum respondetur, obligationem parochi respectu parœcorum non esse indiuiduam. Tenetur enim omnibus, & singulis exhibere sacramenta illis autem, quibus  
maius pe-

maius periculum imminet, prius, ac magis. c. Vt cōstitue-  
retur, in fine. d. 50. In periculoso nanque negotio non est  
dormitandum: & necessitati, quæ feriis caret, in primis pa-  
rendum est. Vnde ex eo quod parochus accedit ad pesti-  
ferum gratia audiendi eius confessionem: si accedit caute,  
adhibitisque remediis opportunis, ac pestis præseruatiuis,  
non iudicatur priuare alios paræcos sua ope, & auxilio:  
sed munere suo sanctissime fungi. Sunt nimirum pestiferi  
in vndarum vlnis, inter sacrum, & saxum, ac inter maleum,  
& incudē positi. Quod si inde eueniat aliis paræcis paro-  
chi priuatio, prout argumentum contendit, non dabitur  
vitio ipsi parochi. Nam quod nefas est iure directo, licet  
per consequentiā, siue indirecto. l. 1. ff. de auth. & consen.  
tutorū, vbi glossa ver. Accommodare, Bartolus in l. Quod  
dicimus, eodem tit. Item l. Si is, qui duos reos. ff. de liber.  
leg. c. Et si ludæos. de Iudæ. & c. Postulasti. eodē ti. & c. Post  
miserabilē. de vsuris, & in his tribus capitulis glossę finales.

41 Ad quintum ita respondetur. Prælati, & magistratus ci-  
uiles debent prouidere, vt quoad fieri possit, & liceat, sa-  
cerdotes absque infectionis periculoso cōfessiones pesti-  
ferorum audiant, vt supra diximus conclusione septima.  
Ipsique confessarij ne temere periculum subeant, sed sint  
cauti, audiētes vel longe, vel per fenestram, secreto tamen,  
& absque testibus: (quod aduertunt Rebuffus in praxi be-  
nef. tit. dispensatio ad non residendum n. 31. & doctor Na-  
uarrus in man. c. 2. n. 5.) vtentesque aliis præseruatiuis pe-  
stis remediis.

42 Et en tibi, pestilētia<sup>n</sup> grassante, ignium crebritate ma-  
lo occurritur, autore Plinio. lib. 36. c. 27. quod iis rarefce-  
re credatur aer. Id autem consequitur largius, si odoratio-  
ra vrātur ligna, vt iuniperus, ° & cætera huiusmodi, vt tra-  
dit Cælius Rhodig. lib. 24. lect. antiq. cap. 22. Hyacinthus  
præterea gemma sui gestatorē a peste præseruat, vt refert  
Petrus Mexia Hispalensis lib. 4. Syluæ. c. 2. Et antidotum  
contra pestem secundum Auicenam est acetum. Turre-  
cremata deinde in tract. de aqua benedicta cōtra Boemos

decem eiusdem aquę effectus crudite collegit, quos in e. Aqua sale. n. 8. q. 1. de conse. d. 3. repetit. Eorum vltimus est profugatio, vel purificatio pestilentis, seu corrupentis aeris. Qui effectus expresse demonstratur ex oratione, quę dum aqua benedicatur, vniuersalis ecclesię constitutione dicitur. Nempe Deus, qui ad salutem humani generis maxima quęque sacramenta in aquarum substantia condidisti, adesto propitius inuocationibus nostris, & elemento huic, multimodis purificationibus præparato, virtutē tuę benedictionis infunde: vt creatura tua, mysteriis tuis seruiens, ad abigendos dæmones, morbosque pellendos diuinę gratię sumat effectum: vt quicquid in domibus, vel in locis fidelium hæc vnda resperferit, careat omni immunditia, liberetur a noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidię latētis inimici: & si quid est, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti, asperione huius aquę effugiat: vt salubritas, per inuocationē sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, &c. Plinius demum lib. 7. c. 50. senes minime sentite pestilentiam, autor est.

43 Admodum autem est necessarium, vt omnes, qui peste inficiuntur, statim in hospitale, vel nosocomiū, eis assignatum, deferantur: vbi cautius poterunt medicinę & cā corporales, quam spirituales eis ministrari: infectisque a non infectis lōge separatis, ciuitas ab infectionis periculo diutius præseruabitur: & si infecta fuerit, facilius sanabitur. In hospitali autem confessarij pestiferorum solas eorum confessiones audiāt: ipsique, ac cæteri eorum ministri habitēt separati, aliquo denotati signo.

44 Quod si prædicta remedia vel adhiberi non possent, vel adhuc omnibus adhibitis, procedat argumētum, tunc respondeo, parochum debere, confessionem cuiuscūque pestiferi parœci sui audire: quia infecti omnes in eadem sunt nauis, & illis potius obligatur, quam sanis, quibus tantum periculi non imminet. Maioribus enim malis, & periculis  
cari-

caritas sincera subuenire debet, vt diuus Augustinus ad Bonifacium docet, cuius verba referuntur. c. Vt cōstitueretur. d. 50. Quādo vero vocatus fuerit a non infectis, ad-moneat ipsos de infectionis periculo, & sic satisfaciet inconuenientibus, in argumento subtiliter notatis.

45 Ad id, quod infertur in eodem argumento, videlicet caritati repugnare, vt ob vnus, vel alterius salutem, intellige spirituale, multos parochus inficiat: quod maius bonū minori est præferendum, &c. dico, illam comparationem fieri in rebus diuersi generis, ac proinde non tenere. Maius enim bonum in eodem genere semper est eligendum, & multorū utilitas in eodē genere præferēda est paucorum commoditati. Veruntamē quando commodum vnus, vel paucorum est spirituale, præfertur quidem ordine caritatis multorum commodo temporali. Et eo magis si illi pauci in extrema, vel quasi existunt necessitate, qua reliqui non premuntur. Maius enim damnum est, vnum animam perire, quam mille corpora. c. Si habes. 24. q. 3. glosa. cap. Ille, qui 22. q. 5. Cicero Tuscu. quæst. lib. 5. Quæro, quam vim habeat libra illa Critolai? Qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis, & externa, tātum propēdere illā boni lancem putet, vt terrā, & maria deprimat.

46 Ad sextum argumentum respondetur, omnimodo procurandum esse, vt pestiferus ante confessionem deportetur ad hospitale, nisi periculum sit in mora, quæ semper nocuit paratis. Si autem pestiferus ad hospitale, vbi commode posset confiteri, noluerit deportari, & domi non possit absque manifesto parochi periculo cōfiteri: profecto tū non obligarem parochum ad audiendam eius confessionem. Quia tali casu confessarius non negat ei suam debitam opem: sed ipse pestiferus sciens, & prudens vult perire. Faciunt in huius rei cōfirmationem notata a Rebuffo in praxi benef. sub tit. dispensatio de non resid. n. 31. vbi dicit, quod si pestiferus possit e lecto surgere, & ad ianuā domus accedere, ex qua possit secrete, & absq; periculo parochi cōfiteri, nō tenebitur parochus infectam eius domum intrare.



- 47 Ad septimū argumentū respōdetur, q̄ nemo quisquā teneatur vel in mortis articulo per literas, aut nūtiū absēti sacerdoti peccata sua cōfiteri. Quod sane cōprobatur primū verbis Leonis Papę, relatis in. c. Quāuis. de pœn. d. 1.
- 48 Iterum concilij Trid. sess. 14. c. 5. de cōfessione, vbi hæc verba habentur. Quo ad modum confitendi secreto apud solum sacerdotē, & si Christus non vetuerit, quin aliquis in vindictā suorū scelerum, & in humiliationem, cū ob aliorum exemplum, tū ob ecclesię offensę & edificationem delicta sua publice confiteri possit: non est tamen hoc diuino præcepto mandatum, nec satis consulte humana aliqua lege præciperetur, vt delicta præsertim secreta publica essent confessione aperiēda. Et in can. 6. Si quis dixerit, modum secreta cōfitendi soli sacerdoti, quē ecclesia catholica ab initio semper obseruauit, & obseruat, alienū esse ab institutione, & mādato Ch̄i, & inuētū esse humanū, anathema sit
- 49 Tertio: quia lex naturæ docet, ne occulta, verendaque crimina publicētur: lex autē gratiæ, quæ legē naturæ non destruit, sed perficit, iubet, omnia peccata, etiā occultissima, confiteri conc. Trid. sess. 14. c. 5. & can. 7. de pœn. igitur sacramentalis confessio ex rei natura debet esse secreta. Alioquin aut homines nō possent, aut nō nisi molestissime ad confessionē adduci: quum tamē diuina prouidentia iuxta cuiuscūque naturam suauiter omnia disponat Sap. 8.
- 50 Vltimo. quod cum scriptura ex sui natura sit publica, & patula, si per epistolam, vel nuntium confessio præciperetur, imminerent quidem infamię, mortis pericula, aliæque plurima scādala, & damna. Cū igitur qui est peste infectus, ad confitendum per literas, vel nuntium, nec teneatur, nec cogi possit, parochus autem teneatur cum propriæ etiam vitę periculo eius cōfessionem audire eo modo, quo præcepta a Christo, & eius ecclesia est, vt in cōclusionē. 9. ostēdimus: cōsequitur sane, etiam si pestiferus possit, si veller, per epistolam, vel nuntium absenti sacerdoti confiteri, nihilominus parochum teneri eius confessione præsentia liter audire, si aliter nollet pestiferus confiteri.

## SUMMARI A.

- 49 **D**isputatur, An confessio per literas, vel nuntium absenti sacerdoti facta, sit sacramentalis, & valida.  
 50 Sanctus Thomas archiepiscopus Cantuariensis per literas absenti sacerdoti confessus est.  
 53 Cuiuscunque idiomatis ignaro licet per interpretem confiteri nune. 53. Non tamen ad id tenetur. n. 64.  
 54 De essentia confessionis sacramentalis non est modus secreto confitendi. In primitiua ecclesia publica peccatorum confessiones fuerunt in usu n. 54. Et de quibus peccatis. n. 60.  
 55 Ab omnibus, singulisque censuris potest quis absens, & in scripto absolui.  
 56 Confessio per literas, vel nuntium absenti sacerdoti facta, non est sacramentalis.  
 57 Explicantur verba Christi Luc. 17. Ite, ostendite vos sacerdotibus.  
 58 Confessio sacramentalis est actus personalis.  
 Que in actione personali consistunt, nequeunt per aliam fieri.  
 59 In forma eucharistiæ pronome, hoc, materia exigat presentem, sensibusque suppositam, sacramenta, que per procuratorem suscipi non possunt, recensentur.  
 60 Verba formalia sacramentorum, in scriptis posita, nihil sacramentaliter operantur.  
 61 Qualis debeat esse sacramentalis confessio.  
 62 Argumentum ab authoritate in singulis scientiis quantum roboris habet. Ratio sapienti pro necessitate.  
 63 Nemo tenetur nisi soli sacerdoti secreto, & absque testibus confiteri. Interpres loquitur inter presentes, nuntius, & epistola inter absentes.  
 64 Modus secreto confitendi vsui fuit semper ecclesiæ Christi. Vbi error Erasmi contrarius refellitur.  
 66 Publicæ confessiones merito non sunt in usu.  
 67 Si nolit pestiferus aliter confiteri, tenetur parochus secreto, & absque testibus eius confessionem audire.  
 68 An poenitenti liceat in scriptis confiteri presenti sacerdoti. An quando non potest voce, teneatur poenitens scripto confiteri.  
 70 Obliviosus non tenetur peccata sua in subsidium memoriæ ad confitendam scribere.  
 71 Verbum deo non semper importat obligationem præcepti.  
 72 Differentiæ inter absolutiones a peccatis, & censuris.  
 73 Non est tenenda benignior opinio, sed vera, vel probabilior. A communi opinione non est recedendum, nisi euidenter falsa comitatur.  
 51 **S**eptimum argumentum nobis occasionem obtulit disputandi, An confessio, per literas, vel nuntium absenti sacerdoti facta, sit sacramentalis, & valida? Nanque nonnulli tenent, in casu necessitatis, confessario, & poenitente simul

simul impeditis, posse hunc illi per epistolam, vel nuntium confiteri, & ab illo a peccatis absolui. Hi sunt Paludanus in. 4. sent. lib. d. 17. q. 2. art. 1. diuus Antoninus. 3. p. theol. tit. 14. c. 9. §. 9. Adrianus in. 4. sent. lib. de conf. q. 1. in responso secūdi prinēi. arg. summa Armilla. v. Cōfessio sacramentalis. n. 23. Quorum opinionem cum hasta, cum scuto defendit doctor Nauarrus in confess. manu. c. 21. n. 36. pro eaque subscripta argumenta adduci possunt.

52 Primum. Quia sanctus Thomas archiepiscopus Cātuariensis, cū esset carcere inclusus, per literas a sua peccata absentis sacerdoti cōfessus est, vt referūt Scotus in. 4. sent. lib. d. 17. q. vnica. & Syluester. v. Cōfessio. 1. n. 16. argumentum autem a sanctorum exemplo validū est. c. Exemplum Domini. 12. q. 1.

53 Secundum. Cuicumque idiomatici ignaro licet per interpretem confiteri secūdam omnes doctores: imo secundum nonnullos in casu necessitatis ad id tenetur. Ergo pestiferus, qui in mortis articulo existit, & potest, & debet per nuntium, vel epistolam confiteri.

54 Tertium. De essentia confessionis sacramentalis non est modus secreto confitendi, vt supra. n. 50. ex conc. Trid. retulimus: Imo in primitiua ecclesia publicę peccatorū confessiones fuerunt in vsu, vt colligitur ex epistola. 57. Leonis primi, quam mille hinc retro annis scripsit ad episcopos Campaniæ, cuius fragmentum refert Gratianus in ca. Quauis. de pœn. d. 1. Igitur cum publice quis possit peccata sua confiteri, a fortiori vel per epistolam, vel nuntium.

Quartum. Pœnitēs potest per scriptū præsentis sacerdoti confiteri secundum glossam. cap. Qualis 30. q. 5. ergo & absentis per epistolam.

55 Quintum. Ab excommunicatione, cæterisque ecclesiasticis censuris potest quis absens, & in scripto absolui: igitur & a peccatis.

Vltimum. Hæc opinio animorū saluti fauet, misericordiam Dei exultat, virtutem sacramenti pœnitentiæ amplificat, ad confessionem pœnitentes inducit: ergo in necessitati

fitatis euentu, vt benignior, tenenda est, præsertim cum ab egregiis doctõribus, tanquam vera, defendatur.

56 Quibus non obstantibus, communis, & vera doctõrum sententia est, confessionem per literas, vel nuntium absenti sacerdoti etiã in casu necessitatis factam, nec sacramentalem, neque validam esse. Hanc partem defendunt Alexander Alenf. 4. p. q. 18. memb. 4. art. 5. §. 9. diuus Thomas in 4. sent. lib. d. 17. q. 3. art. 4. quæstiun. 3. cuius sententia compilata est in add. ad. 3. p. q. 9. art. 3. Scotus in 4. sent. li. d. 17. q. vnica ad penult. arg. Gabriel eadem. d. q. 1. artic. 2. ante. 4<sup>m</sup> conclusionem. Angelus. v. Confessio sacramentalis. 1. n. 32. & 33. summa Rosella eodẽ. v. nu. 8. Pisanella, & eius supplemẽtum. v. Confessio. 1. Syluester. v. Excõmunicatio. 8. n. 8. qui antea. v. Cõfessio. 1. n. 16. dubie de hac re locutus fuerat, Caietanus. v. Cõfessio cõditione eius. 11. Thomas de Chaves in sacramentorum summa q. 171. Dominicus a Soto in 4. sent. lib. d. 18. q. 2. art. 6. catechismus Romanus sub tit. de pœnitentię sacramento, vbi agitur de conditionibus, & circumstantiis ad confessionem requisitis, glossa in. c. Qualis. ver. Per scripturam. 30. q. 5. & in ca. Quem pœnitet. de pœnit. d. 1. & in. c. Potest quis per aliũ. de reg. iuris lib. 6.

57 Quorũ sententiã firmo primo verbis diui Augustini, qui libro de pœnitentia inquit. Præcepit Dominus mūdandis, vt ostenderent ora sacerdotibus Lucæ. 17. docens, corporali præsentia confitenda esse peccata, non per nuntium, non per scriptum manifestãda. Dixit enim ora monstrate, & omnes, non vnus pro omnibus, non alium statuatis nuntium, qui pro vobis offerat munus a Moyse statutum Leuitic. 14. Sed qui per vos peccastis, per vos erubescatis. Erubescencia enim ipsa partem habet remissionis. &c. Referuntur a Gratiano in capitul. Quem pœnitet. de pœnit. distinct. 1.

58 Secundo. Quia confessio sacramentalis est actus personalis, atq; ideo non per alium, sed per ipsum pœnitentem exercendus. Ea enim, quæ in actione personali consistunt,  
nequeunt

nequeunt per alium fieri, quod tractatu de spiritali cogna. c. 13. ostendemus.

59 Tertio. Quod in forma absolutionis illud pronomen, te, videlicet absoluo, requirit pœnitentem præsentem, sicut in forma baptismi, confirmationis, extremæ vnctiōnis, & ordinis: & sicut in forma eucharistiæ pronomē, hoc, materiam exigit præsentem, sensibusq; suppositam.

60 Quarto. Quoniam sacramentum baptismi, confirmationis, eucharistiæ, extremæ vnctiōnis, ordinis. &c. nemo potest per nuntium, aut absens suscipere: igitur neq; sacramentum pœnitentiæ.

61 Quinto. Nam quemadmodum verba formæ eucharistiæ, aut baptismi, aut cæterorum sacramentorum, scriptæ, & non prolata, nihil sacramentaliter operarētur: ita etiam absolutio peccatorum sacramentalis, si in scriptis detur siue præsenti, siue absenti pœnitenti, nulla est, nilq; sacramentaliter operaretur.

62 Sexto. Confessio sacramentalis debet esse talis, per quam sacerdos certus fiat, talia peccata pœnitentem commisisse: confessio autem per epistolam, vel nuntium \* nō est huiusmodi: (Nanque & literæ possunt esse fictæ, & nuntius falsum referre quit) igitur.

Septimo. Etenim pœnitens, qui peccata sua nuntio recenset, vt sacerdoti referat, non sacerdoti, sed nūtio confitetur: nuntius autem nemini: quippe qui solum est testis, & non pœnitens.

Octauo. Quia per epistolam pœnitens certe difficilime posset omnes peccatorū circumstantias declarare: imo ad omnes confessarij necessarias interrogationes nequaquam respondere valeret: neque cōfessarius illa omnia, ad quæ ex officio tenetur, erga pœnitentem exerceret.

Nono. Quod potest contingere, vt dum ad confessarium perlata fuerit epistola, vel aduenerit nuntius, pœnitens iam vel mutauerit cōfitendi animum, vel alia peccata commiserit, vel mortuus sit.

Decimo, argumēto deducto ex c. Per scripta. 2. q. 8.

33

Ad primum argumētum, pro opinione Paludani, & cæ-  
 terorum in contrarium adductum, ita respōdetur. Locus  
 ab authoritate infirmus est secundum Boetium li. 6. super  
 topica Ciceronis, & reliquos dialecticos. Ab exēplo au-  
 tem est rhetorū. <sup>1</sup> Iuxta vero theologorum doctrinam ar-  
 gumentum ab authoritate scripturæ diuinæ efficax est, &  
 in sensu literali necessarium: ab authoritate autem alicu-  
 ius sancti solum modo probabile: ita diuus Thomas 1. p. q.  
 1. art. 8. & art. 10. ad primum argumentum. Secundum ve-  
 ro vtriusque iuris peritos argumētum ab exemplo, vel au-  
 thoritate legislatoris probabile quidē, & interdū etiam  
 necessarium est in his videlicet, quæ ad iurisdictionē eius  
 spectant, vt late ostendit Euerardus in loco ab authoritate  
 n. 2. Quādo autē allegatur authoritas, vel exemplum eius,  
 qui non habuit potestatem cōdendi legē in materia con-  
 trouersa, non concludit necessario, nisi quatenus ratio-  
 ne iuuatur, vt notant Pan. in. c. 1. de postulat. prælat. gl. &  
 legū doctores in. l. 1. C. de leg. Vnde diuus Augustinus in  
 epi. 8. ad Hieronymū, & refertur. c. Ego solis. d. 9. Præter  
 diuinarū scripturarū autores reliquos omnes ita lego, vt  
 quantalibet sanctitate, quantaue doctrina polleāt, nō ideo  
 verū putent, quia ipsi ita senserūt: sed quia mihi per alios  
 autores, vel canonicas, vel pbabiles rationes, q̄ a verō nō  
 abhorret, persuadere potuerūt. Cui cōcinit illud Senecæ

*Non te moueat dicentis authoritas,*

*Sed quid dicatur attende.*

Consentit Tullius. lib. Academ. quæst. q. 4. vbi ait, ab-  
 soluti sapiētis esse, nō duci opinionibus, sed certo verum  
 tenere. Demum argumentum ab authoritate, vel exemplo  
 etiam alicuius sancti tollitur per fortiores rationes. l. La-  
 beo. v. Sed & si. ff. de supele. legat. & ibi Albericus. Sana  
 quippe ratio etiā exēplis anteponēda est, autore Augusti-  
 no in epi. ad Casulanū, cuius sentētia refertur. c. Sana. d. 9.  
 Nō enim exēplis maxime nō approbatis, sed rationibus, &  
 iuribus de re cōtrouersa iudicandū est. l. Nemo. C. de sen.  
 & interlo. omni. iud. Ratio enim sapienti pro necessitate.

F

Ad

64 Ad secundum respondetur, pœnitenti idiomatis ignaro licere quidem, per interpretem peccata sua confiteri, at signis, vel nutibus confirmanti illa, quæ per interpretẽ declarantur, & annuenti, vel renuenti confessarij interrogata: nõ tamẽ tenetur, ne cogi põt sic cõfiteri secundũ fere omnes doctores. Et sententia aliquorũ refragantium manifeste refellitur, quia nemo tenetur nisi soli sacerdoti secreto, & absque testibus confiteri. ca. Quinuis. de pœnit. d. 1. & c. Omnis vtriusque sexus. de pœn. & remiss. & con. Trid. sess. 14. cap. 5. & can. 6. de cõfessione. Cæterum illud interst inter eã, quæ fit per interpretem cõfessio, & quæ per nuntiũ, vel epistolã: q̄ interpret. loquitur inter præsentes, nũtius vero, & epistola inter absentes. Quamobrẽ nõ valet argumẽtũ de interprete ad nuntiũ, vel epistolã propter præsentiã, quæ in pœnitentiæ sacramẽtone necessario requiritur, pœnitẽtis ad cõfitendũ, & confessarij ad absolvendũ.

65 Ad tertium respondetur, confessionem factam per nuntium, vel epistolam, non ideo esse inualidam, quod non est secreta: sed propter rationes, quibus cõmunem sententiã, & nostram confirmauimus. Ad id vero, quod in eodem argumento refertur, de vsu ecclesiæ pristino confitendi publice, respondeo, modum secreto cõfitendi vsui fuisse semper ecclesiæ Christi, & valde approbatum, & commendatũ a sanctissimis, & antiquissimis patribus. Qua de re certiores nos facit concilium Trident. sess. 14. cap. 5. de confessione, his verbis: Verum cum a sanctissimis, & antiquissimis patribus magno, vnanimique consensu secreta confessio sacramentalis, qua ab initio ecclesia sancta vsa est, & modo etiam vtitur, fuerit semper commendata, manifeste refellitur inanis eorum calumnia, qui eam a diuino mãdato alienam docere non verentur. Atque in historia tripartita lib. 9. c. 35. narratur, quemadmodum in primitiua ecclesia destinabatur presbyter bonæ conuersationis, qui secretum seruaret, cui fideles cõfiterentur. Quo vero magis, ac magis temeritas Erasmi patefiat, qui in scholiis epitaphij Fabiolæ ad Oceanum apud diuum Hieronymũ tomo primo

primo asseuerat, confessionem auricularem nōdum a becclesia fuisse temporibus diuini Hieronymi institutā: & theologis, oppositum sentiētibus, stulte, & in uer ecunde detrahit: secretæ confessionis, quæ soli sacerdoti ab ipsis ecclesie incunabulis fiebat, meminerūt diuus Dionysius Areopag. in epist. 8. ad Demophilū, Clemens Romanus in epist. 1. ad Iacobū fratrem Domini, Origenes in homil. 2. super psal. 37. post dimidiā eius partem, nā in principio de publica loquitur confessione: Cyprianus sermo. 5. de lapsis, Basilius in regulis breuioribus, siue quæstionibus compendio explicatis, regula, siue quæ. 229. Cyrillus li. 2. in Leui. Hieronymus in regula monachorum. c. 9. Leo Papa in epist. in argumēto citata, Hugo de sancto Victore. ca. 10. institutionis monasticæ. Augustinus homil. 41. & 50. ex li. 50. homiliarum, & in li. 2. de uisitat. infirmorum, & in homilia de pœnitentiæ medicina, Burchardus li. 19. capitul. 36. citat alium pulcherrimum diuini Augustini locum, & cap. 151. expressum huius rei decretum ex concilio Toletano. Prætermitto concilium Florentinum post Lateranēse, & alia similia, quorū uerba nō refero, quod materies hæc aliquantulum uideri posset ab instituto nostro aliena.

66 At illud est certū, in ecclesie initio de nōnullis manifestis, scādalosiq; peccatis iussos fuisse Christianos, & solē nē agere pœnitentiā, & illa publica, scādalosaq; peccata corā populo in sui humiliationē, & aliorū exēplū cōfiteri. Qua de re infinita sunt testimonia. Inualuit autē usq; ad eo ille usus, ut quādoq; cogerētur homines a nōnullis imprudētibus cōfessariis, pœnitentiā illā, & confessionē publicā agere, de quibus fortassis nō oportebat criminibus. Nā saxa etiā longū faciet putrescere tēpus. Quē quidē abusū reprobatur Leo Papa in epist. 80. ad episcopos Cāpaniæ cap. 2. cuius fragmētū referūt Gratianus in. c. Quāuis. de pœ. d. 1. & Burchard⁹ li. 19. c. fi. Verba sunt, Illā etiā cōtra apostolicā regulā præsumptionē, quā nuper agnouī, a quibusdam illicita usurpatione cōmitti, modis omnibus constituo submoueri. De pœnitētia uidelicet, quæ ita fide-



bus postulatur, ne de singulorū peccatorū genere libellis scripta confessio publice recitetur, cū reatus cōscientiarū sufficiat solis sacerdotibus indicari confessione secreta. Quāuis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem erubescere nō veretur: tamen quia non omniū huiusmodi sunt peccata, vt ea, quæ pœnitētiā poscunt, nō timeāt publicare, remoueat tã improbabilis consuetudo, ne multi a pœnitētiæ remediis arceātur, dum aut erubescūt, aut metuūt inimicis suis sua facta reserare, quibus possent legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio, quæ primum Deo offertur, tum etiam sacerdoti, qui pro delictis pœnitētiū precator v̄ accedit. Tunc enim plures ad pœnitentiā poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

67 Ex quibus, aliisque similibus supra a. n. 47. vsq; ad. 50. traditis deducitur, q̄ si pestiferus velit publice peccata sua confiteri potest quidē: ad id tamē nequaquā pōt a parochō cōpelli. Quamobrē si nolit pestiferus aliter cōfiteri, tenetur paroch⁹ secreto, & absq; testib⁹ eius cōfessionē audire.

68 Ad quartū trāseamus argumentū, cuius consequentiā inficior: quia vt supra dixi, in pœnitētię sacramēto necessārio requiritur præsentiā pœnitētis ad cōfitendū, & cōfessarij ad absoluendū. Sed circa eiusdē argumēti antecedēs notandū est, cōfessionē in scriptis sacerdoti præsenti posse fieri dupliciter. Vno modo, ita vt pœnitens scriptū tradat sacerdoti, qui legat, nihil pœnitēte voce, aut signis affirmāte: & hæc confessio nō est valida secūdū Palud. in. 4. sen. li. d. 17. q. 2. ar. 1. & Domi. a Soto in eod. 4. li. d. 18. q. 2. ar. 6. Si vero dū singula peccata sacerdos legit, pœnitēs dicat, vel annuat, se illa cōmisisse, cōfessio esset valida secūdū Scotū in. 4. sent. li. d. 17. q. vnica ad penult. arg. & Domi. a Soto loco proxime citato. At tales confessiones non debet admittere confessarius, quando pœnitēs loqui potest: quod aduertit Thomas a Chiuēs in sacrament. summa. q. 173. Qui autē in memoriæ subsidiū corā sacerdote ore proprio legit peccata sua, legitime confitetur secundum omnes.

Et ita intelligit capitulum Qualis. 30. q. 5. glossator. ca. Quem pœnitet. ver. Per scripturam. de pœnit. d. 1.

- 69 Dubitant tamen doctores, An qui nō potest voce, teneatur scripto confiteri sacerdoti præsenti? Et nonnulli tenent partem affirmantem propter verba diui Thomæ in. 4. sent. lib. d. 17. q. 3. art. 4. quæstion. 3. ad. 2. argum. quæ referuntur in add. ad. 3. p. q. 9. artic. 3. ad 2. vbi ait, Ei, qui vsum linguæ non habet, sufficit, quod per scriptum, nutum, vel interpretem \* confiteatur: quia non exigitur ab homine plus, quam potest. Et ideo, quia actus confessionis est a nobis, quando non possumus vno modo, debemus, vt possumus, confiteri. Sed communis opinio est, pœnitentem, qui loqui non potest, non teneri, per scripturam sacerdoti præsenti confiteri. Ita Ricardus in. 4. sent. lib. d. 17. arti. 2. q. 5. Adria. in eodem. 4. sent. tractatu de confessione. Angelus ver. Confessio. 1. nu. 33. Thomas a Chaucis in sacram. summa. q. 173. Dominicus a Soto in. 4. sent. lib. d. 18. q. 2. arti. 6. Caietanus in summa. v. Cōfessio. cōditione. 11. Couarru. variar. resolut. libr. 2. c. 13. nu. 7. & plures alij. Pro quibus potissima ratio est, quia talis cōfessio ex natura sua non est secreta: siquidem casus euenire potest, vt scriptura perdatur, vel surripiatur, & peccata manifestentur. Nemo autem tenetur ad confitendum taliter, vt peccata sua extra pœnitentiæ forum manifestari possint, vt supra. nu. 66. & 67. ostendimus.

- 70 Ex quo infertur, obliuiosum?, quanuis bene faciat, non tamen teneri, peccata sua in subsidium memoriæ ad confitendum scribere. Scribenda autem sunt peccata, quādo, & vbi scribi oportuerit, notulis quibusdā pœnitēti soli cognitis, ita vt etiā si scriptura perdatur, nullus aut peccata intelligat, aut personas per circumstantias internoscatur.

*Nec Apollo, quid sibi hac velint, intelligat.*

- 71 Ad verbum autem diui Thomæ, videlicet debemus, respondetur illud verbum non semper importare obligationem præcepti, sed multoties licitam potestatem ita faciendi, quando ponderatis circumstantiis oportuerit.

72 Concesso quinti argumenti antecedente, negatur consequentia. Nam quemadmodum Myforum, ac Phrygum termini discreti sunt, & seiuncta Merrhe, ac Siloam fluenta, ita perinde longe, lateq; distant absolutiones & excommunicationis, & peccatorum. Nanque absolutio ab excommunicatione non est sacramentalis, nec confert gratiam, nec requirit confessionem, neque dispositionem hominis absoluendi: inuito, & mortuo potest conferri, & a non sacerdote: est de iure pontificio, non habet formam præscriptam: spectat ad forum exterius. &c. In quibus absolutio peccatorum bis per omnia discrepat. Quid igitur, si illa absentibus possit conferri, non tamen hæc nisi præsentibus?

73 Ad sextum respondetur, non esse tenendam benigniorem opinionem, sed veram, aut probabiliorem. Paludanus autem, pro opinione opposita citatus, dubie loquitur: Florentinus archiepiscopus, eius sententia relata, transit: quam summa Armilla expresse non approbat. Vnde soli Adrianus, & doctor Nauarrus eam expresse, & clare defendunt. Quorum authoritas, & si magna sit, eorum tamem rationes in re graui sunt satis infirmæ. Quas supra refellimus, fortioribus confirmando communem sententiam: a qua non est recedendum, nisi euidenter falsa conuincatur, secundum Ioannem Andream in c. 1. de const. & Panormi. in ca. 1. de sen. & re iudic. & Euerardum in suis locis legalibus, loco ab authoritate. Quibus astipulatur adagium.

*Via cum adsit, semitam quæris.*

### S V M M A R I A.

74 **P**roponitur questio, An pestiferus, qui ostendit contritionis signa, ante aduentum vero confessarij amisit rationis usum, vel sensuum, ita ut neque verbis, neque nuiibus possit peccatum particulatim exprimere, sit a peccatis sacramentaliter absoluendus, si contritionis indicia confessario præsentis testes euertentis

75 **B**aptismus amentibus, qui illum ante amentiam petierunt, conferri potest: & similiter sacramentum extreme unctionis. nu. 75. Et quare. nu. 97.

- 76 Tacitum pro expresso habetur. nu. 76. cum declaratione, & limitatione. nu. 101.
- 77 Partes quasi materiales sacramenti pœnitentiæ sunt contritio, confessio, & satisfactio. nu. 77. & 97. & quemadmodum se habeant ad sacramentum. nu. 104. Satisfactio quamvis imponatur, non tamen est de sacramenti necessitate. num. 77. cum declaratione. n. 104.
- In necessitate multa sunt licita, alias prohibita.
- 78 In dubiis benignior pars est eligenda. nu. 78. cum declaratione. nu. 105.
- 79 Opiniones diuersæ de questione proposita.
- 80 Quando confessarius dubitat, se protulisse absolutionis verba, potest sub conditione illa iterum proficere. &c.
- 81 Si probabiliter dubitatur, Vtrum aliquis sit baptizatus, potest baptizari sub conditione. &c. nu. 81. & quare. nu. 105.
- Sacramentum extreme unctionis potest conferri illi, de quo ambiguum est, an sit mortuus sub conditione, si es viuus. nu. 81. & quare. nu. 105.
- Sacramentum matrimonij sub conditione interdum celebratur. nu. 81. & quare num. 106.
- 82 Condicio de presenti, vel præterito non est proprie conditio, nec suspêdit actum: secus conditio de futuro.
- Conditionalis absolutio, quando conditio refertur ad præsens, plena conditio, valet. nu. 82. cum declaratione. nu. 107.
- 83 Quodcumque peccatum, etiam veniale, pestiferus in mortis articulo vel voce, vel nutu specialiter coram sacerdote explicet, si in confessione procedere non valet, est sacramentaliter absoluendus, &c.
- 84 Si propter instantem nimis pestiferi mortem confessario non fuerit tempus plura proferendi verba, assatim erit dicere, Absoluo te ab excommunicatione, & a peccatis: imo & absoluo te.
- 85 Si pestiferus non potest saltem nutibus aliquod peccatum particulatim presenti sacerdoti confiteri, neutiquam est sacramentaliter absoluendus, &c.
- 86 Absolutio sacramentalis est actus iudicialis, & ad eam prærequiritur iure diuino pœnitentis absoluendi confessio. n. 86. & n. 98. & 100.
- 87 Confessio est pars sacramenti pœnitentiæ, distincta a contritione.
- 88 Iudicium est actus prudentiæ, quod exerceri nequit, nisi re particulariter cognita.
- 89 Quid debeat facere confessarius in questionis propositæ euentu.
- 90 Qui non potest confiteri, excusatur a confessionis præcepto.
- 91 Pestiferus, qui in mortis articulo pœnitentem animum indicauit, defectu tamen rationis, vel sensuum nequit confiteri, potest per quemlibet sacerdotem ab excommunicatione, & interdicto absolui, &c.
- 92 Excommunicationis absolutio non connectitur necessario peccatorum absolutione. In mortis articulo nulla excommunicatio absolute est reseruata.
- 93 Sacerdos, qui pestiferum pœnitentem in mortis articulo vel a peccatis vel censuris absoluerit, potest, & debet ei cōcedere omnes indulgētias, quas virtute sua

- rum ballarium, & privilegiorum consequi valet.
- 96 Remissa culpa per poenitentiam, poena pro culpis debita remittitur poenitentiae virtute indulgentiarum.
- Poenitens, qui in mortis articulo confiteri non potest, reputatur iure confessus ad effectum acquirendi indulgentias.
- Tangitur controversia, An confessio actualis, proxime facta, sit necessaria ad consequendas indulgentias, contritis & confessis concessas.
- 95 Declarantur. c. 15, qui in infirmitate. & c. 15, qui in tempore. 26. q. 6. & similia.
- 96 Quid operetur approbatio alicui libro a Summo pontifice indulta.
- Cap. Sancta Romana. d. 15. partim explicatur.
- 98 Confessarius est & index, & medicus.
- Medicus non curat hominem in genere, sed in individuo.
- Quod ignorat, medicina non curat,
- Reprehensibile est eodem collyrio mederi omnibus: atque eundem calceum omni pedi inducere.
- 99 Explicatur. c. 1. 26. q. 7. & simul disputatur, An infirmis in mortis articulo aliqua sit a confessario iniungenda poenitentia.
- Infirmo diuini poterit confessarius elemosynarum poenitentia iniungere, quas, si cito erogare infirmus potest, neuiquam eas per testamentum committat haereticis elargiendas.
- Legata pia, vel tarde, vel male, vel nunquam executioni traduntur.
- Opera bona, multo utilius est, ut praecedant, quam ut longe, & morose defunctum sequantur.
- Explicatur locus Lucae 16. Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, &c.
- Bis dat, qui cito dat.
- 102 Confessio generalis est triplex, cum ampla declaratione.
- Confessio totius vitae, etiam peccatorum, quae homo legitime confessus est, reputatur sacramentalis.
- Per confessionem generalem, scilicet, Confiteor Deo, remittuntur venialia peccata.
- De peccatorum obliuione remissione.
- Peccata oblita, si postea memoria occurrerint, confessario legitimo tempore debito sunt manifestanda.
- 103 De mutorum confessione.
- 104 Attritio, existimata contritio, sufficit poenitentiae sacramento.

74 **Q**VO autem huic secundae parti colophonem addamus, illud Archimedeum problema manibus, pedibusque, ac neruis omnibus disputabimus, An pestiferus, qui ostendit contritionis signa, ante aduentum vero confessarij amisit rationis usum, vel sensuum, ita ut neq; verbis, neque nutibus possit peccatum particulatim exprimere, sit a peccatis

caus sacramentaliter absolvendus, si de cōtritionis indicis confessorio per testes constiterit?

Pro cuius parte affirmante in primis vrget. c. 76. con. 4. Carthaginēsis, cuius verba referuntur in. c. Is, qui in infirmitate. 26. q. 6. Verba cōcilij sūt. Is, qui in infirmitate pœnitentiā petit, si casu dū ad eū inultatus sacerdos venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim cōuersus fuerit, dent testimoniū, qui eum audierūt, & accipiat pœnitentiā, & si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionē, & infundatur ori eius eucharistia: Si supervixerit, admoneatur a supradictis testibus, petitioni suæ fuisse satisfactū, & subdatur statutis pœnitentię legibus, quādiu sacerdos, qui pœnitentiā dederit, probauerit.

Item verba c. 11. concilij Araucicani, videlicet. Subito obmutescens & baptizari, & pœnitentiā accipere potest, si voluntatis pœnitentię testimoniū aliorum verbis habet, aut pœnitentię in suo nutu.

Tertio fragmentum epistolę Leonis primi ad Theodorum, quæ est 89. quod refertur in ca. His, qui in tēpore. 26. q. 6. cuius verba sunt. His, qui in mortis articulo pœnitentię, & munus reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicēda est, nec recōciliatio deneganda, &c. Et infra. Quod si aliqua ægritudine aggrauati sunt, ut quod paulo antea poscebant, sub pœnitentię significare non valeant testimonio, eis fidelium, & circumstantium testimonium prodesse debebit, simul tamen pœnitentię, & reconciliationis beneficium consequantur.

Quarto. Quia in sacerdotali Romano, per Leonē. 10. approbato, in aliisq; multarū diœcesum sacerdotalibus, hæc, quæ affirmat, pars praxi suscipitur, ac retinetur.

75 Quinto. Quod baptismus amētibus, qui illū ante amentiam petierunt, cōferri potest. c. Maiores. de baptismo. diuus August. li. 4. confess. c. 4. conc. Araucica. ca. 11. diuus Thomas. 3. p. q. 68. art. 12. Scotus in. 4. sen. d. 4. q. 4. Domi. a Soto in eodē lib. d. 5. q. vnica. art. 12. Et similiter sacramentum eucharistię. c. Is, qui in infirmitate. 26. q. 6. Atq;

etiã sacramentũ extremæ vnctiõnis, vt ostẽdemus li. 2. de casuũ reseruatõ. c. 8. Igitur sacrametũ quoq; pœnitentiæ.

Sexto. Qm̄ specifica peccatorũ expressio requiritur in cõfessione propter pœnitentiã a cõfessario imponendam: sed morienti nulla est imponẽda pœnitentiã. 26 q. 7. c. 1. igitur.

76 Septimo. Nãq; Christianus, qui in mortis articulo cõfessariũ aduocat, ostenditq; alia pœnitentiæ signa, implicite, & in genere peccata confitetur: sed confessio in genere, & implicita, vbi, & quando in specie, aut verbis non potest fieri, sufficit: ergo habetur intẽtum. Minor propositio probatur primum, quia tacitum pro expresso habetur. l. De quibus. ff. de legib. l. Cum quid. ff. si certum petatur. l. Titium. ff. de verb. obligatio. Iterum, quod per confessionem generalem delentur peccata oblita secũdum diuum Thomam in. 4. sent. lib. d. 21. q. 1. arti. 2. cuius sententia est cõpilata in add. ad. 3. par. q. 10. ar. 5. Vltimo, quoniã aliter mutus, ac simul surdus nõ posset sacramentaliter cõfiteri.

77 Octauo. Pars, quæ affirmat, corroboratur: nam materies proxima sacramenti pœnitentiæ est contritio, confessio, & satisfactio cõci. Trid. sess. 14. cap. 3. de materia sacramenti pœnitentiæ. & can. 4. diuus Thomas. 3. p. q. 84. artic. 2. Dominicus a Soto in. 4. sent. lib. d. 14. q. 1. art. 2. Sed attritio in sacramento pœnitentiæ sufficit pro cõtritione, cõci. Trident. sess. 14. cap. 4. de contritione. Domi. a Soto super. 4. sent. lib. d. 17. q. 2. art. 5. Et satisfactio, quanuis imponatur, non tamen est de sacramenti necessitate, quandoquidem absq; eius impositione absolutio peccatorum data valet ex Caietani sententia in summa. v. Satisfactio. & Dominici a Soto in. 4. sent. lib. d. 19. q. 1. art. 5. ergo etiam illa implicita, & significata confessio, de qua locuti sumus argumento præcedente, satis est, vt pœnitens absoluat, maxime in necessitatis euentu, vbi multa sunt licita, alias prohibita. c. Quod non est licitum. extra. de reg. iuris.

78 Nono. Equidem in dubiis benignior pars est eligenda. l. Ea, quæ in partes. & l. Capienda occasio. & l. Semper in dubiis. ff. de reg. iuris. Præsertim in animorum fauorem, & in

in tanto, ac tali periculo. Sed hæc quæstio est maxime dubia, cuius pars affirmans benignior est, animorumq; salutis favorabilior: igitur potius amplectenda est, quàm opposita.

- 79 Propter hæc argumenta partem quæstionis affirmatam sequitur diuus Antoninus. 3. p. theol. tit. 10. c. 2. & in summa, Defecerunt. 3. p. c. 17. Angelus de Clauasio. v. Confessio. 4. num. 8. Hostiensis in summa. tit. de pœnit. & remiss. §. Quando confitendum sit. in fine. auctor summæ conciliorum in margine. c. 76. cōcilij Carthaginēsis. 4. vbi notauit. In phrenesim versus & absoluendus, & cōmunicandus est. Antonius Cordubensis in tract. de indulg. q. 39.

Contrariam autem partem toto conatu defendunt Melchior Canus in relect. de pœnit. p. 5. Dominicus a Soto in 4. sent. lib. d. 18. q. 2. artic. 5. Doctor Nauarrus in manual. c. 26. nu. 27. & 28. & c. 27. nu. 269. Et eam etiam mihi videor habuisse Franciscū a Victoria, prout refertur in sacramentorū summa, per Tho. a Chaues ex doctrina eius compilata. q. 182. Eandē habuit Abul. super. c. 16. Matth. q. 79.

Quidam tamē egregie doctus, publicus theologiæ professor, legendo, docuit, absolutionem moriēti in casu proposito sub tali conditione dari posse, videlicet. Si capax es absolutionis, ego te absoluo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Pro cuius sententia sit. 10. argumentum.

- 80 Quando confessarius dubitat, se protulisse absolutionis verba, potest sub conditione illa iterum proferre, dicens, Si non est absolutus, ego te absoluo. & c. & talis absolutio est licita, stanteq; conditione, valida, secundū Caietanum in summa. v. Absolutio: igitur similiter in casu nostro si cōfessarius dicat, Si capax es absolutionis, ego te absoluo, absolutio licita erit, plenaq; conditione, valida.

- 81 Vndecimum argumentum. Si probabiliter dubitatur, aliquis sit baptizatus, nec ne? potest baptizari sub cōditione, Si nondum baptizatus es, ego te baptizo. & c. ca. 2. de baptis. Et sacramentum extremæ vnctionis potest etiā conferri illi, de quo ambiguum est, an sit mortuus? sub conditione, si es viuus. & c. secundum omnes & theologos in 4. sent.



sent. lib. d. 23. & summistas. v. Vn&io. Sacramētum quoq;  
matrimonij sub conditione interdum celebratur. toto tit.  
de cōdit. appostis. Ergo cum quæstio hæc nostra sit in tri-  
uio consilij posita, licitū erit sub cōditione absolutionem  
dari, dicēdo, Si capax es absolutionis, ego te absoluo. &c.  
82 Duodecimo. Conditio de præterito, vel præsentī non  
est proprie conditio secundum Panormitanum in cap. De  
quibus. de baptis. & Syluestrum. v. Absolutio. 3. nu. 1. quia  
non suspendit actum, & consequēter neq; effectum sacra-  
menti; secus autem conditio de futuro. l. Cum ad præsens.  
ff. si certum petatur. & c. Actus. de reg. iur. lib. 6. Quæ pro-  
pter Cajetanus in summa. v. Absolutio, affirmat, quod con-  
ditionalis absolutio, quando conditio refertur ad præsens,  
stante cōditione, valet. Igitur absolutio in casu nostro da-  
ri debet sub prædicta cōditione, Si capax es absolutionis,  
ego te absoluo. &c.

83 Pro quæstionis decisione primum enuntiatur. Quod-  
cumq; peccatum, etiam veniale, pestiferus in mortis arti-  
culo vel voce, vel nutu specialiter coram sacerdote expli-  
cet, si in confessione procedere non valet, est sacramentali-  
ter absolueudus: & a fortiori, si vna die cœperat sacerdoti  
confiteri, altera reuersuro ad perficiendam confessionem,  
interim tamen amisit rationis vsum. Hæc enunciatio om-  
nium suffragiis, scitisq; approbatur, & expresse traditur a  
Dominico a Soto in. 4. sent. lib. d. 18. q. 2. art. 5. & doctore  
Nauarro in cōfessariorum manu. c. 26. n. 27. & 28. & Tho-  
mā a Chaves in sacramentorum summa. q. 164 & 165. Et  
firmatur, quia illa est cōfessio, & expressio peccati, de quo  
sacerdos potest iudicare: ne dici debet diminuta, quoniā  
ex naturæ infirmitate non fuit perfecta.

84 Adamante<sup>2</sup> autem notandum est, quod si propter instan-  
tem nimis pestiferi mortem confessario nō fuerit tempus  
plura proferendi verba, affatim erit dicere, Absoluo te ab  
excommunicatione, & a peccatis, secundum Dominicum  
a Soto. in. 4. sent. lib. d. 22. q. 1. art. 1. Quinimo etiam si cōfes-  
sarius duo tantum verba proferat, Absoluo te, erit moriens  
absolutus

absolutus ab vtrisque secundum Gersonem in 2. p. alpha-  
beti. c. confessio. & c. excommunicatio. & Sotum loco ci-  
ta. & Nauarrum in c. Consideret. §. Cautus. de pœnit. d.  
5. & Couarr. in c. Alma. p. 1. §. 11. n. 12. Qui de re pleniori  
manu differemus in c. ultimo lib. 2. de casu reservatione.

### Secundum enuntiatum.

- 85 **S**I pestiferus non potest saltem nutu aliquod peccatum  
particulatim præsentis sacerdoti confiteri, ne utiqua est  
sacramentaliter absolueñdus: & si absoluetur, nulla erit ab-  
solutio: etiam si pestiferus confessariu aduocauerit, osten-  
deritque alia contritionis indicia.
- 86 Probatur prinu can. 9. de pœnitentiæ sacr. sess. 14. con.  
Trid cuius verba sunt. Si quis dixerit, absolutionem sacra-  
mentalem sacerdotis non esse actum iudiciale, aut dixe-  
rit, non requiri confessionem pœnitentis, vt sacerdos eum  
absoluere possit, anathema sit.
- 87 Iterum. Cōfessio est pars sacramenti pœnitentiæ, distin-  
cta a contritione, atque sacramentali absolutioni iure di-  
uino necessaria. cap. 3. & 5. de doct. sacr. pœn. sess. 14. cō.  
Trid. & can. 4. & 9. sed qui aduocat cōfessarium, ostendit  
que contritionis signa, non confitetur: quia voluntas cōfi-  
tendi non est confessio, & illa signa tantum sunt contritio-  
nis indicia: ergo.
- 88 Tertio. Ea debet esse sacramentalis confessio, vt sacer-  
dos de pœnitentis conscientia iudicare valeat conc. Trid.  
sess. 14. cap. 5. de confess. sed iudicium est actus prudentiæ,  
quod exerceri nequit, nisi re particulariter cognita ex di-  
ui Thomæ doctrina. 2. 2. q. 47. art. 3. igitur qui solum osten-  
dit contritionis signa, nullo exprompto speciali peccato,  
non confitetur taliter, vt sacerdos vtens clauē scientiæ, de  
eius conscientia possit iudicare, consequenterque talis si-  
gnificata confessio sacramentali, ac iudiciali absolutioni  
haud quaquam sufficit.
- 89 Sacerdos ergo in quæstionis propositæ euentu, semotis  
testibus, solus manens cū pestifero, de illis cum erogi-  
tet

tet, quę verisimile est, commisisse, & fatagat, vt rogatis annuat. Quod si nihil prorsus agat, & veluti mortuo verba faciat, obseruet solertissime tempus, quo in mētem pestiferus redeat, orans iugiter Deum pro ipso, perinde ac bonus pater, ac pius medicus.

- 90 Illud vero non est omittendum, quod pestiferus, qui in mortis articulo confessarium accersiri iussit, ostenditque contritionis inditia, quanquam differendo vsque eo confessionem, deliquisset, verum enim dum confiteri nequit, excusatur ratione imperitię a cōfessionis p̄cepto. Quod annotarunt Gabriel. in. 4. sent. libr. d. 17. q. 1. art. 2. post. 3. conclusionem, & Domini. a Soto in eodem. 4. lib. d. 18. q. 2. art. 5.

### Tertium enuntiatum.

- 91 **P**estiferus, qui in mortis articulo pœnitentē animum indicauit, defectu tamen rationis, vel sensuum nequit confiteri, potest per quemlibet sacerdotem ab excommunicatione, & interdicto, aliisque similibus censuris absolui, expeditque ita fieri. Enuntiatio est glossę, & Panormitani, aliorumq; eiusdem notę in. c. A nobis. el. 2. de sen. excom. diui Thomę in opus. 65. c. de cautela in confessione adhibenda, Dominici a Soto in. 4. sent. libr. d. 18. q. 2. arti. 2. doctoris Nauarrii in confessariorum manu. c. 26. n. 27. & 28. & c. 27. n. 271. Et sufficienter probatur. c. Non dubium. & c. Quod de his. & c. Quauis. de sent. excommun.

- 92 Item, quia excommunicationis absolutio nō connectitur necessario peccatorum absolute, sed potest dari separatim: & in mortis articulo nulla excommunicatio absolute est reseruata secundum omnes.

### Quartum enuntiatum.

- 93 **S**acerdos, qui pestiferum pœnitentem in mortis articulo vela peccatis, vel censuris absoluerit, potest, & debet

bet ei concedere omnes indulgētias, quas virtute suarum bullarum, & priuilegiorum consequi valet. Id tradūt Dominicus a Soto in. 4. sent. lib. d. 18. q. 2. art. 2. & doctor Nauarr. in man. c. 26. n. 27. & latius in. §. In Leuitico. not. 30.

94 Firmatur pronūtiatum, quoniam remissa culpa per pœnitentiam, pœna, pro culpis debita, remittitur pœnitenti virtute indulgētiarum secundum omnes doctores catholicos. Quinimo pœnitens, qui in mortis articulo confiteri non potest, reputatur iure cōfessus ad effectum acquirendi indulgētias, vt docēt Angelus de Clauasio. v. Indulgentia, & Caietanus. tomo. 1. opuscu. tract. 15. c. 10. & doctor Nauarrus in. §. In Leuitico, siue in cōmentario de iubileo not. 18. n. 14. & in scholiis bullæ Gregorij. 13. de anno iubilei. v. Confessis. Quorum sententia verissima est, etiam si opinionem sequamur affirmantium, confessionem actua- lem, proxime factam, esse necessariam ad consequendā indulgentiam, contritis, & confessis concessam, quæ eo casu est limitanda. Qua de re pleno modio differimus libr. 30. disputationum disputatione. 12.

### Argumentorum responsa.

95 **I**Vra primo, & secundo, tertioque argumentis citata lo-  
quuntur secundum Dominicum a Soto in. 4. sent. lib. d. 18. q. 2. art. 5. de illis, qui pœnitētiam publicam agebant. Qui si, ea nondum peracta, in vitæ extremis non possent defectu rationis, vel sensuū peccata fateri, modo sufficien- tibus inditiis eorū contritio exprimeretur, poterant qui- dem ad effectum suscipiendi sacramenta & eucharistiæ, & extremæ vnctionis per sacerdotem ecclesiæ reconciliari. Quæ quidem intelligentia congruit summaris ea Is, qui in infirmitate. & c. Is, qui in tempore. 26. q. 6. Doctor vero Nauarrus in man. c. 26. n. 28. interpretatur iura illa de ex- communicationis absolute, similiter vt glossa capitu- lum, Is, qui in infirmitate, ver. Pœnitētiam, quatenus alle- gat. c. A nobis. cl. 2. de sent. excom. Ex mea autem senten-  
tia

tia iura citata loquuntur de nonnullis Christianis, qui pro criminibus grauioribus, & scādalosis iuxta canonicas leges solemnē<sup>bb</sup> facere pœnitentiam debebant: quam cū suscipere sani recusarent, seclusi fuerant a fidelium communionē vel per excommunicationem, vel aliquod ecclesiasticum edictum. Isti ergo si in mortis articulo volebant se subdere solemnē pœnitentiæ legibus, poterant ad eam admitti, & ecclesiæ reconciliari, etiā si ante accessit sacerdotis aduentum amisissent rationis vsum, vel sensuū: dummodo præcedens eorum voluntas sacerdoti per testes manifeste deprehenderetur: vt post reconciliationem et viui sacramenta susciperent, & mortui in loco sacro sepelirentur.<sup>cc</sup> Superstitēs vero tenebantur iuxta sacros canones solemnem peragere pœnitentiam.

96 Ad quartum respondetur, autores illius sacerdotalis Romani, similiūque, sequutos fuisse diui Antonini, & Hostiensis, Angelique opinionem, tunc forsitam probabilem, vt pote quam nemo exacte vsque ad id tēporis confutarat. Approbatio vero, eidē sacerdotali Romano in forma communi a Leone. 10. indulta, forte vt typis<sup>dd</sup> excuderetur, non extinguit omnino cōtrouersiam. Namque in eo contenta omnia non ideo, vt fidei decreta, approbantur: neque plus efficere potest, atque librorum sanctorum patrum approbatio, quæ nomine Gelasij Papæ refertur in ca. Sancta Romana ecclesia. d. 15. Quam Couarru. lib. 4. varia. resol. c. 16. sub. n. 5. § Item epistola beati Leonis, affirmat, haud quaquam sic esse intelligendam, vt dicta sanctorū patrum vniuersa pro lege suscipienda sint, ac necessario admittenda. Quoniam approbatione non obstante possunt in controuersiam deduci, & ad vnguem examinari: quod crebro in scholis fit. Quam ob rē optimo iure Alfonso a Castro lib. 1. aduersus hærefes. c. 7. reprehendit glossam. ca. Noli meis. d. 9. contendentem sanctorum patrū scripta post Gelasij approbationem authentica censeri, & ad verbum necessario cuncta recipiēda fore. Cui glossæ falsitatis, ac temeritatis notam inurit Couarruias vbi supra, Canus præterea

terea de locis theolog. lib. 5. ca. 5. q. 4. Non sat est, inquit, vt conciliorum, & pontificum iudicia firma infalibiler esse credantur, vt in diuino officio publice a tota etiã ecclesia celebrentur. Nec enim historiã, quibus martyrum, & confessorum gesta narrantur, quãuis per summum pontificem, ac concilium approbata sint, fidei decreta sunt: sicut ne opuscula quidem doctorum ecclesiasticorum, quæ probantur a synodo Gelasij Papæ. 15. d. c. Sancta Romana. Hæc Melchior Canus:

97. Quinti argumenti consequentia negatur propter doctrinam diui Thomæ in 4. sen. lib. quæ compilata est in additi. ad. 3. p. q. 8. art. 4. vbi ait: Sacramenta, videlicet in antecedente argumenti relata, non consistunt in hoc, quod ad sacramentum accedens aliquid agat, sed solum vt recipiat, & actus recipientis requiritur ad suscipiendum fructum sacramenti in habente rationis vsum. At in pœnitentia actus accedentis ad sacramentum est de substantia sacramenti, eo quod contritio, confessio, & satisfactio sunt pœnitentiæ partes, quæ sunt actus pœnitentis, quos pœnitens debet subiicere potestati clauum, & iudicio sacerdotis, vt sacramentaliter absoluat. Hæc ille. Quam obrem & si contritionis indicia absque confessione sufficiant in casu antecedentis ad suscipienda alia sacramenta, haud quaquam satis sunt, vt Christianus in mortis articulo a peccatis sacramentaliter absoluat, quod ex antecedente in cõsequente intertur.

98. Ad maiorem sexti argumenti respõdetur, quod confessio sacramentalis non solum propter pœnitentiam, a confessario imponendam, sed ex natura sua debet esse distincta, & specifica conc. Trid. sess. 14. cap. 5. de confess. Nam confessarius est & iudex, & medicus: pœnitens autem reus, ac ægrotus. c. Omnis vtriusque. de pœn. & remiss. Ille quatenus iudex habere debet particularem, & distinctam peccatorum cognitionem, vt de eis possit recte iudicare: quia iudicium est actus prudentiæ, vt supra ex diuo Thoma tradidimus. Quatenus vero medicus non modo infirmitates

Speciatim, sed earum causas, & circumstantias debet perno-  
scere. Quoniam, ut docet Aristoteles, medicus non curat  
hominem in genere, sed Socratem in individuo: &, quod  
ignorat, medicina non curat con Trid. sess. 14. c. 5. de con-  
fess. Reprehensibile quidem est, eodem collyrio mederi  
omnibus: atque eundem calceum omni pedi inducere.

99 Cæterum propter ca. 1. 26. q. 7. in minori eiusdem sex-  
ti argumenti citatum multi doctores indistincte tenent,  
infirmis in mortis articulo nullam esse a confessario in-  
iungendam pœnitentiam, videlicet glossa. c. Si ille. d. 50.  
Hostiens. in summa. tit. de pœn. & remiss. §. Quando con-  
fitemur sit. Durandus in 4. sent. lib. d. 13. q. 1. cum aliis  
lib. pluribus. Verba autem. c. sunt. Infirmis in periculo mortis  
non est imponenda quantitas pœnitentiæ, sed innotescen-  
da, & cum amicorum orationibus, & eleemosynarum  
studii pondus pœnitentiæ subleuandum. A quo periculo  
si diuinitus ereptus conualuerit, pœnitentiæ modum, a sa-  
cerdote sibi impositum, diligenter obseruet. Quæ verba ex  
animo mei sententia ita sunt interpretanda, ut confessarius  
infirmis in mortis articulo non imponat grandem pœniten-  
tiam, nempe ieiunia, pondus orationum, vel alia opera cor-  
poris afflictiva: sed aliquam tenuissimam extemplo soluen-  
dam, ac simul existimet, & declaret, quam debeant, si ex  
periculo euaserint, pro criminum & qualitate, & numero  
persolvere. Et hoc significatur per illa verba, non tamen il-  
lis imponenda est quantitas pœnitentiæ, id est, gradus pœ-  
nitentiæ, sed innotescenda, hoc est, de claranda, ut post con-  
ualescentiam, fauente humine, peccata luant, quod illis  
verbis indicitur, a quo periculo si diuinitus ereptus, &c.  
Infirmo autem diuini si poterit confessarius eleemosyna-  
rum pœnitentiam iniungere, iuxta illa capituli verba, &  
eleemosynarum studiis pondus pœnitentiæ subleuandum.  
His, quæ diximus, consonat doctrina diui Antonini in 3. p.  
theol. tit. 10. c. 2. Eleemosynas vero si pestiferus cito ero-  
gare valet, ne utquam eas committat in testamento here-  
dibus elargiendas, qui vel tarde, vel male, vel nunquam pia  
lega-

legata exequuntur. Opera nimirum bona, multo vtilius est, vt præcedant, quam vt morose, & longe defunctū sequantur. Lucæ. 16. Facite vobis amicos de Mammona & iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Bis dat, qui cito dat.

Ausonius. *Gratia, quæ tarda est, ingrata est: gratia namq[ue]  
Cum fieri properat, gratia grata magis.*

Item.

*Sibene quid facias, facias cito: nam cito factum  
Gratum erit: ingratum gratia tarde facit.*

100 Ad septimum respondetur, non sufficere in genere, & implicite peccata fateri, vt pœnitens sacramentaliter absoluetur: quia debet in specie, & sigillatim sua peccata declarare con. Trid. sess. 14. c. 5. de confess.

101 Ad primam minoris cōfirmationem dico, quod & si regulariter tacitum pro expresso existimetur, hæc tamen regula in multis fallit, in quibus non est par virtus taciti, ac expressi, sed plus expressum, quam tacitum operatur: pro quibus cōsulito Euerardū in loco ab expresso ad tacitum n. 9. Præterea quando iure requiritur actus expressus, non procedit argumentū de tacito ad expressum: at sacramentalis confessio iure diuino debet esse expressa, atque distincta conel. Trid. sess. 14. c. 5. de confess. citato.

102 Ad secundam eiusdem minoris probationem dicimus, confessionem generalem esse triplicem. Vna, qua homo omnia peccata sua a teneris vnguiculis in specie, & sigillatim legitimo confessario manifestat. Et hæc est sacramentalis confessio, quamuis alias eadem peccata quis fuerit legitime confessus secundum communem theologorum sententiam, quam defendunt diuus Thomas in. 4. sen. lib. cuius sententia refertur in add. ad. 3. p. q. 10. arti. 5. ad. 4. argum. & Dominicus a Soto. in. 4. sen. lib. d. 18. q. 4. arti. 3. ad. 3. & Thomas a Chaves ex doctrina Frãcisca a Victo- in sacramen. summa. q. 170. Altera est, qua ecclesia catholica vtitur in prima, & complectorio, introituque missæ, nempe Confiteor Deo, &c. Et hæc non est de sacramenti



substantia: tamen si sacramentale quoddam sit, ad venialium remissionem ab ecclesia institutum. Tertia est, qua poenitens in fine sacramentalis confessionis generaliter se accusat de omnibus aliis, quæ in memoria non habet. Et de hac inquirunt diuus Thomas loco citato in argumēti confirmatione, & theologi, an peccata oblita ea remittantur? Cui ita respondetur. Huiusmodi generalis confessio, habita contritione, vt recte docent diuus Thomas eo loco, & summa Rosella. v. Cōfessio. i. n. 14. factaque speciali, & distincta omnium peccatorum, quæ in memoriam post diligentem discussionem venerint, integra confessione, vt explicat Syluester. v. Confessio. i. n. 1. sufficit ad remissionem etiam oblitorum, quæ eadem cōfessione inclusa esse intelliguntur conc. Trid. sess. 14. cap. 5. de confes. Peccata autem oblita, si postea memoriæ occurrerint, confessario legitimo tempore debito sunt exponenda secundum omnes doctores.

103 Ad tertiam eiusdem minoris probationem respōdetur, quod mutus, de sacramento cōfessionis instructus, (secus autē qui de eo instrui nequit,) tenetur per nutus, & signa peccata sua mortalia, si non omnia, ea saltē, quæ potuerit, particulatim confiteri, vt docent diuus Thom. in. 4. sen. li. d. 17. q. 3. art. 4. quæstiū. 3. ad secundum, & Scotus. q. unica eiusdem. d. & Durandus. q. 15. ad secundum. Caietanus autem in summa. v. Confessio in. 11. eius cōditione tradit quendam confitendi modum pro <sup>h</sup> mutis non a natiuitate, sed legere sciētibus: quem, & si subtilem, ingeniosumque, non tamen necessariū iudicamus vnā cum Dominico a Soto in. 4. sen. lib. d. 18. q. 2. artic. 6. & Thoma a Chaves in sacram. summa de cōfessione. q. 173. Si vero mutus non significet aliquod particulare peccatum nō est sacramentaliter absoluēdus, vt in simili casu docet Sotus in. 4. sen. lib. d. 18. q. 2. art. 5. circa primum argumentum.

104 Octauo argumenti negatur consequentia. Quia & si cōtritio, confessio, & satisfactio sint partes sacramenti poenitentia

rentiæ quasi materiales, verum enim diuersimode se habent ad sacramentum. Nam impositio satisfactionis non requiritur ex sacramenti necessitate: quanuis ipsa satisfactio vel in hoc seculo, vel purgatorio necessaria sit ad remissionem poenæ, pro culpis debitæ. Contritio autem requiritur ad integritatem sacramenti poenitentiæ, vel attritio, existimata contritio, quæ dum forma sacramentali informatur, vocatur cõtritio extrinsecus. Qua de re legitote Dominicũ a Soto in.4. sen. lib. d. 17. q. 1. artic. 2. ad primum Durandi argumentum, & q. 2. art. 5. membro secũdo. Specifica vero, & distincta mortalium delictorum cõfessio exigitur ex ipsa confessionis sacramentalis natura: quoniam confessarius, vt diximus supra. n. 98. est & iudex, & medicus, &c. Quãobrem cũ tres prædictæ partes in sacramẽto poenitentiæ diuersimode requirantur, de vna ad aliam non infertur.

105 Ad nonũ respondetur, in dubiis benigniorem partem, si æque probabilis sit, esse eligendam. At at multoties falsitas, pietatis nomine fucata, animos decipit.


Decimi argumenti negatur consequentia. Nanque in antecedentis casu absolutio cadit supra debitã materiem, scilicet peccata confessa, &c. secus autem in casu consequentis.

106 Vndecimi quoque negatur consequentia. Etenim quando baptismus, vel extrema vnctio sub conditione cõferuntur, cõcurrunt materia proxima, & forma legitima vtriusque sacramenti: quando vero sacerdos absoluit sub conditione illum, qui signa cõtritionis ostendit, forma sacramenti poenitentiæ nullam materiem informat. Illa enim cõtritionis inditia absque confessione non sunt legitima, neque integra absolutionis sacramentalis materies. Præterea matrimonium celebratur sub conditione, vt pote quod est contractus, consistitque in vtriusque coniugis mutuo consensu, qui sub conditione præstari potest: sacramentum vero poenitentiæ non est contractus, &c. Quapropter ex illis ad hoc non deducitur recte argumentum.

107 Adduodecimũ respondetur, conditionalem absolutionem,

nem, quando conditio refertur ad præsens, plena cōditio-  
ne, valere quidem, si cadit supra legitimam, & proximam  
sacramenti materiem, & non aliter. Cōfessoriorum autem  
nemo debet sub conditione pœnitentem absolvere: quod  
traderet sub forma dubia, quod Christus mandavit sub for-  
ma certa ministrari, vt satis erudite, & subtiliter docet Ca-  
ietanus in summa. v. Absolutio peccatorum. ca. i.

*Dimidium interdum plus toto.*



*Ad secundam partem tractatus de  
obligatione parochorum tempore pestis an-  
notationes, siue ab ea digressiones.*

XXVII. DE MORTE. A.

- 1 **Seneca.** Omnis dies ordinandus est veluti vltimus.  
2 Plato ille, relicta deliciosa Atheniensium ciuitate, cum quibusdā suis  
discipulis commorari elegit in villa quadam antiqua, & ruinosa, fre-  
quenti terramotu, & tempestatibus pene euerfa: quatenus timore pe-  
riculorum, ac mortis cohiberent in se vitia carnis, & a cōcupiscentiis,  
ceterisque peccatis se refranarent.  
3 **Diuus Gregorius.** lib. 8. mora. Dura etenim mente abesse mors lōge  
creditur, etiam dum sentitur.

XXVIII. DE BULLA COENÆ DOMINI. B.

- 1 **Bulla,** quæ die cœnæ Domini Romæ legi consuevit, tempore Marti-  
ni quinti cœpit secundum diuum Antoninum. 3. p. theol. tit. 24. c. 72.  
2 De absolutione, existentibus in mortis articulo præstanda, multa, &  
scitu dignissima, & praxi necessaria lib. 2. de casuum reservatione a pri-  
mo vsque ad duodecimum caput plena manu differimus, quæ ideo hic  
consulto omittimus.  
3 Nonnulla, ad bullas apostolicas pertinentia, tradit Polydorus Virg.  
de inuen. rerum. lib. 8. c. 2.  
4 Vtrum episcopi ab hæreseos crimine, & excōmunicatione per eam  
contracta, reservatione bullæ cœnæ Domini nō obstāte, possint in con-  
scientiæ foro iuxta concilij Tridentini decretum sess. 24. c. 6. de reform.  
subditos suos absoluerè, disputant Dominicus Bañes in commen. 2. 2. d.  
Thomæ. q. 11. art. 4. & Petrus de Aragon super eandē. D. Thomæ. q. at. 3.

XXIX. TRACTENT FABRILIA FABRI. C.

*Quam quis nouit artem, in hac se exerceat. Ne sutor ultra crepidam.  
Qui semitam non sapiunt, aliis monstrant viam.*

XXX. DE INDIS ORIENTALIBVS, AC EORVM  
SAPIENTIBVS. D.

- 1 **Ferunt,** Alexandrum magnum, quum in Indiæ expeditione ad Gy  
G      iij      mo.

mnosophistas, Indorū philosophos, penetrasset, grauissime ab illis fuisse increpatum, quod mortalis quum esset, mortali tamen forte nō contentus, totum Orientem latrociniis infestaret.

2 Iustitia apud Indos adeo sancta habetur, vt exteras gentes nūquam bello appetant, ne quid parum iusti interim admittant.

3 Indorū Orientalium mores, & cōsuetudines refert Cælius Rhodig. lib. 18. lect. antiq. c. 31.

4 Indi agricolas post philosophos maximi faciunt, vt eo loci Cælius refert.

5 In Chinæ historia, quæ nuper Hispano sermone in lucem edita fuit, mira de Chinarum mulierum & clausura, & continua occupatione, & pudicitia narrantur: quas, faxit Deus, vt nostrates mulieres imitentur. Quasi testudines vel raro, vel nunquam domibus exeunt, & tūc grauissima vrgente causa, & ita vt ab obuiantibus minime videantur. Domi neque prope ianuam, neque ad fenestras se aspiciendas ostendunt. A regina vsque ad infimā omnes vniuersim iugiter occupantur, quæ si otiosæ vel tantillū reperiantur, ignominia afficiuntur. Occupatio enim, & clausura mulieribus potissimum custodes fideles sunt rarissimæ caritatis.

### XXXI. DE MORTE. E.

1 Illius loci dilucidationem videas, obsecro, apud Sixtum Senens. lib. 5. biblio. sanctæ. annotatione. 214. Et iudicio acri perpendas, atque existimes mortem vel felicem, vel infelicem secundum statum, in quo homo moritur. psal. 33. Mors peccatorum pessima. Apocal. 14. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Cōcordat diuitis epulonis avari, & Lazari mendici historia apud Lucam. 16. Factum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahamæ. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno.

2 D. Hieronymus super illud Matthæi. 17. Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur? Si haberes sapientiam Salomonis: si pulcritudinem Absalonis: si fortitudinē Samsonis: si longeuitatem Enoch: si diuitias Cresi: si potestatem Octauiani: quid profunt hæc? quum tandem caro datur vermibus, & anima dæmonibus, cum diuite sine fine crucianda.

3 Felicitatis index dies vltimus est, dicebat Solon.

4 Plinius. Alius de alio iudicat dies, supremus de omnibus.

### XXXII. DE MORTE. F.

1 Plato in Phædone. Si quem videris grauiter ferre, cum debeat mori, nullo modo erat philosophus.

- 2 Epictetus. Magis necessariam est animo, quam corpori mederi. *Plat.*  
 stat enim mori, quam male vivere.
- 3 Menander. Melius est corpus, quam animam egrotare.

### XXXIII. DE FRATERNA COR- RECTIONE. G.

Medicinæ statim mordent, postea conferunt sanitatem: ita salubria monita initio sunt non nihil amara, postea dulcia, & iucundissima.

Zenon. Optimus ille quidem, qui paret recta monenti.

Diuus Chrysostomus. Non velis in proximo subito cuncta corrigere, alioquin minus id poteris: sed paulatim gere, ne repentina correctione prægraueretur.

Cicero. *l. li. off.* Animaduersio, & castigatio cõtumelia vacare debet.

Terentius in *Andria*.

*Facile omnes cum valemus, recta consilia egrotis damus.*

Thales interrogatus, quid est difficile? respondit, Se ipsum noscere. Quid facile? Alterum admonere.

De fraterna correctione paratum habemus tractatum, vbi ea omnia, quæ ad rem faciunt, pro captu nostro differimus.

### XXXIII. DE DECIMIS. H.

Abraham primum omnium legimus *Genes. 14.* decimas Melchisedech, Dei altissimi sacerdoti, de quinque regū spoliis obtulisse. De decimarum materia luculenter, ac copiose scripserunt post plurimos alios *Rebuffus* specialem tractatum, & *Dominic. a Soto* *lib. 9. de iust. & iur.* quæstionem quartam, & *Polyd. Virg. lib. 6. de inuent. rerum. cap. 14.*

### XXXV. DE HOSPITALIBVS. I.

Fabiola, cuius epitaphium diuus Hieronymus ad Oceanum eleganter scripsit, prima omnium nosocomium, id est hospitium ægrotantium pauperum, Romæ instituit. In quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumpta langoribus, atque inedia membra foueret. Ita diuus Hieronymus in prædicto epitaphio.

Xenodochiū, id est locus publicus, quo peregrini excipiuntur, Hierosolymis primum ab Hyrcano extractum fuisse, autores sunt Iosephus, & Egelippus.

Justinianus imperator in *l. Illud. C. de factos. eccl.* non nulla in fauorẽ xenodochiorum, & nosocomiorum, similiumque locorum pie ad modum sancit.

## XXXVI. DE CONFESSIOE. L.

Ex Alexandro ab Alex. lib. 4. dierum genia. c. 17. Obseruatum inuenimus apud gentiles, vt qui rem diuinam facturus erat, se in primis reum dicere debebat, & noxæ poenitere, & fateri admissum.

## XXXVII. DE CHRISTIANIS. M.

Sectatores Christi, qui antea discipuli, prædicatibus Antiochiæ Paulo, & Barnaba anno. 13. a Christi morte, primū Christiani sunt cognominati Actorum. c. 11.

## XXXVIII. DE PESTILENTIA. N.

Signa proxima pestis, ac euidentissima sunt, si plures moriantur canes: si aues per aerem non volitent. Nam cum pestis plerunque ab aere corrupto oriatur, canes, vt pote qui olfactu inter animantia eminentes, in primis inficiantur, auesque aeris corruptionem aufugiunt.

## XXXIX. DE IUNIPERO. O.

Iuniperi materia, oleo peruncta, carie caret, & tinea, autore Plinio lib. 16. c. 39. Est etiam multipliciter medicinalis. Legito eundem Plinium lib. 24. c. 7. in fine.

## XL. DE MEDICINA. P.

DE medicina primeuo inuentore adhuc certe non constat. Nam Egyptij volūt, medicinam apud ipsos primo fuisse repertā vel ab Ifide, eiusque consiliario Mercurio, vel a quodam nominato Thono, cuius meminit Homerus lib. 4. Odisseæ. Alij medicinæ inuentionē Arabo, Babylonis, & Apollinis filio vendicant. Sunt etiam, qui affirmant, primum medicinæ autorem fuisse Chyronem centaurum, Saturni, & Phyliræ filium, Aesculapij magistrum, & Achillis pedagogū. Cōmunis tamen sententia est, Apollinem, & Aesculapium, eius filium, fuisse primos huius scientiæ inuentores, & autores, præceptoresque. Verum enim quomodo corporis humani infirmitates, quæ plurimæ, ac frequentissimæ sunt, a mundi initio traxerint originem, earū naturale remedium longe antea fuisse præcognitum, haud immerito arbitror. Apollo enim, iudicantibus apud Hebræos Delbora, & Barach, circa annū ante Christi aduentum secundum Hebræorum computationem. 1270. flor. it.

Quam

Quam ob rem theologorum vestigiis indagando medicinæ ortum, inuenio inter leges, quas Moyses Hebræorū populo, vt Dei legatus, dedit, vnam fuisse Exod. 21. Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lecto, si surrexerit, & ambulauerit foris super baculum suum, innocens erit, qui percusserit: ita tamen, vt operas eius, & impensas in medicos restituat. Lata autem fuit lex circa annum ante Christi aduentum secundum præfatam computationem. 1520. Præterea Iosephus, Iacobi filius, anno ante saluatoris aduentum. 1770. præcepit seruis suis medicis. c. 50. Gene. vt aromaticis condirent patrem suum Iacobum. Cuius ætate itaque ab antiquo erant apud Ægyptios & medici, & medicinæ. Illis namque cui Ægyptij medicinæ inuentionem vëdicant, si Beroso, eiusque commentatori Ioanni Annio lib. 5. fidem habemus, tēporibus Abrahami Ægyptiis impetauit. Nimirū sub monarchia Zameis, quinti Assyriorum monarchæ, circa Noë, siue Iani obitum, cuius neptis fuit. Nam Isidë, quæ & Ceres dicitur, filiam Cam, ac sororem, vxoremque Osiridis tradunt Berosus, & Ioannes Annius loco citato, quam plurimis aliis autoribus refragantibus. At mihi persuasum habeo, & datum communem omnium hominum parentem, vt potè qui scientiã rerum omnium perfectissimam habuerit, quod diuus Thomas theologorum coryphæus. 1. p. q. 93. art. 3. demonstrat, primum fuisse medicinæ autorem, ac præceptorem: atque ab eo, tanquam primo limpidiſſimo fonte, medicinam in posteros de manu in manum deuenisse. Quam in variis regionibus viri diuersi, pluribus in dies experimētis & factis, & reperiis, in artem redegerunt, excoluerunt, exercuerunt, ac docuerunt. Medicinæ autem præcepta, in artem redacta, primus scripsit Hippocrates, patria Cous, vt ex Marco Varrone refert Plinius lib. 29. nat. hist. c. 1. Is, cum antiquitus fuisset mos scribēdi morbis liberatos in tēplo eius Dei, qui auxiliatus esset, & in Coo Sculapij temp̄um augustissimum extitisset, in eoque descripti quamplurimi, eiusdem Dei beneficio sanati, vna cum remediis, quibus ad sanitatem adipiscendam fuerant vsi, vt postea similitudo remediorum aliis proficeret, scripsisse ea traditur, & in libro de morbis popularibus inseruisse. Atque ita iam templo Sculapij cremato, medendi artē scripto primus tradidisse. Legito Plinium loco citato, & Alexandrum ab Alex. lib. 6. dierū gen. c. 2. & Polydorum Virg. de inuent. rerum. lib. 1. c. 20. Illustres medicos cōmemorant Plinius lib. 7. c. 37. Cælius Rhodig. lib. 29. lect. antiq. c. 11. theatrum vitæ humanæ sub ti. de medicina, Textor in officinæ. p. 1. sub titulo medicī. De medicinæ laudibus legitore ecclesiastici capitulū. 38. Cæli. Rhod. lib. 29. lect. antiq. c. 11. encomium Erasmi de laude medicinæ, Tiraquel. de nobili. c. 31. Cassanxi in catalogo glorię mundi. p. 10. cōsiderationem 25. & 43. theatri vitæ humanæ titulum de medicina: & pro eiusdem medicina



dicina vituperatione Plinij lib. 29. c. 1.

### XLI. DE EPISTOLIS. Q.

Res nulla in stuporem Indorum Occidentalium animos, dum ab Hispanis expugnati fuerunt, ita rapiebat, atque eorundem Hispanorum epistolæ, quæ absque lingua inter absentes, hinc inde missæ, portare que, clare, distincte, ac copiose loquebantur.

### XLII. DE LINGVARVM DIVERSI- TATE. R.

Linguarum diuersitas ab ædificatione Babylonis, eiusque turris initium habuit: anno videlicet salutis ab aquis. 131. Historia narratur Gen. 11. & a Beroso in li. 4. principio, a Iosepho lib. 1. antiq. ab Hestio vetustissimo historiographo, cui<sup>9</sup> memini: Petrus Comestor in scholæ. histo. ab vna etiam Sybillarū, cuius verba referunt Ludouicus Viues super. c. 4. li. 16. de ciuitate Dei, & Cassançus in catalogo gl. mundi. p. 12. consideratione. 69. Hanc veritatem, vt catholicam, amplectendam esse, contendit Alfonso a Castro. lib. 9. aduersus hæreses, verbo, Lingua, contra Philastrum Brixiensem episcopum, qui vnus contra omnes in catalogo hæreseon. c. 106. multis seculis antea linguarum diuersitatem coepisse, leui coniectura putauit. Cuius temerariam opinionem apertissime refellunt Alfonso a Castro eoloci, & Sixtus senens. lib. 5. biblio. sanctæ annot. 87.

Homerus in Odiss.

*Difficile, ac durum est, vnum compeescere multos.*

Adagia.

*Ne Hercules quidem aduersus duos.*

*Vnus vis nullus vir.*

### DE BABYLONE, EIVSQUE TVRRI.

De Babylone ciuitate mira traduntur a diuo August. lib. 16. de ciuit. Dei. Iosepho li. 9. antiq. Plinio li. 6. Diodoro lib. 3. Orosio. li. 2. Quinto Curtio. lib. 3. Strabone libr. 16. Iustino, & Solino, & cæteris.

Babylonis turris centum septuaginta quatuor supra quinque milia alta palisibus fuit iuxta Isidori archiepiscopi Hispalensis fidem. libr. 15. etimolog. Tametsi diuus Hieronymus super ca. 14. isaia aliis coloribus eius altitudinem depingat. Latitudine autem altitudinem superabat, vt Iosephus lib. 1. antiq. memorat: fundamenta vero & latitudini, & altitudini respondebant, eodem Iosepho autore.

### XLIII. DE NUNTIO APOSTOLICO FALSO. S.

Paulo. III. Pontifice Maximo, ac Carolo, V. Imperatore, Ioanneq; iij. Lusitanorum rege, quidam (vt fertur) Cordubensis, Saiauedra cognominatus, se Apostolicum nuntium finxit, atque literis Apostolicis falsis eo munere cordatissime, ac solertissime fungens, sanctissimæ Inquisitionis officium Hispaniarum instar maximo cum applausu in Lusitaniam primus introduxit. Cuius hipochrysim in re grauissima palam, & coram rege, ac tota eius curia diu perdurantem, totus orbis admiratus est, & maxime salutiferum, ex ea resultantem, fructum, introductæ videlicet Inquisitionis aduersus hæreticam prauitatem.

### XLIII. DE RHETORICA. T.

**I** Corax, qui primus in Sicilia post Hieronis tyranni mortem dicendi artem conscripsit, eandemque primus mercede professus fuit, Tiliam ea lege instituendum suscepit, vt partem mercedis præsentem numeraret, reliquam tum demum persolueret, cum in iudicio, causa perorata, victoriam reportasset. Quum itaque Tiliam non parum in arte profecisset, causam tamen nullam reciperet, idque fraude facere videretur, ne reliquum mercedis præceptoris persolueret: Corax hominem in ius vocat, causamque omnem in huiusmodi confert dilemma. Disce (inquit) stultissime adolescens, utroque modo futurum, quod postulo, siue viceris, siue condemnatus fueris. Nam a te victore merces mihi ex pacto debetur: quum ita inter nos conuenerit, vt cum primam ex iudicio victoriam reportasses, reliquum mihi mercedis persolueretur. Sin ego vicerem, nihilominus iudicij laqueis teneberis, utpote sententiis iudicum condemnatus. Ad hæc Tiliam: imo (inquit) tu potius disce, præceptor sapientissime, neutro modo futurum, quod postulas. Nam si tu viceris, ex pacto tibi nulla debetur merces; quandoquidem ita conuenit, vt eam tum demum persoluerem, cum, causa perorata, victor diceissem. Sin ego vicerem, quid, quæso expectes a victore, iudicum calculis absoluto? Hisce auditis, iudices rem iniudicatam reliquerunt, &c. Similem narrat fabulam Aul. Gellius noct. Atti. lib. 5. c. 10. de Protagora Sophista, & huius discipulo Euathlo.

**2** Rhetorices, vt Diodorus lib. 1. tradit, autor primus fuit Mercurius. At Aristoteles primum Empedoclem artis inuentorem fuisse autumat.

**3** Cicero lib. 2. de finibus. Zeno omnem vim loquendi in duas partes tributam esse dicebat, in Rhetoricam videlicet, & Dialecticam: & Rhetoricam palmæ, Dialecticam pingui similem esse; quod latius loqueretur  
rhetores

rhetores, dialectici autem compressius.

- 4 Socrates Alcibiadem erubescens, verentemq; coram populo verba facere, tali argumento ad orandum palam induxit. Nunquid auderes, ait Socrates, coram figulo, vel sartore loqui? Et sic de singulis, ex quibus concio constat tota, ipsum sigillatim interrogavit. Cuius interrogationibus annuente Alcibiadi. Si ergo, inquit Socrates, coram his singulis fari non verecundareris, quare dicere coram omnibus simul præfertim excogitatam oratione, & meditatissima verba verberis? Quam quidem rationem quum Alcibiades secum in animo penitus confiderasset, puerilem discussit, expulitque pudorem: & exercitatione excellentissimus tandem evasit orator.
- 5 Reliqua, ad rethoricam pertinentia, prætermitto, quæ inuenietis in theatri vitæ humanæ lib. 1.

### XLV. DE SACERDOTIBVS. V.

- 1 Hieronymus ad Fabiolam de veste sacerdotali. Idcirco tinninabula vestis sacerdotali appolita sunt Exod. 28. vt cum ingreditur pontifex in sancta sanctorum, rotus vocalis incedat.
- 2 Sacerdotes sunt veluti lingua populi apud Deum. Exodi. 28. Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij supra pectus suum, quando ingreditur sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum. Et infra. Portabitq; Aaron iniquitates eorū, quæ obtulerunt, & sanctificauerunt filij Israel, in cunctis muneribus, & donariis suis.
- 3 Diuus Ambrosius, teste sancto Paulino in eius vita, flebat amarissime, quoriescunque ebitus sancti alicuius sacerdotis ei nuntiabatur. Et consolantibus dicebat, se plorare, quod difficilime inueniretur vir alius sacerdotio dignus.
- 4 D. Hieronymus, cuius verba referuntur. c. Qualis. 8. q. 1. Vehementer ecclesiam Dei destruit, meliores laicos esse, quam clericos.

### XLVI. DE INTERPRETE, ET DIVERSARVM LINGVARVM PERITIA. X.

Mithridates, Ponti rex, duarum, & viginti gentium, quas habuit sub ditione, linguas percalluit: earumq; gentiū vitis sine interprete locutus est. Plinius li. 7. c. 24. Textor in officin. sub tit. Memoria clari. Gellius.

### XLVII. DE MEMORIA. Y.

- 1 Simonides Ceus primus artē memorandi inuenisse fertur, autoribus Cicerone in oratore, & Quintiliano nō Hispano: quā perfecit Metrodorus, teste Plinio li. 7. c. 24.
- 2 Ordo memoriæ lumen maxime adfert.

- 3 Documenta, & remedia curandi, conseruandique memoriam tradit  
Marsilius Ficinus in lib. de triplici vita,
- 4 Memoria clari, & obliuioſi commemorantur a Plinio. lib. 7. c. 24. &  
Radasio Textore in. 2. officinae parte sub eisdem titulis.
- 5 Atticus Herodis sophista filius, tanta fuit ingenij hebetudine, & me-  
moriam tarditate, vt ne elementorum quidem nomina perdiscere, aut re-  
tinere vnquam poterit. Qua de causa cum pater, qui & philosophus,  
& diuſſimus erat, vna cum ipſo filio tot educaret pueros, quot ſunt al-  
phabeta litterarum, pueris litterarum nominibus inditis, vt vel ſic Atticus pue-  
rorum aſſidua conuerſatione, & frequentiſſimo vſu prima elementa re-  
tinere, inanis fuit patris opera: oleum, & operam perdit. &c.
- 6 De memoria quamplurima cogit Callianus in catal. gloriae mun-  
di. p. 12. con. 1. 44.

## XLVIII. DE ADAMANTE. Z.

Plinius lib. 37. historiae mundi. c. 4. Adamantes deprehenduntur, ita  
respuentes ictum, vt ferrum vtrunque diſſultat, incudesque etiam ipſae  
diſſiliat. Quippe duritia inenarrabilis eſt, ſimulque ignium victrix na-  
tura, & nunquam incaleſcens. Vnde & nome indomita vis Graeca in-  
terpretatione accepit. Et infra. Adamans hircorum calido ſanguine diſ-  
ſoluitur. Item. In adamante Indico, ( qui omnium pretioſiſſimus eſt )  
tanta in eſt vis, vt iuxta magnetem politus, ferrum ab eo abſtrahi, non  
patiar, aut abſtrahitum ad ſe rapiat. Venena praeterea, lymphationes,  
metuque vanos abigit ab hominum mentibus. Haec Plinius.

XLIX. DE CONFESSARIO, ET CON-  
FESSIONIS SIGILLO. AA.

1 In optimo confessario multa ſunt requiſita, confeſſionis ſecretum vel  
maxime. In historia tripartita narratur, quemadmodum in primiti-  
ua eccleſia deſtinabatur presbyter bonae conuerſationis, qui ſecretum  
ſeruaret, cui fideles confiterentur.

2 Angerona, gentilitatis Dea, praesul ſecreti, obſignato ore effingitur:  
quam inter antiquiſſimos deos Romani poſt Aegyptios religioſiſſime  
colebant, ex Alexand. ab Alex. lib. 4. lect. geni. c. 26.

3 Apud Perſas, qui arcana reuelabant, autore Quinto Curtio lib. 5. gra-  
uiori poena, quam pro quocunque alio crimine, puniebantur.

4 Anaxarchus, philoſophus Abderita, Democriti ſectator, a Nicocre-  
onte, Cypri tyranno comprehenſus, coniectusque in pilam ſaxeam,  
ibique ferreis malleis contuſus, vt coniurationem contra tyrannum ipſum  
reuelaret, praecisam deſibus linguam, vnicam, iudicij ſpe, in tyranni os  
expuit. Floruit temporibus Alexandri magni. Autores ſunt Plinius  
lib. 7. hiſt. nat. c. 23. & Erasmus in apophth.

Quidam

5 Quidam Romanus, Corona cognominatus, cuius filiū egomet Romę agnoui, seculo superiori ex repentina quadā infirmitate toto vnus pontificatus tempore se prudentissimū mutum, ac simul surdū finxit: ne cardinalis, tunc exulis, domini sui arcana summo pōtifici reuelaret: qui illum odio, vt aiunt, Vatriniano, terra, marique persequebatur. Sit igitur confellarius magis mutus, quam pisces: taciturnior Pythagoreis, &c.

### L. DE POENITENTIA. BB.

**D**E solemnī, ac publica pœnitētia agimus plenissime lib. 1. de casuū reseruatione. c. 19. & lib. 30. disputationū, disputatione. 13. Solemnis pœnitentię imaginē etiamnum Saxones seruant in vrbe Alberstadiensi. Si quidem in templo virgini matri sacro singulis annis ex plebe vnus aliquis eligitur, quem grauioribus noxis inquinatū putat. Hunc ferali, & pulla veste, obuoluto capite cineralium die in templo statuūt, & peractis sacris eiciunt, donec per quadraginta dies per vr̄bis cōpita vaguus, & mendicans errauerit. Interim diuinas ædes ingredi eum, fas non est: qualencunque cibum vel ab ædituis, vel aliunde oblatum, non aspernatur: neminem alloquitur: non indulget somno nisi post concubiam noctem, idque in media via. Die Iouis, quæ dominicę cœnæ dicata est, ad templum reducitur, & ibi a sacerdote quibusdam solemnibus cæremoniis absoluitur, & a confluēte illic populo stipem accipit. Admum hunc vocant, & omni crimine expiatum credunt. Quæ omnia Ioannes Boemus lib. 3. de moribus omnium gentium. c. 13. Æneas Syluius in Europæ descriptione. c. 31. Raphael Volaterranus Geographiæ lib. 7. Andręas Alciatus. lib. 9. pareg. c. 22. commemorant.

### LI. DE SEPULCRIS. CC.

- 1 **D**E sepulcrorum excellentia scripsit nouissime Cassanęus in Catalo. glor. mundi. p. 12. consi. 75. Gentium diuersarū mores in condendis, humanis que corporibus eleganter referunt Alexāder ab Alexandr. lib. 3. dierum geniali. c. 2. & lib. 6. c. 14. Cassanęus in catal. glorię mund. p. 2. conf. 5. & 6. Textor in 1. officinæ. p. sub tit. de vario inhumandiritu. Polydorus Virgilius de inuētoribus rerum. lib. 6. c. 9. & 10. Alfonso a Villegas in 2. historiæ sanctorum p. c. vltimo, & penultimo.
- 2 Cœmeterij condendi institutum Abrahę assignant, qui, vt refertur Gen. 23. & 25. c. emit ab Ephron Etheo, filio Seor prope Hebron quadringētis siclis speluncam duplicem, & agrum circa eam, sepeliuitque in ea Saram vxorem, inibique ipse deinde repositus fuit.
- 3 Primus, qui funerare in bello corpora docuit fuit Hercules.

Laudare

- 4 Laudare defunctos cepit a Pericle Græco, qui, teste Thucydide, primus defunctos in bello Peloponnesiaco pro contione laudauit. Alij id ipsum Soloni sapientissimo adscribunt. Hic enim instituit, vt clarissimorum virorum laudes in funere prædicarentur.
- 5 Licurgus defuncti nomen tumulo ascribi vetuit, nisi illius, qui fortiter pro patria occubisset, & operam in bello reipublicæ nauasset.
- 6 Græcis lege erat cautum, vt qui patrimonium prodegerat, sepulchro patrio non humaretur, sed externo.
- 7 Artemisia, regina Cariz, Mausolo marito mortuo sepulchrum erexit, inter orbis miracula annumeratum.
- 8 Diui Dominici, qui nobilissimus Hispanus fuit, sepulchrum pulcritudine, elegantia, & sculptura cæteris, quæ adhuc vidi, præstat Bononiæ. Vbi frequentia, & pietate totius populi sanctissimum corpus maxime colitur.
- 9 Eruptum est sepulchrum memoria patrum, in quo ardebat lucerna condita ibi, vt ex inscriptione apparebat, supra millesimum, & quingentesimum annum: eaque tota ex templo, vt contrectari cepta est, inter admotas manus in tenuissimum abiit puluerem, ex Ludouico Viues super. c. 6. lib. 21. de ciuitate Dei.
- 10 Semiramis in monumento, quo post mortem erat recondenda, hæc insculpi iussit: Quicumque regum post me futurorū pecunia indigerit, recluso conditorio, sumat inde quicquid vitum fuerit. Id cum perlegisset Darius, auri cupiditate sepulchrum iussit recludi, in quo tamen pecuniam inuenit nullam, sed hoc tantum literis sculprum: Nisi malus fores, & auarus mortuorum loculos non moueres, Autore Herod.
- 11 Simonides poeta, ad litus applicans maris, corpus, quod vidit inhumatum, sepeliri mandauit: propter quod admonitus in somno, ne proximo die nauigaret, in terra remanuit: qui vero inde soluerat, fluctibus, & procellis in conspectu eius obruti sunt. Ex Valerio Maximo li. 1. c. 7.
- 12 Quum moriendo relinquamus labores, & pericula, quæ statim nascendo subimus, Thraces, huius rei memores, natales dies hominum flebiliter, exequias cum hilaritate celebrabant.
- 13 More prisco præcedebat funus, homines sequebantur, quasi post ipsum mortuum morituri, subsequuturique: a quibus supremum verbum dicebatur, Vale, nos te sequemur. Polydorus Virg. lib. 6. de inuentoribus rerum. c. 10.
- 14 Diuus Ambrosius. Quid proficit sepulchrorum superbia? Damna sunt potius viuentium, quam subsidia mortuorum.
- 15 Defunctorū suffragia nos admonēt, mortales quidem nos esse, animos autem nostros immortales.

- 1 Literarum imprimendarum artem Maguntix in Germania, Ioānes Cuthemburgus Argentinensis anno salutis. 1442. iuxta Fulgosi fidem lib. 8. c. 11. inuenit. At multo antiquiores referūt recētissimi scriptores eiusdem artis officinas apud eos, qui modo Chini appellātur in regione Serica Indiæ vltra Gangē. Plura de hac vtilissīma arte legito in cōsideratione. 39. p. 11. catalo. gloriæ mundi Cassanxi.
- 2 Cum primū ars imprimendi libros apud Germanos fuit inuenta, libri D. Augustini de ciuitate Dei ante omnes alios typis fuerunt excusī. Sunt enim, exceptis sacris, præ omnibus eruditi.
- 3 Typographos omnes admonitos esse vellent, tū vt peritissimos orthographi & correctores in officinis habeant: tum vt nullum absque tabulis, & indice locupletissimo librum imprimi sinant.

## LIII. DE ELEEMOSYNA. EE.

- 1 Actorum. IX. In Ioppe autem fuit quædā discipula, nomine Tabitha, (quæ interpretata dicitur Dorcas) hæc erat plena operibus bonis, & eleemosynis, quas faciebat, &c. vsq; in capitis finē. Hoc exemplo probat. D. Cyprianus in sermone de eleemo. eleemosynis non rātū a secunda, sed a prima morte homines posse liberari.
- 2 D. Augustinus in homilia euan. Intrauit Iesus in quoddā castellum. Nunquid pascendo defecerat Deus, quando ad viduam Eliam mittebat. 3. reg. c. 17. non: sed religiosam mulierem per obsequium, exhibitum, seruo suo, benedicere disponebat.
- 3 Qui eleemosynā elargitur, cōmutat falsam pro bona, & vera moneta.
- 4 Chrysoft. homil. 14. super epist. 1. ad Timothe. Neque enim officia in pauperes debemus seruis, aut ancillis imperare, sed per nos ipsi debemus pauperibus impondere. &c. Legito totam homiliam.
- 5 Flacilla illa augusta, Theodosij cōiux sanctissima, cum esset in regni fastigiis non seruis, non aliis ministris vtens, sed per se ipsā pauperum curam habebat, & ad eorum habitacula veniens, vnicuique quod opuhabebat, præbebat. Sic etiam per xenodochia discurrens, suis manibus ministrabat infirmis, ollas eorum tergens, ius gustans, offerens cocleas, panē frāgens, cibosq; ministrās, calices abluens, & alia cūcta faciēs, quæ seruis, & ancillis mos est operari. ex lib. 7. tripartitæ historiz.
- 6 Legitur, Ludouicum Francorum regem a matre sanctissima Blanca Hispana ita fuisse educatum, vt pauperibus ducētis, qui in domo regia quotidie abunde reficiebātur, in diebus solemnibus, antequam ipse comederet, manu propria fercula ministraret, atque singulis sabbatis eorum pedes propriis manibus ablueret, detergeret, & oscularetur, quos deinde aucta eleemosyna donabat. Ipse autem quotiescunque prandebat, cenabatque, tres senes, vna cum ipso ad mensam sedentes, de cibis sibi

sibi appositis pie admodum nutrebat, quorum reliquias sæpe comedere non horrebat.

### LIIII. DE DIVITIBVS. FF.

1 Christus apud Matthæ. 19. & Marcum. 10. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cælorum. Cuius loci diuersas refert expositiones Iansenius in concord. euāgelio. c. 100.

2 Paulus. 1. ad Timoth. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in temptationem, & in laqueum diaboli. Et cæ.

3 Iacobus. c. 5. Agite nunc diuites, plorate, & ululantes in miseriis uestris, quæ aduenient uobis. &c.

4 Diues aut iniquus, aut iniqui haeres, apud Hieronymum ad Hedibiã. q. 1.

5 Menander. *Nunquam uir æquus diues enasit cito.*

6 Plato. 5. de legibus, diuites valde, simulq; probos esse, arbitratur impossibile: propterea que nec felices.

Antiqui Plutonem colebant et inferorum, & diuitiarum deum. Quem cæcum, & iacentem depingebant Sparta. Legitote Cælium Rhodigi. lib. 20. lect. antiq. c. 22.

7 Bias. Quis diues? Qui nihil cupit. Quis pauper? Auarus.

8 Valerius Maximus lib. 4. c. 4. de paupertate exemplo. 1. Omnia nimirum habet, qui nihil concupiscit: ac quidem certius, quam qui cuncta possidet. &c. Manilius lib. 4. astronomicon.

*Victuros agimus semper, nec diuimus unquam.*

9 *Pauperiorq; bonis quisque est, qui plura requirit:*

*Ne quod habet numerat, tantum quod non habet, optat.*

10 Cato. *Despice diuitias, si uis animo esse beatus:*

*quas qui suspiciunt, mendicant semper auari,*

11 Cicero in parad. Nemo diues, nisi sapiens. Animus hominis diues, non arca, appellari solet. &c. Is plurimum habet, qui minimum desiderat.

12 Epicurus. Si ad naturam uiuis nunquam eris pauper: si ad opinionem, nunquam diues. Huic concinit adagium, Magnum uictigal parcimonia. apud Ciceronem parad. citat.

13 Cato. *Commoda natura nullo tibi tempore deerunt,*

*si contentus eo fueris, quo postulat usus.*

14 Antiquorum deprecatio erat, pauca habere, & nullius indigere, auctore Alexandro ab Alex. lib. 4. lect. geni. c. 17.

15 Cum Delphicum oraculum consultum esset, an Gyge rege tunc terrarum amplissimo alius esset felicior? Apollo cecinit, Aglaum Psophi-dium esse feliciorem. Qui senex in angustiissimo Arcadiæ angulo paruum prædium colebat absq; alicuius rei cupidine, ex Plinio lib. 7. c. 46.

16 De diuitibus titulum specialem scripsit Textor in officina.



17 Iuan de Mena en la orden de Iupiter copla. 227.

*O vida segura a la mansa pobreza,  
dadiua sancta, desagrada rizada,  
rica se llama, no pobre la vida,  
del que aborrece viuir con riqueza.*

L V. DE DIVITIIS. GG.

18 Diuitias appellat Christus iniquas. Huius declarationē legas apud  
Cornelium Iansenium in concordia euang. c. 95.

19 Gazophylacium recondendis pecuniis hominum primis struxisse  
Minyas traditur. Fuit hic Chryse filius ex Chryfogenia, et diuitiis  
creditur cunctos suæ ætatis anteisse mortales, ex Cælio Rhodig. lib. 20.  
lect. antiq. c. 25.

20 Nahun. c. 2. Non est finis diuitiarum. &c.

21 *Haud est finis opum fixus mortalibus vllus.*

22 Item. *Creuerunt opes, & opum furiosa libido.*  
Iuuenalis.

23 *Crescit amor numi, quantum ipsa pecunia crescit:  
& minus hanc optat, qui non habet.*

24 Plutarchus in opusculo de cupiditate diuitiarum. A quibus malis li-  
berant diuitiæ, si ne hoc ipsum quidem adimunt malum, sui cupidita-  
tem? Quum potus sedet sitim, cibus famem sanet, cæterum argenti cu-  
pidinam non extinguit argentum, nec aurum auri, neque si plura pos-  
sideas, coercetur plura possidendi cupiditas. Et infra. Qui plura, quam  
satis est, possidet, plura nihilominus cōcupiscēs, hunc nec aurum, nec  
argentum sanare potest: sed vomitu, ac purgatione opus habet.

Horatius lib. j. serm. Satyra. j.

25 *Ac bona pars hominum, decepta cupidine falso,  
Nil satis, inquit, quia tanti, quantum habes, fis.*

Virgilius lib. Æneid.

26 *Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames.*

De diuitibus, ac diuitiis, thesaurisq; loquentes, quæ memoriæ occur-  
rerunt, veluti in acerum congelimus, inde doctissimorum optimus quis-  
que quantum sibi visum fuerit, capiat.

L VI. DE MUTIS. HH.

1 Quintus Pedius, nepos Quinti Pedij consularis, fuit natura mutus:  
quæ propterea Messala orator picturam docendū censuit: cuius cōsiliū  
nimis laudatum fuit, auctore Plinio lib. 35. c. 4. Quia mutus natura, cū  
necessario simul surdus sit, nullius disciplinæ, per auditum suscipien-  
da, capax est.

2 Petrus Ponce Hispanus ordinis S. Benedicti hoc seculo nostro ante a se inuenta mutos a natiuitate docebat & recte loqui, & ordinate scribere, rogatisq; respondere tam Hispane, quam Latine. Quod & si creditu difficilimum sit, Ambrosius tamé de Morales in Hispania descriptione illud, vt oculus testis, affirmat.

3 Atis, Cressi filius, natura mutus, vbi vidit irruentem in iugulum patris sui Cyrum, solutis linguæ vinculis prorupit in verba quædam, quibus pietatem erga patrem significauit, autoribus Herodoto, & Gellio libr. 5. capit. 9.

4 Viros quamplurimos vidi mutos, feminam autem solam vnã.

## L VII. DE MATRIMONIO. II.

1 Cicero de oratore lib. 2, Cum vxoribus incommode viuunt, sed absque his respublica omnino consistere non potest. Cui alludit illud Euripidis in Oreste.

*Molesta cum sit res, necessaria tamen.*

2 Apud Chinos viri dotant mulieres, quas in matrimonium ducunt: ipsæque dotem tradunt parentibus pro laboribus, expensisque educationis. Quam ob rem inter illos, qui plures habet filias, ditior iudicatur. Refertur in Chinæ historia, nuper in lucé Hispano sermone edita.

3 Ælianus lib. 6. variaz historiaz scribit, legem Licurgi fuisse Spartanis, vt matrimonia, nulla dote intercedente, contraherentur: & idem sanciuit Solon apud Athenienses. Quod vt ait Iuuenalis Satyra. 6.

*Veniunt a dote sagittæ.*

Caro.

*Vxorem fuge, ne ducas sub nomine dotis.*

Horatius ode. 30.

*Probamque*

*Pauperiem sine dote quero.*

4 Seneca ad Gallionem, qui querebatur bonam vxorem se amisisse, Inuenies, inquit, si nihil quæris nisi bonam.

5 Socrates dicebat, Splendida coniugia, vt aliquando illustant, ita nonnunquam funditus domos euertunt, autore Valerio, lib. 7. c. 22.

6 Apud antiquos Romanos, vt Boethius in commẽ. topicorum scribit, nuptiæ inter impares iure non contrahebantur.

7 Plato lib. 8. de legibus. Amicitia, quæ a dissimilibus proficiscitur, dura est, & aspera: & læpe vicissitudinem in nobis non habet.

Ouidius.

8 *Quam male inæquales veniunt ad aratra iuueni,*  
*Tam premitur magno coniuge nupta minor.*

9 Æsopi apologus plane ostendit dissimilia non esse sociabilia. Nam carbonarius, inquit ille fabulator, rogavit fullonem, ut secum in eadem domo habitaret: sed fullo respondit, nō id se posse facere, Timeo enim, inquit, ne quæ ego dealbo, tu fuligine repleas.

10 Omnes reprobāt matrimoniū annus cū iuvene, & vetuli cū puella.  
Leonides.

11 *Nupsit anus iuveni, vetulo tibi iuncta puella est.*

*O nimium ex omni tempore inepta Venus.*

*Aut aliis ducis, sterili de conseris agro:*

*Coniuge ne frueris, ne frueris sobole.*

12 Id ipsum adstruit astronomica ratio. Venus enim, præses rei vxoris, & Saturnus, senectutis antistes, ut astronomis placuit, omniū maxime sunt inter se inimici, sibi que e diametro repugnantes, & diuersi.

Euripides.

13 *Amarus iuveni vxori senex maritus.*

Ouidius li. i. elegia.

14 *Quæ bello est habilis, Veneri quoque conuenit ætas.*

*Turpe senes miles, turpe senilis amor.*

*Quos petiere duces annos in milite forti,*

*Hos petit in socio bella puella viro.*

15 Tibareni post vxoris partum, ipsi perinde quasi pepererint, reuincto capite cubant.

16 Plutarchus in præcep. connub. nu. 39. Mulieres, quæ sana mēte sunt, quum irati mariti clamant, silentium agunt: quum vero silent, eos alloquuntur, & consolantes mitigant, ac leniunt.

17 Felicem Macrinum illum fuisse arbitror, si quis felix vnquam fuit, quem cum vxore. xxxix. annis vixisse sine iurgio, sine offensa scribit Plinius lib. epist. 8. ad Geminium. Felicem item illum Paternum, qui in agro Nemaufensi id epitaphium vxori posuit

*Sylvius Paternus vxori rarissimi exempli, cum qua*


*vixit annis. 32. sine vlla animi lesura.*

Refertur a Tiraquello. l. 5. connub.

Finis secundæ partis.

Tertia tractatus pars de sacramē-  
tis, quorum administratio non  
nunquam tempore pestis preter-  
mitti potest.

*Summaria huius tertiæ partis.*

- I**  *Vibuscunque a iure conceditur in mortis articulo sacramentalis con-  
fessio, simul conceditur viaticum.*  
*Parochi tenentur confessiones pestiferorum audire, tãquam in mor-  
tis articulo existentium.*  
*An parochi teneantur eo omnia sacramenta pestiferis ministrare,  
quæ ipsi in tali statu tenentur suscipere. n. v. &c.*
- 2** *Parochi tenentur ea saltem sacramenta pestiferis ministrare, quæ ad salutem sunt  
simpliciter necessaria.*
- 3** *An sacramentum Eucharistiæ conferat primam gratiam?*
- 4** *Si cum ea, quæ tanto sacramento debetur reuerentia, & absq; vitæ propriæ pro-  
babili periculo posset parochus sacramentum eucharistiæ pestiferis ministra-  
re, tenetur quidem.*
- 5** *Pralati debent tempore pestis procurare, vt saltem in hospitali peste infectorum  
sacramentum eucharistiæ ministretur, & quomodo.*
- 6** *Nemini regulariter licet nisi sacerdoti, missam celebranti, seipsum cõmunicare.  
In necessitatis articulo licet sacerdoti, nõ celebranti, se ipsum communicare: & quo  
modo.*  
*Indicatur cautela in administranda pestiferis Eucharistia.*  
*Cautum e rui reddit magistra necessitas.*
- 7** *Quod non est licitum de iure necessitas facit licitum.*
- 8** *Non est de essentialibus sacramenti Eucharistiæ, vt communicaturus eam suscipiat  
manibus sacerdotis, sed id ad solemnità sacramenti pertinet.*
- 9** *Confessarius, dum pestiferorum confessiones audit, potest a lōge propter infectio-  
nis periculum audire, modo non sint circumstantes, qui audire confessiones pos-  
sunt.*
- 10** *Antiquitus fideles accipiebãt sacram Eucharistiã, viri manibus propriis, femi-  
næ vero linteolo mundo, & seipsos communicabant: abiit autem & merito in-  
desuetudinem vsus.*
- 11** *Solis sacerdotibus licet Eucharistiã manibus tangere: quod in necessitatis duntaxat casu fas est laicis.*

- 12 Presbytero absente, licite potest diaconus Eucharistiam deferre, & ministrare infirmis.
- 13 Eucharistia e sacerdoti: manibus in. D. Catherinae Senensis os sepe deuolauit.  
Deus in rebus penitus illicitis miracula non facit.
- 14 Reliquias Eucharistiae, post sacram populi communionem in lintecolis remanentes, sacerdotes Graeci infantibus lambendas exhibebant.
- 15 Persecutionis tempore laici antiquitus eucharistiam, a sacerdote cōsecratam, manu propria accipiebant, domiq; seruabant, & sibi communicabant.  
Argumentum de tempore belli ad pestis tempus efficax est.  
Argumentum a fortiori optime procedit.
- 16 Disputatur, An laicus in extremae necessitatis cūctū possit eucharistiam ministrare?
- 17 Solius sacerdotis est eucharistiam consecrare.
- 18 Eucharistiae dispensatio ex officio ad sacerdotes pertinet.
- 19 Refellitur error asseuerantium vniuersos Christianos promiscue esse sacerdotes.
- 20 Referuntur de questione proposita opiniones, quaestioniq; respondetur.
- 21 Si eucharistia non posset ad domos pestiferorum deportari cū debitis reuerentia, et cultu, & absque vitæ parochorū, & cōcomitantium manifesto periculo, parochi non tenentur eam pestiferis deferre.
- 22 Eucharistia est ministranda debitis cultu, & reuerentia, etiam quando ad infirmos defertur.
- 23 Sancta Sancte administrari oportet.  
Christus in sacramēto eucharistiae non solum in figura, sed secundum veritatē continetur.
- 24 Multa cuiusari, & obseruari in missae celebratione praecipuntur.
- 25 Tempore pestis non est requirendus tantus apparatus, quantus exhiberi eucharistiae consuevit alio tempore non periculoso.
- 26 Pestis tēpore non sunt necessariæ tot solemnitates in illis, quæ sunt iuris positini, neq; etiam in sacramentorum administratione.
- 27 Multa propter necessitatem licite possunt praetermitti.
- 28 A tempore apostolorū vsque ad Syluestri Papæ sacra eucharistia ministrabatur non cum eis, quibus postea, pompa, & splendore.  
Argumentum de bello ad pestem efficax est.
- 29 Ratione temporis vel, loci ceremoniæ, & pompæ solennes augentur, minuunturve, etiam in diuinorum celebratione.  
Omnia tempus habent, Ecclesiasticis. 3.  
Vetera praecepta sapientium.
- 30 Quantus, & qualis apparatus, & cultus exterior sufficiat ad deferendam pestiferis eucharistiam.  
Væ soli.
- 31 Infirmi quale peccatum committant, communionem praetermittentes. nu. 31. & sequen.

- 33 *Paucor, & iugis mortis meditatio quid operentur.*  
*Quare David. 2. reg. c. finali e tribus malis selegit pestem.*
- 34 *Nemo a ministro peste infecto tenetur eucharistiam suscipere.*  
*Periculum mortis, aliaque minora impediunt sumptionem eucharistia.*  
*Argumenta a correlativis, & a fortiori valida sunt in iure.*
- 35 *Effectus eucharistiae per eius votum supplētur, quando propter aliquod legitimum*  
*impedimentum non potest sacrament aliter suscipi, cum explicatione nō vulgari.*
- 36 *Sacramenta baptis mi, & pœnitentiæ sunt pestiferis maxime necessaria, per easq̃*  
*eorum saluti spiritali sufficienter providetur.*
- 37 *Quid de aliis sacramentis dicendum sit, quæ non sunt tanta necessitatis, ut eucha-*  
*ristia,*
- 38 *Opus maximæ perfectionis, ac caritatis est, eucharistiam pestiferis ministrare, &*  
*alia tam animo, quam corpori proficua, cum manifesto etiam vitæ corpora-*  
*lis discrimine.*  
*Extra necessitatis articulum exponere se periculo mortis propter spiritalem*  
*proximi salutem, signum est maximæ perfectionis, & caritatis.*  
*Explicantur verba Christi apud Ioannem. 13. Maiorem hac caritatem nemo ha-*  
*bet, &c.*  
*Quanto aliquis intentius amatur, tanto facilius alia propter ipsam cotemuntur.*  
*Ex iis, que homo propter proximū contēnere potest, maximū est vita corporalis.*
- 39 *Facinus Pyladis, atque Orestis refertur.*
- 40 *Religiosi, & alij, qui tempore pestis parochos adiuvant, maximum perfectionis*  
*opus exercent.*  
*Quales se olim Christiani pestis tempore inter se inuicem gesserint, narratur ex-*  
*historia Alexandrina. nu. 41. ex vita sancti Rochi. nu. 42. ex vita sancti Ber-*  
*nardini. nu. 43. ex historia Florentina. nu. 44.*
- 45 *Consuetudo apud gentiles pestis tempore seruata. nu. 45. & 46.*

H 5

Para

## Pars tractatus tertia.

Vtrum parochi teneantur sacramen-  
tū eucharistiæ pestiferis ministrare?



1

Pro parte quæstionis affirmante argu-  
menta nonnulla formari possunt.

Primum. Quibuscunq; iure con-  
ceditur in mortis articulo sacramen-  
talis confessio, simul conceditur via-  
ticum. c. Quæsitum, 13. q. 2. & c. 2.  
de furt. & c. Super eo. de hæret. lib. 6.  
& c. Quod in te. de pœnit. & remiss.

& Clem. 1. iuncta glossa. de pœnit. & remiss. sed pestife-  
ris conceditur iure & diuino, & humano sacramentalis  
confessio: imo necessario debent parochi eorum cōfessio-  
nes audire, vel periculo sibi mortis imminente, quod parte  
2. enuntiatione. 9. firmatum fuit: ergo iisdem quoque te-  
nentur eucharistiam exhibere.

Secundum. Parochi ex officio debent ea saltem sacra-  
menta pestiferis ministrare, quæ ipsi tali statu tenentur sus-  
cipere, vt parte secunda. nu. 23. tradidimus, sed pestiferi,  
vt pote in mortis articulo cōstituti, astringuntur cōmuni-  
care secundum communem doctorum sententiam: igitur.

2

Tertium. Parochi sunt obligati ea saltem sacramenta  
pestiferis suppeditare, quæ ad animi salutem sunt simplici-  
ter necessaria, vt parte secunda nu. 23. & 24. ostendimus:  
sed tale est sacramentum eucharistiæ iuxta Christi doctri-  
nam apud Ioannem. 6. Amen amen dico vobis, nisi mandu-  
caueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinē,  
non habebitis vitam in vobis, & c. ergo.

3

Quartum. Sacramentum eucharistiæ conferre potest  
primam gratiam, & ex peccatore iustum facere, vt docet  
diuus Cyrillus Alexandrinus super Ioan. lib. 4. c. 12. hisce

ver

verbis. Caro Christi ex sua natura viuificās est, ac propterea participantēs hęc caro viuificat: eiicit enim mortem ab eis, & interitū penitus expellit. Idemque fere docet. c. 15. & 16. eiusdem libri, & in epist. ad Colosyrium episcopum Arsinoitam. Atq; diuus Augustinus in quodam sermone quadragesimali ait. Sacramentum eucharistię non solum cibatur, quos reperit viuos, sed etiam viuificat mortuos. Quorum doctrinam plures scholarum doctores sequentes, vsu sæpe euenire posse, affirmant, vt defectu eucharistię animus eius periret, qui alioquin saluus fieret. Quia per eam potest homo suscipere gratiam, quam non receperat ex pœnitentia, quod subtiliter notauit Dominicus a Soto in. 4. sent. lib. d. 12. q. 1. artic. 11. dubio ultimo: igitur.

### Primum enuntiatum.

- 4 **S**I cum ea, quę tanto sacramento debetur reuerentia, & absq; vitę proprię probabili periculo posset parochus sacramentū eucharistię pestiferis ministrare, teneretur quidem tum ratione officij, tum propter rationes prædictas, & alias, quas vtpote non necessarias in re minime dubia adducere prætermitto.
- 5 Ex hoc enūtiato consequitur prælatos debere sane tempore pestis periculossimo procurare, vt saltē in nolo chomio, seu hospitali peste infectorum sacramentum eucharistię ministretur per fenestram paruulam instar sanctimomialium, vel alio conuenientiori modo: ita vt cultus tanto sacramēto debitus interueniat, & periculum manifestum vitę ministrorum euitetur.
- 6 Et quanquam nemini regulariter licet, nisi sacerdoti, missam celebranti, seipsum communicare, cæterum Caietanus in summa. v. Communio. c. Minister communionis sacramentalis, censet, in necessitatis articulo licere sacerdoti, non celebranti, seipsum communicare. Vt si sacerdos peste laboret, & alij timeant ad eum accedere, qui tamen



ei deferrent corpus Christi ad locum propinquum. Cuius sententiam approbat summa Armilla. v. Communio. nu. 8. Et pestis tempore crudelissimæ, sacerdotes plures deuorantis, forsitan liceret, vt parochi eucharistiam pestiferis tanæ mentis ministrēt in nosochomiis per fenestrenulā capellæ, aspirantem ægrotantium dormitorio, deponētes in altari eadem in fenestella decētissime ornato eucharistiam subter corporalibus candidis in capsella, capeduncula ve argētea, vnde pestiferi lingua<sup>a</sup>, non manibus possint eam accipere, & sibi communicare, sacerdotibus longe obseruantibus, ne pestiferus eam indebite sumat. Verum enim in hoc nolo tradere nouum communicandi modum: sed cautelam duntaxat indico, quæ pestis tempore, omnia vastantis, forsitam a doctis, expertisque prælatis, dum congruentiorem nō inuenerint, expediens iudicabitur: prout iudicata fuit a piissimis, prudētissimisque præsulibus, quibus eam quondam in scriptis tradidi & Romæ<sup>b</sup>, & Bononiæ<sup>c</sup>, peste vicinas sibi Italiæ partes grassante. Præsentaneum enim pestis periculum fecit tunc, vt gratia illud subterfugiendi aliquam excogitarem cautelam. Nam

*Cautelam erudi reddat magistra necessitas.*

Quod si quis super hisce rebus velit odiosius digladiari, me certe cōcertatorem non est habiturus. Ego quid sententiam simpliciter indicaui, libēter in diuersam iēturus sententiā, si quis docuerit meliora.

Quæ hanc cautelam honestant, sunt. Primum, quia eadem videtur de laicis bene dispositis ratio, & de sacerdotibus non celebrantibus, quibus Caietanus, & summa Armilla pluris quicquam concedunt: præsertim si laici eucharistiā manibus non attingant, sed sola lingua, vt supra aduertimus.

Secundum. Historia, quæ refertur 1. libr. Reg. c. 21. vbi in necessitate permisit Achimalech sacerdos Dauidi, & sociis eius tangere, & comedere panes<sup>d</sup> propositiōnis, quos solis sacerdotibus fas erat tangere, & manducare. *Leui. 24.*

Tertiū

7 Tertium. Nam quod non est licitum de iure, necessitas facit licitum ext. de regu. iuris. c. Quod non est licitum.

8 Quartum. Quoniam non est de essentialibus sacramenti eucharistiæ, ut communicatus eam suscipiat manibus sacerdotis, sed postquam consecrata est a sacerdote, ad solemnia sacramenti pertinet hic ministrandi modus. Quæ admodum igitur ingruente peste, possunt nonnulla baptismi solemnia prætermitti in eius administratione, ut. p. 2. n. 19. tradidimus, ita fortassis in casu eucharistiæ, de quo loquimur.

9 Quintum. Quod dum confessarius confessiones pestiferorum audit, permittitur propter infectionis periculū, ut longe audiat, modo non sint circumstantes, qui audire confessiones possunt: cui similis est casus eucharistiæ noster.

10 Sextum. Etenim antiquitus fideles accipiebant sacramentum eucharistiæ, viri manibus propriis, foeminae vero linteolo mundo, quod dominicale appellabatur, & se ipsos communicabant, ut clarissime ex doctrina subscriptorum doctorum deprehenditur, Eusebij ecclesi. histo. lib. 6. c. 33. & 34. & 36. Dionysij Alexand. in epist. ad Fabium Antiochen. diui Cipriani serm. 5. de lapsis, diui Chrysostomi lib. 3. de sacerdotio, diui Augustini de tēpore serm. 252. & li. 50. homiliarū homilia. 26. cuius verba referuntur, c. Interrogo. 1. q. 1. Bedæ lib. 4. Anglicæ histo. cōcilij Antisiodorēsis. c. 36. & 39. diui Ambrosij in oratione funebri de excessu fratris sui Satyri, diui Basilij magni in epi. ad Cæsariam patriliā, quæ etsi Græce extat, refertur tamē sermone Latino a Petro Canisio. p. 2. catechismi de sacram. ecclesiæ c. 8. n. 4. hisce verbis. Illud autem in persecutionis temporibus necessitate cogi quempiam, non præsentem sacerdote, aut ministro, id est, diacono, communionem propria manu sumere, nequaquam esse graue, superuacaneum est demonstrare: propterea quod longa cōsuetudine hoc ipso rerum usu confirmatum est. Omnes enim in eremis, & solitariam vitam agentes, ubi non est sacerdos, communionem domi  
seruan-

feruantes, a se ipsis communicant. In Alexandria & vero, & Ægypto<sup>h</sup> vnusquisque eorum, qui sunt de populo, vt plurimum habet communionem in domo sua. Semel enim sacerdote consecrante sacrificium, & distribuyente, merito participare, & suscipere, credere oportet. Etenim vt in ecclesia sacerdos dat partem, & accipit eam is, qui suscipit cum omni libertate, & ipsam admouet ori propria manu. Hæc magnus Basilius. Huius consuetudinis, quæ merito multis abhinc retro annis ab aula diceffit, in qualem, qualem cautelæ nostræ confirmationem meminimus.

**II** Septimum. Nanque diuus Thomas theologorum scholasticorum coryphæus. 3. p. q. 82. art. 8. quanquam nemini, nisi sacerdoti, licet eucharistiam tangere, concedit tamen laicis, vt, si eucharistia in terram cadat, possint eam, sacerdote absente, leuare: atq; idem permittit in quocunq; alio necessitatis euentu. Quod si verum est, (vt est certe) quare non licebit pestiferis in casu supra figurato non manibus, sed lingua eucharistiam accipere, & sibi communicare?

**12** Octauum. Presbytero absente, vel non valente, licite potest diaconus eucharistiam deferre, & ministrare infirmis, quanuis non habeat manus consecratas, prout ad controuersandam eucharistiã requiruntur ex diui Thomæ doctrina in 4. sent. lib. d. 13. q. 1. art. 3. quæstiun. 2. & Paludani eadē d. & Syluestri, v. Eucharistia. 3. n. 5. & Dominici a Soto in 4. sent. lib. d. 13. q. 1. art. 3. licebit ergo pestifero, vt lingua, non manibus, eucharistiam, sibi a sacerdote in locum propinquum delatam, accipiat, ipso sacerdote non longe prospiciente, vt supra cauimus.

**13** Nonum. In historia diuæ Catherinæ<sup>i</sup> Senensis refertur, eucharistiam e sacerdotis manibus in eiusdem Catherinæ os sepe deuolasse: at Deus<sup>l</sup>, miraculorū autor, in rebus penit<sup>o</sup> illicitis miracula nō patrasset: igitur licita existimari potest cautela nostra superius tradita, dū ministris lethale imminet periculum.

**14** Decimū. Reliquias sacramētales, quæ post sacrā populi cōmunionem in linteo lis remanebāt, sacerdotes ecclesiæ

Græcæ infantibus lambendas exhibebant, vt diuersæ commemorant historiæ: atq; ego ipse sæpe sæpius vidi sacerdotes & regulares, & seculares exhibere in ecclesia Latina patenam, & pixidem cum sacramenti reliquiis lambendas ipsi communicantibus: illicitam ergo reputare non debemus cautelam nostram, quæ huic adeo similis est, vt neq; lacti, neq; aqua<sup>m</sup> aquæ, neq; apes<sup>n</sup> apû similiores sint.

15 Vndecimo. Persecutionis tempore laicis antiquitus licuisse, eucharistiam, a sacerdote consecratam, manu propria accipere, domiq; seruare, & sibi communicare, plurimorum demonstrat testimoniiis Claudius Spenceus de adoratione eucharistiæ lib. 2. c. 6. Quod si persecutionis tempore id licitum antiquitus fuit, quia propter tyrannorum metum in ecclesiam non poterant Christicolæ conuenire, licitum quoq; reputare debemus, vt pestis tempore periculosissimo sacerdotes eucharistiã pestiferis administrarent, quemadmodum supra cauimus. Nam de tempore belli ad tempus pestis argumentum deductum efficacissimum est, vt in superioribus multoties docuimus, & a fortiori procedit in casu nostro argumentum.

16 Ultimo. Iuris pontificij professores disputât, An laicus in extremæ necessitatis euentu possit eucharistiam ministrare?

17 Eucharistiæ consecrationem solius sacerdotis esse, neminem eorum latet. Est enim ita decretum in conc. Late. sub Innocen. 3. & habetur. c. Firmiter. de summa Trinit. & fide cath. & iterum in conc. Florent. decreto super vnione Iacobi, & Armeniorû. Docet Isidorus Hispalensis in epist. ad Ludrifredum, cuius verba referuntur. c. Perlectis. d. 25. Demonstrant diuus Thomas. 3. p. q. 82 art. 1. & sententiarum magister cum scholarum doctoribus in. 4. sent. lib. d. 13. Atq; omnes catholici id vnanimiter confitentur.

18 Præterea ipsi iuris canonici doctores non ignorât, eiusdem eucharistiæ dispensationem ad sacerdotes ex officio pertinere, prout decisum est synodo Rhemensi. c. 2. cuius verba referuntur. c. Peruenit. de consecrat. d. 2. & item concilio

cilio Latera. citato .c. 21. cuius verba transcripta sunt. c. Omnisvtriusq; de poenit. & remiss. & demum cōci. Trid. sess. 13. c. 8. de vsu admirabili huius sacramenti. Tradit diuus Thomas. 3. p. q. 82. art. 3. & in officio festiuitatis corporis Christi, vbi catholica ecclesia canit.

*Eius officium committi voluit  
Solis presbyteris, quibus sic congruit,  
Ut sumant, & dent ceteris.*

19. Sciunt deinde iuris pōtificij interpretes, q̄ Vvicleph, & Lutherus, eius in erroribus successor, contendebant, vniuersos Christianos promiscue esse sacerdotes, & posse Christi corpus consecrare, & sibi, ac aliis communicare. Contra quam heresim copiose scripserunt Thomas Vvaldensis. tomo 2. de sacram. c. 7. & 28. & Iodocus Clithoueus lib. 2. de off. missæ per. 7. prima capitula, atque alij theologo- girecentiores.

20. At quanuis hæc omnia apud ipsos sint in confesso, inquirunt nihilominus; An laicus, absentibus sacerdote, & diacono, possit eucharistiã, a sacerdote iam consecratam, infirmo, in extrema necessitate existenti, & bene præparato exhibere? Et glo. vltima in. c. Peruenit. de cōsec. d. 2. & Innoce. in. c. Quanto. de consue. n. 1. & Henricus Boich. in. c. Decernimus. n. 3. de iudiciis, vbi pro sua sentētia citat Bernardum glossatorem, & Hostiensem, & Compostellanum, Ioanes de Imola quoq; in. c. Quanto. citato. nu. 17. vbi affirmat sententiam Innocentij iuris pontificij professoribus esse communem, tenent partē quæstionis affirmantem. Panormitanus vero in. c. Quanto citato. nu. 12. post Collectariũ, & Syluester. v. Eucharistia. 3. n. 5. oppositam defendunt: qui potius Sotus in. 4. sent. lib. d. 13. q. 1. art. 3. appellat opinionē Henrici, & Imolensis intolerabilem. Quæ non esset adeo detestanda, si ita intelligeretur, vt laicus bene præparatus in extrema necessitate, absentibus sacerdote, & diacono, eucharistiã a sacerdote consecratã, non tangendo manibus, sed sola lingua reuerenter, ac deuote susciperet, ac sibi communicaret. Quod equidem In-  
nocen

nocētius, & reliqui, ei adhærētes, in specie cōcedunt, atq; magnus ille Basilius, cuius sententiā supra retulimus: & neq; Panorm. neq; Sotus, aut Syluester reprobāt. Sed quanuis sic explicita, & declarata Henrici, & Imolēsis opinio reiiciatur, (qua de re minime contendo) adhuc casus noster longe diuersus est. Quippe in eo sacerdos eucharistiā dispensat, & ministrat, & est præsens, dum pestifer<sup>9</sup> eam sola lingua accipit: sed longe ne inficiatur. Si cui autem non probatur nōstrum iudicium, non habet tamen, quod nobis indignetur. Nā per me licebit, vt suo quisq; iudicio fruatur. Non enim pro libidine animi nōstri de rebus hisce pronuntiamus, sed solum iuuandi studio commoti.

### Secundum enuntiatum.

21 **S**I eucharistia non posset ad domos pestiferorū deportari cum debita reuerentia, & cultu, & absq; vitæ parochorum, & concomitantium manifesto periculo, arbitror, parochos non teneri, eam pestiferis deferre.

22 Eucharistiā non esse ministrandā absq; debitis cultu, & reuerentia, probatur primū. c. Sane. de celebr. miss. vbi Honorius. 3. ait. Eucharistiam in decenti habitu, superposito mundo velamine, sacerdos ferat, & referat ad infirmū manifeste, ac honorifice ante pectus cum omni reuerentia, & timore, semper lumine præcedente, cum sit candor lucis æternæ, vt ex hoc apud omnes fides, & deuotio augeatur. Iterum idē confirmatur illis cōcilij Tridentini verbis sess. 13. can. 7. Qui dixerit nō licere, sacrā eucharistiam ad infirmos honorifice deferri, anathema<sup>9</sup> sit. Ex quibus, argumento a contrario sensu, colligitur, eucharistiā absq; debitis reuerentia, & cultu, ad infirmos non esse deferendam.

23 Id ipsum deprehenditur ex alio eiusdē concilij loco sess. 22. cap. 4. de doctrina sacrificij missæ, vbi hæc verba inserta sunt. Sancta sancte administrari conuenit. Vnde cū Christus in sacramēto eucharistiæ nō solū in figura, sed secundū veritatē cōtineatur con. Trid. sess. 13. c. 1. & can. 1. honorifice sane tā admirabile sacramentū ministrari oportet.

- 24 Ultimo corroboratur ex multis, quæ cuitari, & obseruari in missæ celebratione præcipiuntur conc. Trident. sess. 22. post canones immediate eiusdem sessionis.
- 25 Verum enim etsi honorifice sacrosancta eucharistia debeat ministrari, at tempore pestis non est requirendus tantus apparatus, quantus exhiberi eucharistiæ, cõsuevit alio tempore non periculoso.
- 26 Primum quod pestis tẽpore non sunt necessariae tot solemnitates in illis, quæ iuris positiui sunt, vt ostendit Ripa in tract. de peste: neq; etiam in sacramentorum administratione. Clem. vnica. de Bapt. & eius effectu.
- 27 Iterum quia multa propter necessitatem licite possunt prætermitti. c. Quod non est licitum. de reg. iuris.
- 28 Tertio quoniã a tempore apostolorũ vsq; ad Syluestri papæ, Constantiniq; imperatoris, quousq; ecclesia crebro tyrãnorum persecutionibus vexata fuit, sacra eucharistia ministrabatur non cum eis, quibus postea, reddita ecclesie tranquillitate, põpa, & splendore. Et argumentum de bello ad pestem efficax est, vt sæpe ostendimus.
- 29 Ultimo nam quando vel noctu infirmis, vel rure agricolis & ægrotis eucharistia defertur, non solet interesse tãtus apparatus, quantus alio vel tẽpore, vel loco. Ratione enim temporis, lociue cõmunionis, & pompæ solemnes augentur, aut minuuntur etiam in diuinorum celebratione. Sua nanque cuique rei tempestiuitas. Et alia æstiuo, atque hyberno tempore fiũt. Et vetera præcepta sapientũ sunt, quæ Cicero lib. de finibus. 3. commemorat, tempori parere, & sequi Deum, & se noscere, & nihil nimis.
- 30 Si autem quis roget, quãtus, & qualis apparatus, & cultus exterior sufficiat ad deferendã pestiferis eucharistiam? Sic adrogatum respondeo: Absque lumine, & ministro sacerdos non debet illam deferre. Non absque lumine, iuxta illud Leuit. 6. Ignis in altari meo semper ardebit. Quod quidem confirmatur c. Sane, & c. fin. de celeb. missa Non absq; ministro iuxta illud Ecclesiast. 0. 4. Væ soli, qui cum ceciderit, non habet subleuantẽ se. Quod quidem nostro propo-

proposito adaptatur in. c. Ut illud. de conf. d. 1. Ad rem faciunt. c. Sequens. & c. Hoc quoque statutum. eadē. d. & adagium, Vnus vir, nullus vir. Sacerdos itaque decente habitu indutus, & saltem superpellice, & stola ornatus, eucharistia in pyxide inclusa, velamine mundo cooperta, lumine sub latetna præcedente, ne si vnicum tantum fuerit extinguatur, cum altero saltem ministro procedere potest ad domum, vel locum, vbi iacet peltiferus. Reliqua loci ordinarius, omnibus circumspectis, & discrete ponderatis, prouide disponet secundum tempus, locum, personas, periculum, cæteraque occurrentia.

**31** Sacramentum vero eucharistiæ non esse ministrandum cum manifesto vitæ sacerdotis periculo, affirmat Ioannes Tabiensis. v. Episcopus. nu. 5. conclusione. 4. cui aduersatur doctor Nauarrus in manu. c. 25. nu. 133. Sententia autem Tabiensis, & nostra confirmatur primū ex doctrina Syluestri. v. Eucharistia. 3. §. x. quo ibi asserit, nō esse peccatum mortale, ex negligentia in articulo mortis non sumere eucharistiam. Quæ Syluestri doctrinam approbant Martinus a Ledesma in. 4. sent. lib. q. 21. art. 11. dub. vlt. & Thomas a Chaves in sacrā. summa ex doctrina Francisci a Victoria compilata. q. 86.

**32** Secundo ex doctrina Caietani in summa. v. Communio, vbi inquit. In mortis articulo tenetur quisque fidelis communicare de ecclesiæ consuetudine: & qui sine rationabili causa absque viatico recedit, peccat, non tamen mortaliter, secluso contemptu. Quia viaticum non est sacramentum absolute necessitatis, quoniam sine illo poenitentia sufficit. Est enim necessarium viaticum, sicut equus ad iter: & non sicut nauis ad transeundum mare. Hæc Caietanus, cui consentiunt Martinus a Ledesma in. 4. sent. libr. quæst. 21. art. 11. dub. finali. & summa Armilla. v. Communio. num. 4.

**33** Tertio ex doctrina Paludani in. 4. sen. lib. d. 9. q. 1. vbi ait. Infirmus, qui paulo ante in sanitate eucharistiæ sacramentū sumpsit, non tenetur in mortis articulo iterato sumere.



Cuius doctrinam approbat Martinus a Ledesina vbi supra. Pestis autem tempore, dum sani sunt, crebro solent & confiteri, & communicare Christicolæ Niniitarum<sup>7</sup> instar, qui, audito communis, & proximi interitus præconio, poenitentiam egerunt Ionæ. 3. Pauore enim mortis, vt ait diuus Cyprianus serm. de mortali. acceduntur tepidi, constringuntur remissi, excitantur ignaui. Et diuus Hieronymus. Qui quotidie recordatur, se esse moriturum, contemnit præsentia, & ad futura festinat. Et diuus Augustinus lib. 1. de doctri. Christia. Timor mortis instantis mentem necessario concutit, & quasi clauus omnes carnis motus, superbiæq; ligno crucis<sup>2</sup> affigit. Quã ob rē propheta rex, quum ei e tribus malis vnum indixerit Gad. ex ore Dei, e quibus, quod vellet, eligeret, aut famem, aut bellum, aut pestem, hanc selegit. 2. regum. c. fin. Nam quanquam corporibus magis nocet, animis vero frequenter prodest iuxta illud psalmi. 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea adcelerauerunt. Tempore nimirum pestis corpora si intereunt, crebro animi reuiuiscunt: cuius contrarium sæpe accidit cum belli, tū & maxime famis tempore. Quod nimirum vbi, & quandiu vel bellum geritur, vel fames viget, ibi, & tandiu plurima, & grauissima committuntur crimina. Nam propter necessarium victum omnia sibi licere homines putant: & belli tempore nullum non perpetratur nefas. At pestilentia grassante, & si plures moriantur, a peccatis tamen homines plurimum abstinent. Cæterum hæc concionatoribus relinquamus.

34 **Qu**irto confirmatur: quia nemo a ministro, peste infecto, tenetur eucharistiã suscipere: qui potius multo minora, quam periculũ mortis, impediunt eius sumptionem, vt nocturna pollutio, cib<sup>8</sup>, vel potus eodẽ die præsumptus, vomitus, defectus discretionis, & alia si quæ sunt huiusmodi. Vnde argumenta a correlatiuis, & a fortiori desumpto, periculũ mortis, ministro imminens, videtur ipsum excusare ab eucharistiæ administratione.

35 **Qu**into: quod effectus huius sacramenti per eius votum  
suppletur

suppletur, quādo propter aliquod legitimū impedimētum non potest sacramentaliter suscipi. Sed est aduertendum, quodcunq; nouæ legis sacramentum ex opere operato, id est, virtute ipsius sacramēti, atq; ex eo quod realiter suscipitur, aliquem gratiæ gradū conferre, qui absq; eius reali susceptione non confertur. Quamobrem pro voluntate efficaci suscipiendi eucharistiam non datur tanta gratia, quanta pro reali susceptione, neque gratia prima, si homo, quādo exoptat eucharistiam suscipere, gratia caret. Consulto Ricardum de Mediav. in. 4. sen. lib. d. 1. art. 4. q. 1. ad 2. arg. & Dominicum a Soto in eodem lib. d. 3. q. vnica. arti. 11. vbi de baptismis sanguinis, & flaminis similia docet.

36 Sexto, corroboratur enuntiātū: quia salutis spirituali pestiferorū per sacramēta baptismi, & pœnitentiæ sufficēter prouideretur, vt patebit infra ex argumentorum responsis.

Septimo. Etenim cū hoc sacramētū honorifice ad infirmos sit deferendum, vt superius ostēdimus: atq; difficile possint ministri absq; eminēte vitæ periculo illud ad singulas pestiferorum domos honorifice deferre: ne administrationi sacramēti baptismi, & pœnitentiæ, quæ sunt maxime necessaria, deficient, permittendū est, vt alia, quæ tātæ necessitatis non sunt, prætermittant, si absq; manifesto vitæ periculo administrari nequeunt. Facit ad rem. c. Vt constitueretur. d. 50. sententia præfata nostra inferius inter soluenda argumenta magis, ac magis confirmabitur.

37 Ex secundo enuntiato nostro, & eius confirmationibus quibus hominū depræhendere, atq; deducere facile poterit, quid de aliis sacramentis dicendum esset, quæ nō sunt tantæ necessitatis, vt eucharistia.

38 Sed vnum illud perpetuo memoriæ<sup>aa</sup> mandandum est, cordibus q; <sup>bb</sup> imprimendum, nimirū quanuis parochi non teneantur sacramentum eucharistiæ, & alia, quæ sunt minoris necessitatis, pestiferis cum manifesto vitæ propriæ periculo ministrare, cæterum si ad id ipsi sponte ex caritate se offerant, signū erit maxime perfectionis. Quia etiam extra necessitatis articulum, & in his, ad quæ homo nō re-

netur, exponere se periculo mortis propter spiritualē proximi salutē, est maximæ caritatis iuxta illud Christi apud Ioan. 15. Maiorem hac dilectionē nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Nam quanto aliquis intentius amatur, tanto facilius alia propter ipsum contemnantur: ex his autem, quæ homo propter proximum contemnere potest, maximum est vita corporalis, nihil enim est vita neq; iocundius, neq; carius, neq; pretiosius: atque ideo vltra hunc gradum, vt quis propriam vitam pro salute spirituali proximi exponat, dilectio proximi extēdi non potest: maxime si etiam extra necessitatis articulum id ipsum faciat.

39 Est quispiam, qui non maximis efferat laudibus facinus Pyladis, atq; Orestis? Qui cum venissent in regionem Tauricam, essentque a rege comprehensi, quod simulacrū Palladis inde auferre voluissent: rex Orestē, quem audierat esse autorem furti, damnauit capitis. Cum vero nesciret, vter esset Orestes: Pylades eum se esse affirmabat, contendebatq; vt pro socio interficeretur. Orestes vero volebat irrogari sibi supplicium, nomen suum accusans, & furtum. Si ergo hi laudandi sunt, vt Cice. lib. de amicitia contēdit, multo magis digni sunt laudibus, qui pro salute proximi spirituali vitam corporalē propriam negligunt. Suffragantur diuus Thomas .2.2.q.26.art.5. & in opus. 18.c. 14. Tabiensis. v. Episcopus nu. 5. conclus. 7. Dominicus a Soto de ius. & iure lib. 5. q. 1. art. 6. glossa sacrorū bibliorū ordinaria super illis verbis. 2. Corin. 12. Ego autem libentissime impendam, & super impendar ego ipse pro animabus vestris, cæteri q; theologi.

40 Quamobrem religiosi, & alij, qui tempore pestis parochos adiuuant, visitando, & consolando pestiferos, eisque spiritualia ministrando, maximum perfectionis opus exercēt, vt Caietanus deducit ex doctrina diui Thomæ. 2.2.q. 26.art. 5. & Franciscus a Victoria late ostendit in relect. de homicidio. Et quo plures ad id ipsum hisce tēporibus excitētur, non abs re fere puto narrare subscriptas historias.

Quales

41 Quales se olim Christiani pestis tempore inuicem gesserint, scribit Dionysius Alexandrinus, qui tempore Galieni imperatoris floruit, in epistola paschali, quam referunt Eusebius lib. 7 ecclesiast. histor. c. 20. & Nizephorus libro. 6. c. 20. In qua epistola, post quam Dionysius narrauit crudelissimam pestem, quae Alexandriam suo tempore grassata est, describit. Plurimi itaque fratres pro excellentissimo amore, & fraternam<sup>ad</sup> caritate sibi ipsi non parcetes, & inuicem animis depedentes, sine metu omni egrotos visitarunt, & magno studio, & cura illis in Christo inservientes, vna cum illis mortui sunt, per quam libenter aliorum dolore se ipsos implentes, morbumque proximorum in se pertrahentes, ac non grauate cruciatus deuorantes. Multi curantes, atque confirmantes alios, ipsi decesserunt, mortem illorum in se ipsos transferentes. Ita vulgatum illud verbum, quod comitatus solius, ac beneuolentiae semper visum est, factis tunc adimplerunt, dum ad eum modum decedentes, se peripsema omnium declararunt. Hoc pacto, optimi apud nos fratres, presbyteri etiam quidam, & diaconi, & ex plebe laudatissimi quique ex hac vita emigrarunt. Vt iam id genus mortis pietate multa, & fide roboratum, non multum videretur abesse a martyrio. Sanctorum vero cadauera illi supinis manibus & sinu excipere, oculos repurgare, ora claudere, in humeros tollere, componere, ad se applicare, complecti, lauare, vestibibus funeralibus exornare solebant, &c.

42 Ex D. Rochi vita, quae Italo sermone circunfertur, subscripta transtuli sermone Latino. S. Rochus natione Francus ex genere nobilissimo, relicto Monte Pefullano, patria sua per Aquam Pendentem transiens, vbi pestis cum ingenti hominum clade inualefcebat, caritate flagrans infectorum nosochomium inuisit: ibique; alloquens hospitalis moderatorem, ab eo humiliter, instanterque efflagitauit, vt ad seruiendum infectis admitteretur. Quem moderator aspiciens adulescentem, pulchrum, facieque regalem, cum propter laborum difficultates, tum propter periculum imminens benignè petita ei dissuadebat. Cui Rochus replicauit, volent:

omnia esse facillima. Deumq; amanti cuncta sæua, atque ipsam mortē propter ipsum esse suauia: atque vbi maiorem laborem, maiusq; periculum quisquam omnium subit, longe inde maius a Deo expectare præmium. Vita, aiebat, nostra militia est, in cuius fine nullus, nisi qui legitime certauerit, coronabitur. Non qui remanēt, sed qui ciuitatis muros ascendunt, laureolam adipiscuntur. Omnia mundi delectabilia despiciere parum est, nisi & Christianus miles propriam vitam propter Christū, proximoq; contemnat, &c. Tandem fuit ad infectorum curam exceptus. Quibus ipse non solum diligentia, humilitate, & caritate, ministrabat: sed etiam oratione, signoq; crucis medebatur. Ex inde rediit senas, peruenitq; urbem, atq; vtrobiq; similia patrauit. Tunc enim totam fere Italiam pestis grassabatur. In regressu cum Placentiæ infectorum curā in hospitali ageret, ipse quoq; infectus est: sed Dei adminiculo euasit, &c. Obiit D. Rochus anno Domini. 1317. ad cuius latus reperta est tabella, cui inscriptum erat: Peste laborantes, ad Rochi patrocinium confugientes, cōtagionem illam truculentissimam euasuros, significo.

**63** Ex D. Bernardini Senēsis vita apud Laurentiū Surium tom. 3. sæuiente illa peste terribili, & generali, anno salutis millesimo quadringentesimo, in quem incidit Iubileus, innumeri peregrini, Romam euntes, atq; inde redeuntes ad celeberrimam illam toto orbe Christiano domū, hospitalē beatissimæ Mariæ virginis, quæ Senis est, & dela Scala dicitur, confluxere: augebaturque valde numerus ægrotorum, e quibus plurimi moriebantur, ita vt tribus mēsis, & dimidio quotidie amplius duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, interdū octodecim, vel etiam viginti, e vita decederent. Præter quos ex eiusdem domus familia obierunt fratres viginti duo, octodecim fœminæ pauperibus mulieribus inseruientes, nouem sacerdotes, quinque clerici, septem pharmacopolæ, qui morbidis medicamēta parabant, pueri triginta sex, in ea domo enutriti, & famuli sexaginta, ægrotorum ministeriis deputati. Cum autem

tam multi illis & morbo correpti iacerent, & e vita abirēt, locus ille propter foetorem intollerabilē omnibus inspe-  
ctantibus horrore erat, nec quisquam fere reperiri potuit, qui quanuis magna proposita mercede, egrotantibus illis inferuire vellet. Ita fiebat, vt tunc vel maxime locus ille necessaria ministrorum opera destitutus esset, cum maior incumberet necessitas. Magister quidē & gubernator domus illius Ioānes Laudaronus erat vir optimus, multa beneuolētia, & caritate præditus, & quem, nemo dubitaret, virginem esse: & licet senio grauaretur, non cessabat tamen pro viribus præstare, quicquid posset. Sed cum ignem pestiferum iam omnia vastantem cerneret, valde affligebatur, metuens idoneos ministros neque pecunia, <sup>et</sup> licet larga esset manus, posse comparari, quod nemo pestis contagionem non reformidet. Rogabat ergo Deum, & beatissimam virginem, domus eius conseruatricem, vt pauperibus ministri mitterentur. Itaque piissimus Deus excitat Bernardini animum, qui iam fere vicesimum agebat ætatis annum, vt in illa piissima domo ægrotorum & pauperum ministerium suscipiat. Vt vidit enim summā necessitatem, maximo incitatus zelo, pestiferā cōtagionē nihil metuēs, imo vero etiam vltro morti se offerre cupiens, modo posset Christo gratū exhibere in eius pauperibus seruitium, multis hebdomadibus ægrotis illis accuratissime, & officiosissime ministravit. Cernēs autē ad tantā morbidorum multitudinē sufficere nō posse tam paucos ministros, duodecim religiosos, & pios adulescētes ad se vocat: hortatur illos, velint vna cū ipso curare pauperes Christi: dicit, eos, qui pauperi seruiunt, ipsi Christo seruire: etsi tali occasione decedāt e vita, pro Christo eos mori: nihil vero homini Christiano debere esse antiquius, & optatius quā Christi causa vitā suā profunderē, cū ille suā nostra causa profunderit. Deinde addit: sumus oēs fratres: Deus sua ope aderit nobis. Videtis fratres ignē accesum esse, iā pene orbis illo cōflagrat, securis arbori admota est falx, messem sollicitat: quid nobis de vitæ nostræ prorogatiōe polliceri possumus,

cum & alios quotidie videamus mori, & plerosque etiam  
intimos sodales propemodum ante exire e corpore, quam  
morbo correpti videantur? Nos si in his caritatis officiis  
obierimus, ad Dominum euolabimus. Sin autem supersti-  
tes manserimus, quo ad victuri sumus, semper letabimur,  
nos Deo nostro in eius pauperibus hæc officia præstitisse,  
memores sententiæ illius: Nullum opus bonum apud Deum  
sua carere mercede, vel irremuneratum abire. Siue igitur  
uiuamus, siue moriamur, non possumus Deo seruiendo non  
lucrari. His Bernardini persuasionibus allecti adolescen-  
tes, in eius mox sententiã ierunt, e quibus sane hodie non-  
nulli supersunt: cūque essent cōfessi sua peccata, & sacram  
eucharistiã sumpfissent, ita Bernardino consulente, iucun-  
dis animis, & magno feruore curam ægrotorum cum Ber-  
nardino ipsorum magistro, & capite, suscipiūt. Porro ho-  
spitalis domus moderator statim totius pene domus cla-  
ues tradidit Bernardino, cōmisitq; ei munus morbidos, &  
peregrinos aduentantes curandi, & omnes fere elemosy-  
nas distribuendi, adeo vt propemodum pro sua voluntate  
omnia disponderet, ac dispēsaret, perinde ac si ipse eiusdem  
domus Dominus esset. Eius autē, & sociorū feruor, & ca-  
ritas suo exemplo per multos alios ciues, & adolescentes  
inuicauit, ac permouit ad seruiendum morbidis illis, licet  
non pauci ex illis e vita decederēt. Itaque Bernardinus ca-  
ritate feruens, domum illam ita moderatus est, vt officia,  
ministeria, exercitia, laborum vices pro ratione loci, tem-  
poris, & personarum opportune, & congruēter distribu-  
erit. Dabat vero operā, vt quoad eius fieri posset, ipse sem-  
per omnibus corā adesset. Adstabat diu, noctuq; ægrotan-  
tibus, pharmaca parabat, cibos pro singulorum qualitate  
porrigebat, sordes omnes in illis necessario ferendas, ipse  
ante omnes sua voluntate amouendas suscipiebat: non la-  
bore, non vigiliis, non intolerādis fœtoribus, non in com-  
modis ullis frāgebatur: sed ea semper alacritate, & spiritus  
uiuacitate illis seruebat, ac si vel parentes, vel fratres, aut  
filij eius essent. Neq; id sane mirum. Cum enim Dei amor  
horum

horum omnium faciendorum, ac perpetiendorum præcipua ei esset ratio, Deo utiq; seruebat, qui patre, fratre, liberis omnibus potior nobis esse debet. Ægrotis ex animo condolebat, adeo ut etiam cum illis vna ploraret: interdum vero etiam ridebat, canebat, blandiebatur, talemq; se illis exhibebat, quemadmodum pro illorum consolatione expedire putabat. Nihil autem fere illius caritati satis ad vota ab illis curatum videbatur, nisi omnia ipse vidisset, & contractasset. Cum erant ex hac vita migraturi, sacramenta, ut illis porrigerentur, effecit. Vita functos, vesperi sepulturæ mandabat. Peregrinis fere innumeris ad vesperam aduentantibus cibos, & lectos apparabat: si lecti, alioqui multi, non sufficeret, sternebat humi panos, ita ut nulli deessent commodus captandæ quieti locus. Crebros quoque excitabat ignes, & suffitus grati odoris, spargebat multum aceti in tota fere domo, ut corruptus aer saltem aliqua ex parte corrigeretur, libentiusq; ministri suam operam ægre affectis nauarēt. Non est autem passus benignus Deus, ut inter tot labores, vigilias, incōmoda infinita Bernardinus vnquam aduersa laboraret valetudine: sed semper prōptus, alacer, vigil, & indefessus, dictis, & factis confirmabat tum ægrotos, tum illorum ministros. Cum iam autem mēsisibus quatuor & eo amplius in ea domo sedulo ministrasset, pestisq; sopita esset, domum se recepit, &c.

44 Archiepiscopus Florentinus. 3. p. suæ historiæ<sup>ff</sup> tit. 21. c. 12. §. 3. describens acta Florentiæ anno Domini. 1448. inquit. Nunquam apparuit tātum exterruisse homines talis contagio mortis, ut nunc: ita quod parētes filiorum, & filij parentum obliuiscantur infectorum, & cum difficultate reperiantur, qui necessaria eis administrarent tam corpori, quam animæ, vel procurent, ut sacramenta, & ecclesiasticam sepulturam habeant. Quāuis autem nulla sit lege prohibitorum, ex quo morbus est valde contagiosus, diuertere conuersationem domesticam, & locutionem cum infectis, & venientibus a locis etiā infectis, nisi cura animarum eis imminet, quos de necessitate salutis suæ oportet  
per se



per se, vel per alium idoneum sacramenta ministrare quantumcumque infectis: tantum tamen abhorrere infectos, ut necessaria subtrahantur, est contra omnem caritatem, humanitatem, & Christianam pietatem. Itaque et si humanae prudentiae est, & de ratione medicinae, vitare infectos: tamen contra dilectionem, & Christianam pietatem est, subtrahere infectis necessaria, seu non ministrare animam, & corpori, & ita aborrere eis ministrantes sacramenta, & corpori necessaria, ut habeantur tanquam ethnici, & publicani, nec audiantur eorum missae, & officia, nec patiantur sacerdotes ire ad infirmos, in quo nullo modo debent eis assentire. Communitas autem Florentiae pie, & caritatiue prouidit infirmis ex morbo illo tempore (scilicet anno Domini. 1448. & 49.) pestis. Nam tria millia florenorum statuit assignanda archiepiscopo ciuitatis certo tempore, modo, & forma, ut infectis prouideret. Vnde quidam optimi iuuenes per ciuitatem discurrebant, querendo infectos, & dando pullos, & confectioes, et alia necessaria, haecenus Florentinus.

45 Ex Suida, Budæo, et Nicolao Leontio de varia hist. lib. 3. c. vlti. et Cælio Rhodigino lib. 6. lection. antiqua. c. 12: Antiqui olim peste, alioque morbo grassante, quum sacros homines, quos in expiationis usum aiebant, in victimarum morem redimitos ex loco præcipiti diris execrationibus oneratos, in mare deiciebant. Neptuno immolantes, inter deiciendum, solemnia verba effari solebant, Sis pro nobis peripsema: ac si dixissent, sis pro nobis piaculum, esto luitio nostra, et seruatrix vrbs victima. Ipsi vero respondebant. Nos tanquam piacula mundi facti sumus, & succidantur pro populo victima.

46 Quum Lacedemonij ob interfectum contra ius gentium Xerxis legatum peste laborarent, ad finem mali reperendum utile fore ab oraculo didicerunt. Si quis ex Lacedaemone pro facinore indigno daret poenas, &c. Quod audientes Spartius, & Bulides latise obtulerunt, & ad Xerxem profecti statim, ut peruenerunt, ab eo efflagitarunt, ut ipsos, quocumque modo videretur, interficeret pro Lacedaemoniorum

moniorum scelere. Quos rex, admiratus et pietatem in patriam, & animorum fortitudinem, a pœnis absoluit. Cetera legito apud Erasmus lib. 2. apophteg. vbi Lacedæmoniorum, & apophtegmata, & prisca instituta literis depinxit.

SUMMARIA.

- 47 **S**acramentum eucharistiæ, realiter susceptum, minoris necessitatis est in mortis articulo, quam pœnitentiæ.
- 48 Disputatur, An sacramentum eucharistiæ sit sacramentum necessitatis? Titulus huius questionis declaratur.
- 49 Sacramentum eucharistiæ est de necessitate salutis non in re, sed in voto.
- 50 Explicatur conclusio tradita.  
Finitio sacramenti.  
Effectus eucharistiæ ante eius realē perceptionē potest haberi, & quibus modis. Gratia, & caritas sunt de necessitate salutis: quia sine eis salus & spiritualis, & æterna obtineri non potest.  
Paruuli baptizati sine reali perceptione eucharistiæ saluantur.  
Illud est absolute de salutis necessitate, sine quo salus & spiritualis, et æterna obtineri nequit.  
Antiqui patres, nulla salutis necessitate coacti, paruulos sacramentaliter communicabant.  
Erasmi error refellitur, opinantis sacramentum eucharistiæ esse infantibus modo exhibendum, sicuti antiquitus.
- 51 Id, sine quo potest haberi gratia, non est absolute de salutis necessitate. Gratia est sufficiens gloriæ causa.
- 52 Sacramenta, quæ ordinantur ad tollendū peccatum vel originale, vel mortale, qualia sunt baptismus, & pœnitentiæ, sunt de salutis necessitate.
- 53 Sacramentum eucharistiæ est necessarium de necessitate præcepti diuini quantum ad substantiam operis: cum explanatione.
- 54 Refruntur opiniones diuersæ de præcedenti conclusione.
- 55 Verbum, facite, præceptum importat.  
Explicantur verba Christi apud Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c.
- 56 Frustra esset votum, nisi quando opportunitas adesset, impleretur.
- 57 Necessarium de salutis necessitate, & necessarium de necessitate præcepti maxime inter se differunt, & verumque declaratur.  
Gratiæ nullum a fide, & caritate distinctum extat præceptum.  
De virtutum actibus, & non de habiibus præcepta sunt.

- Gratia non habet peculiarem actum: in se habet habitus essentiæ animi toti inest.
- Præceptum affirmans pro loco, & tempore iniungitur.
- Quædam sunt necessaria de salutis necessitate, quædam de necessitate præcepti, alia utroque modo, cum exemplis.
- 58 Determinatio temporis, videlicet ut semel in anno eucharistia sumatur, atque in mortis articulo, est de iure ecclesiastico, & alia huiusmodi.
- 59 Referuntur diuersæ opiniones de hac conclusione.
- 60 Existentes in mortis articulo tenentur communicare.
- Nisi ecclesia declarasset tempus adimplendi præceptum diuinum de eucharistia perceptione, non posset ex iure diuino per certitudinem id deprehendi.
- 61 Existentes in mortis articulo tenentur de præcepto diuino confiteri, & parochi eorum confessiones audire, etiam periculo mortis sibi imminente. nu. 61. & 62.
- Quæ sunt de salutis necessitate, ante mortem sunt adimplenda.
- Præcepta ecclesiastica regulariter non obligant cum certo vitæ periculo.
- 62 Ex poenitentia natura deprehenditur, sacramentalem confessionem in mortis articulo esse de iure diuino.
- 63 Parochi tenentur ea sacramenta pestiferis ministrare, etiam cum certo mortis periculo, quæ sunt de salutis necessitate, alia autem non cum tanto vitæ discrimine.
- 64 An excusari possint iudices, condemnatis ad mortem eucharistiam ministrari, non permittentes.
- 65 Iure ecclesiastico præceptum est, capite damnatis eucharistiam ministrari.
- In Hispania, Gallia, et ducatu Mediolanensi ultimo damnatis supplicio eucharistia non exhibetur nu. 66. Limitatur, & declaratur quantum ad Hispaniam nu. 71.
- 66 Sacramentum poenitentia nullatenus damnatis ad mortem est denegandum.
- Iuri diuino nulla consuetudo derogare valet.
- 67 Damnatis ad mortem poenitentibus, & confessis, concedere debent iudices, eucharistiam ministrari, quoties capitalis sententiæ executio in alterum diem differri potuerit.
- In hæresim relapsis sacramenta poenitentia, & eucharistia non denegantur.
- 68 Interdum per eucharistia sacramentum fit homo ex attrito contritus.
- 69 Consuetudo debet esse legitima, ac præscripta, ut aliquid iuste introducere valeat.
- Et explicantur distinctiones, legitima, & præscripta.
- Ut consuetudo in sacramentalibus aliquid introducere valeat, exigit scientiam Papæ approbantem.
- Consuetudo dicitur rationabilis, quando habet condiciones bonæ legis.
- Non dicitur consuetudo præscripta, nisi interueniat consensus principis, potestatis similem legem statuere.
- Lex secularis, si non exhibendam capitis damnatis eucharistiam statueret, esset iniqua, & sine legitima potestate condita.
- Hispaniarum lege sancitum est, ut capite damnatis, poenitentibus, & eucharistiam petentibus, ea conferatur.
- Quando

- 72 Quando capitalis sententię executio in alterum saltem dicitur defferri non expedire-  
rit, poterunt iudices eucharistiam damnatis ad mortem denegare.
- 73 Vomitus impedit eucharistię sumptionem.
- 74 Non est tanta ratio concedendı sacramentü eucharistię damnatis ad mortē, quan-  
ta est concedendı poenitentiam.
- 75 Casus exorbitantes transiliunt septa iuris positivi.
- 76 Disputatur, An eucharistia primam conferre gratiam possit?
- 77 Diversę opinionēs de questione proposita referuntur.
- 78 Accedens ad eucharistiam cum conscientia peccati mortalis, peccat mortaliter.
- 79 Quoties quis vel culpabiliter ignorat, se esse in peccato mortali, aut in examine  
proprie conscientię negligens fuit, quanvis conscius non sit sui delicti, nihilo-  
minus sumendo sacramentum, non excusatur a noua culpa.
- 80 Neq; culpabilis ignorantia, neq; negligentia excusat a culpa.  
Eucharistia de iure diuino exigit ante sui perceptionem diligentissimam proba-  
tionem.
- 81 Habens signa sufficientia ad iudicandum probabiliter, quod est in gratia, potest  
accedere ad eucharistiam sine peccato, etiam si gratia careat.
- 82 Vbi non potest haberi certitudo plena, sufficit certitudo moralis, quę surgit ex  
probabilibus coniecturis.
- 83 Quanta diligentia sufficit in conscientię examinatione, ut quis possit ad eucha-  
ristiam accedere, & se bene dispositum probabiliter iudicare.
- 84 Qui post diligentem probationē ad eucharistiam deuote, ac reuerenter accedit cum  
attritione, quam probabiliter reputat contritionem, aut cum ignorantia incul-  
pabili peccati, in quo est, primam gratiam per sacramentum eucharistię rescipiet  
virtute ipsius sacramenti.
- 85 Explicantur verba Christi apud Ioan. 6. Panis enim verus est, &c.
- 86 Sceleris dicuntur peccata mortalia.
- 87 Explicantur verba Christi apud Ioan. 6. Caro mea vere est cibus, &c.
- 88 Omnia, & singula nouę legis sacramenta gratia non ponētib; obicem conferunt.  
Per gratiam fit remissio peccatorum.  
Sacramentum eucharistię peculiariter institutum est in spiritualis vitę alimo-  
niam.
- 89 Sacramentum poenitentię, recedente fictione, sortitur suum effectum, ut baptismus.
- 90 Extrema unctio conferre potest primam gratiam. & quolibet aliud sacr. amrn-  
tum secundam non uulos doctores.  
Episcopus, vel parochus non tenetur omnia, & singula sacramenta, periculo mor-  
tis sibi imminenti, pestiferis ministrare.  
Omnia, & singula sacramenta non sicut simpliciter de necessitate salutis.  
Chri sticoe non tenentur, secluso contemptu, sub mortali peccato omnia, & singu-  
la sacramenta suscipere.

- 47 Iam tēpus est, vt ad solutiones argumētōrū, quæ in principio quæstionis adduximus, anchoras PP tollam<sup>9</sup>. Ad primum non negamus, pestiferis a iure concedi sacramentalem confessionem, ac simul viaticū: verum enim quia eucharistiæ sacramentum realiter sumptum minoris necessitatis est in mortis articulo, quam pœnitentia, vt mox explicabimus, parochi tenentur, periculo sibi mortis imminente, pestiferorum confessiones audire, non tamē eucharistiam eis ministrare cum certo eiusdem mortis discrimine propter multa, quæ in huius rei confirmationem & diximus supra, & dicemus infra.
- 48 Pro secundi, tertiiq; argumentorum respōsis disputandum est, Vtrum eucharistia sit sacramentum necessitatis? Huius quæstionis triplex potest esse sensus, vt aduertit Sotus in. 4. sen. lib. distin. 8. q. vni. art. 3. post sextā cōclusionē. Primus, Vtrum hoc sacramentum sit necessarium necessitate finis, vel salutis? ita vt sine illo sal<sup>9</sup> spiritualis, & æterna nequeat obtineri. Secundus, Vtrum sit necessarium necessitate præcepti diuini? Tertius, Vtrum saltem sit necessarium ob præceptum ecclesiasticum?

### Primum enuntiatum.

- 49 **S**acramentū eucharistiæ est necessarium de necessitate salutis nō in re, sed in voto, absolute loquēdo. De hac cōclusionē nullā inuenio inter doctores 99 cōtrouersiam. Eā tradūt. D. Thomas in. 4. sent. li. d. 9. q. 1. ar. 1. quæstion. 2. & d. 12. q. 4. ar. 2. quæstion. 1. & super Ioan. cū. D. Augustino. c. 6. lect. 7. & 3. p. q. 65. in. c. art. 4. & in responso secundi argumētī & q. 73. in. c. 3. arti. in differentia .1. inter baptismum, & eucharistiam, & eius calce. & Caiet. 3. p. q. 73. art. 3. aduertentia. 3. & Sotus in. 4. sent. lib. d. 1. q. 6. ar. 4. cōclusionē. 1. ac. 2. iuncta secundi argumētī respon- sione, & d. 8. q. vni. art. 3. cōclusionē. 3. & post. 6. cōclusionem. §. Animaduertendū hic. Ita etiā procedūt Syluester. v. Eucharistia. 3. n. 1. & Tabiēsis. v. Cōmunio, in principio.  
Explico

30 Explico enuntiationem, simulque firmo iuxta mentem  
 vtriusque Thomæ. 3. p. q. 73. art. 3. Duo sunt in eucharistiæ  
 sacramēto, scilicet sacramentum, & res, siue effectus sacra-  
 menti. Sacramentum est signum sensibile invisibilis gra-  
 tiæ, & c. Res huius sacramenti est vnitas corporis mystici,  
 quæ efficitur per gratiam, & caritatem. Gratia, et caritas,  
 quæ sunt res, & effectus huius sacramenti, ante realē eius  
 perceptionem possunt haberi: nempe vel per votum, desi-  
 derium, & propositum suscipiendi hoc sacramētum, vt su-  
 pra numero. 34. explicuimus: vel per aliud antecedens sa-  
 sacramētū realiter susceptū. Gratia igitur, & caritas, at-  
 que vnio corporis mystici, quæ sunt res, & effectus huius  
 sacramenti, et ante eius realē, & actualem perceptionem  
 possunt haberi, necessaria sunt de salutis necessitate, quia  
 sine eis spiritualis salus obtineri nequaquam potest: realis au-  
 tem, & actualis susceptio eiusdem sacramenti non ita est  
 necessaria, quoniam absque ea salus & spiritualis, & æter-  
 na obtineri potest, vt est manifestum in paruulis solū mo-  
 do baptizatis. Quando igitur dicimus, eucharistiæ sacra-  
 mentum esse necessarium de salutis necessitate non in re,  
 sed in voto: significare volumus, quod quanuis effectus, &  
 res ipsius sacramenti, quæ in voto, & ante eius realem sus-  
 ceptionem possunt haberi, vt demonstrauimus, sint, neces-  
 saria de salutis necessitate: verum enim non ita realis, &  
 actualis susceptio eiusdem sacramenti. Hæc explicatio ma-  
 xime conformis est doctrinæ Concilij Tridentini sess. 21.  
 c. 4. de communione paruulorū, cuius verba sunt. Eadem  
 sancta Synodus docet, paruulos, vsu rationis carētes, nul-  
 la obligari necessitate ad sacramentalē eucharistiæ com-  
 munionem: si quidem per baptismi lauacrum regenerati,  
 & Christo incorporati, adeptam iam filiorū Dei gratiam  
 in illa ætate amittere non possunt. Neq; ideo tamen dam-  
 nanda est antiquitas, si cum morem in quibusdam locis ali-  
 quādo seruauit. Vt enim sanctissimi illi patres sui facti pro-  
 babilem causam pro illius temporis ratione habuerūt, ita  
 certe eos nulla salutis necessitate id fecisse, siue cōtrouer-

sia credendum est. Hoc concilij Tridentini loco directo refellitur Erasmi, & Ludouici Viues, & aliorum eiusdem farinae error, putantium sacramentum eucharistiæ realiter sumptū, utpote ex eorum sententia, de absoluta salutis necessitate, esse infantibus modo exhibendū, sicuti antiquitus.

51 Confirmatur præterea sic eadem conclusio ex D. Thomæ doctrina in. 4. sententia lib. d. 9. q. 1. art. 1. quæstiū. 2. & d. 12. q. 4. ar. 2. quæstiū. 1. & super Ioānem. c. 6. lect. 7. Id, sine quo potest haberi gracia, non est absolute de salutis necessitate: quia gracia est sufficiens gloriæ causa: sed sine eucharistiæ sacramēto realiter, & actualiter suscepto, potest haberi gracia, ut supra ostendimus: igitur.

52 Ultimo eadē assertio corroboratur. Illa sacramēta sunt de salutis necessitate, ut ait. D. Thom. 3. p. q. 65. art. 4. quæ ordinatur ad tollendū defectū incōpossibilem saluti spiritali: sed baptismū, & pœnitētia dūtaxat sunt huiusmodi, baptismus quoad omnes propter peccatū originale, & pœnitentia quo ad lapsos in mortale post baptismum: igitur.

### Secundum enuntiatum.

53 Sacramentum eucharistiæ est necessariū de necessitate præcepti diuini quantū ad substātiā operis. Id est, realis, & actualis susceptio eucharistiæ est de præcepto diuino.

54 De secūda hac cōclusionē disceptatur. Nā Alex. Alenfis. 4. p. q. 51. mem. 4. & D. Bonuent. in. 4. sent. lib. d. 12. artic. vltim. q. 1. & Gabriel in canone lect. 87. & Caietan. 3. p. q. 80. art. 11. & 12. & D. Thom. in. 4. sent. lib. d. 9. arti. 1. quæstiū. 2. et Syluester. v. Eucharistia. 3. in princ. & Dionylius Cart. in. 4. sent. lib. d. 12. q. 5. tenent, cōmunionem realem, et sacramentalē non esse ex Christi præcepto necessariam, sed tātum de iure ecclesiastico. c. Omnis vtriusque sexus. de pœnitenti. & remissi.

Durandus vero in. 4. sent. lib. d. 9. q. 2. & Palud. eadē. d. q. 1. cōclusionē. 3. & D. Thom. 3. p. q. 80. ar. 11. & Martinus a Ledesma in. 4. sent. lib. q. 21. art. 11. & Sotus in eodem. 4. sent. lib. d. 12. q. 1. art. 11. & Victoria in sacram. summa de eucha-

eucharistia. q. 86. & Couar. vias variarum resolu. lib. 1. c. 10. nu. 5. tenent de reali, & actuali eucharistiæ perceptione esse præceptum diuinum.

55 Quorum opinio probatur ex illis Christi verbis Lucæ 22. Hoc facite in meam commemorationem, ponderando verbum facite, quod præceptum importat: atque ex illis apud Ioannem. 6. cap. Nisi māducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quæ quidem verba, quanuis absolute loquendo, de manducatione spirituali, & in voto intelligātur iuxta. D. Augustini sententiam in tract. 26. super Ioānem super eisdē verbis, & D. Thomæ. 3. p. q. 65. art. 4. & aliorū scolasticorū doctorū: verū tamen nō excludūt præceptū: quia frustra esset votū, nisi quādo oportunitas, adesset, impleretur.

Et confirmatur, quia in prologo concilij Ephesini aduersus Nestorium eadem verba, Nisi manducaueritis carnem, &c. vt dicta de māducatione sacramētali allegantur.

56 Præterea probatur conclusio: quia ante ecclesiæ statutum mos communicandi semper in ecclesia floruit: vnde magnum documentum est, ex traditione apostolorum, & tanquam a diuino iure præceptum descendisse.

57 En secunda non repugnat primæ enuntiationi. Nam in secunda affirmo, mandatum Christi de eucharistiæ perceptione non solum fuisse, & esse de perceptione in voto, sed etiam in re: ex ea autē non infertur, sacramentum eucharistiæ esse simpliciter, & absolute necessarium de salutis necessitate in re, & non solum in voto. Quia vnū, & alterum necessarium longe, lateque differunt. Illud etenim dicitur absolute, & simpliciter esse de salutis necessitate, sine quo salus et spiritualis, & æterna obtineri nequaquam potest, vt iterū diximus: huiusmodi est gratia, cuius nullū a fide, & caritate distinctum extat præceptum. Quia de virtutum actibus, & non de habitibus præcepta sunt, & gratia non habet peculiarem actum, sed instar habitus essentiæ animi toti inest in D. Thomæ schola. Præceptū autem affirmās, quale est præceptū de perceptione reali, & actuali



eucharistiæ, pro loco, & tempore iniungitur, ut præceptum ieiunij, & eleemosynæ, &c: opportunitate vero præceptū affirmans exequēdi non aduentante, sine ieiunio, & eleemosyna, & cæteris huiusmodi salus absolute, ac simpliciter, & obtineri, & conservari potest: ac proinde dicuntur necessaria equidem, sed de præcepti necessitate, & non salutis. Sunt quoque alia utroque modo necessaria, nimirum & de necessitate salutis, & præcepti, ut fides, caritas, &c. de quibus latius alibi disputamus. Eucharistia igitur in voto necessaria est de salutis necessitate, ut prima conclusione asseruimus: in re tamen de præcepto, ut in secunda stabilimus, & post longam disputationem ostendit Sotus in. 4. sent. lib. d. 12. q. 1. ar. 11. explicans Christi verba Ioan. 6. supra citata, Nisi manducaueritis carnē filij hominis, &c. ibi, Vnde bene colligit. D. Thom. & in responsione secundi argumenti principalis.

### Tertium enuntiatum.

- 58 Determinatio temporis, videlicet, ut semel in anno eucharistia sumatur, atque in mortis articulo, est de iure ecclesiastico: quemadmodum & modus sumendi, scilicet, an sub vna, vel duabus speciebus, & id genus alia.
- 59 De hac conclusione theologi certant. Nam quanquam communis sentētia sit, existentes in mortis articulo teneri quidem communicare, ut affirmant Innocentius libro 4. mysteriorum missæ. c. 42. & Palud. in. 4. sent. lib. d. 11. q. 1. ar. 2. in fine, & Adrianus in. 4. sent. lib. q. 3. de cōfessione ad 5. prin. argumentum, & Angel v. Eucharistia. 3. in princ. & permulti alij, quorum sentētia cōfirmatur tum ex decreto concilij Nicæni, quod refertur. c. De his vero. 26. q. 6. tum consuetudine vniuersalis ecclesiæ, quam ut antiquissimam necessario præcipit retinendam concilium Tridentinum sess. 13. c. 6. de materia sacramēti eucharistiæ: verum enim controuertitur, An præceptū diuinū, vel ecclesiasticum sit, tunc eucharistiam suscipere? Durandus in. 4. sententia libro. d. 9. q. 2. & Gabriel eadē. d. q. 1. art. 1. not. 2. & arti.

art 3. conclusione. 3. & Tabiena. v. Communio nu. 15. tenent, esse præceptum diuinum.

60 Cæterum Alex. Alen. 4. p. q. 11. ar. 4. §. 1. q. 5. & D. Thomas in. 4. sent. lib. d. 9. art. 1. quæstion. 2. Martinus a Ledesma in. 4. sent. lib. q. 21. art. 11. dub. vltimo, & D. Bonau. in. 4. sent. lib. d. 12. art. 2. q. 1. & Gabriel in canone le. 87. & summa Armilla. v. Communio, Syluester. v. Eucharistia in principio, & Caietanus in summa eodē. v. tenent, existentem in mortis articulo teneri quidem, communicare non de præcepto diuino, sed ecclesiastico.

Quod nimirum probatur: nam quanquã de præcepto diuino sit in schola. D. Thomæ realis, & actualis susceptio eucharistiæ, determinatio autem temporis, videlicet semel in anno, atq; in mortis articulo, est de iure ecclesiastico: vt ipsemet Thomas. 3. p. q. 80. art. 11. in corporis calce docet, & ex conc. Trid. c. 6. de materia sacramenti eucharistiæ sess. 13. deprehenditur. Nisi enim ecclesia tempus declarasset, non posset ex iure diuino per certitudinem id deprehendi, vt Dominicus a Soto affirmat in. 4. sent. lib. d. 12. q. 1. art. 1. §. 2. Adiciamus, vbi quæstionem satis diffuse disputat. Itaq; præceptū eucharistiæ quantum ad substantiam operis est diuinum: quantum vero ad temporis assignationem est ecclesiasticum. Atq; ita meo iudicio intelligendus est canon. 9. sess. 13. conc. Tridentini.

61 Vnus mihi nodus, sed Hercules restat. Nam ego me volo ob signatis tabellis mecum agere, & contra tertium pronuntiatum sic argumentari. Præceptum confessionis quantum ad substantiam operis diuinum est, quantum vero ad temporis assignationem, & declarationem ecclesiasticum con. Tri. sess. 14. c. 5. in fine de confessione: & nihilominus existentes in mortis articulo tenentur de præcepto diuino cōfiteri, si peccati mortalis non confessi recordantur, & copiam confessarij habent, vt in secunda huius tractatus parte sæpe asseruimus: igitur ita omnino dicendum est de præcepto sacramentalis cōmunionis, vel si secus, id sane, quod parte secūdana nu. 25. affirmauimus, nēpe

confessionem sacramentalem in articulo mortis iure diuino esse præceptam, falsum est. Argumētum me tenet medium, & veluti Vulcanium vinculum astringit, & adeo indissolubile apparet, vt potius abscindere<sup>tt</sup>, quam soluere, opus sit. Verum quia in magnis & voluisse sat est, solutionem tentabo.

62 Existentes in mortis articulo, si habuerint consciētiam peccati mortalis non confessi, & confessarij copiā, tenentur quidem de iure diuino cōfiteri, & parochi consequenter confessiones eorum audire, etiam periculo sibi mortis imminente. Quia sacramentalis confessio eo casu est de salutis necessitate, & quæ sunt huiusmodi, ante mortem sunt adimplenda, vt secūda parte nu. 23. satis ostendimus. Verum enim cum sacramentum eucharistiæ non sit de salutis necessitate in re, sed in voto, vt supra monstrauius: quanuis præceptum de eius reali, & actuali sumptione quantum ad substantiam operis sit diuinum, nihilominus assignatio temporis, quo est adimplendum, est de iure iure ecclesiastico. Quam ob rem parochi non obligantur eucharistiam ministrare tanto cum discrimine, vt abunde superius monstrauius. Præcepta enim ecclesiastica, regulariter loquendo non obligant cum certo vitæ periculo, quod supra parte. 2. nu. 20. tradidimus.

63 Præterea concilij Tridentini loco citato in argumento declaratum fuit, præceptū confessionis quantum ad substantiam operis esse quidem diuinum, temporis autem assignationem, vt semel in anno<sup>vv</sup> fideles confiteantur esse de iure ecclesiastico, & de articulo mortis nihil dicitur. Quia ex ipsius sacramenti natura deprehenditur, confessionem sacramentalem tunc esse faciendam iure diuino, vt explicuimus, atq; monstrauius parte secunda. nu. 23. & sequentibus. Præceptum vero eucharistiæ, & si quātum ad substantiam operis sit diuinum, tamen quātum ad temporis assignationem, vt in paschate, & mortis articulo suscipiatur, ecclesiasticum est, vt ex conc. Trid. c. 6. de materia sacramenti eucharistiæ sess. 13. & canone. 9. deprehenditur

ditur, & multis rationibus supra ostēdimus. Doctrina igitur nostra non sibi aduersatur, sed bene inter se cohærescit, ac sibi cordate respondet.

64 Ex traditis in hac quæstione de eucharistiæ necessitate semidoctus facile poterit secundo, tertioq; argumento satisfacere principalibus. Nam parochi tenentur ea sacramenta pestiferis ministrare etiam cum certo mortis periculo, quæ sunt de salutis necessitate: alia autem non cum tanto vitæ discrimine, vt supra satis ostēdimus. Sacramentum autem eucharistiæ est quidem de salutis necessitate non in re, sed in voto: & quanuis sit de præcepto diuino quantum ad operis substantiam, assignatio vero temporis, quo est adimplendum, etiam quantum ad mortis articulum est de iure ecclesiastico: quod non obligat cum tanto rigore, & discrimine.

65 Verum enim non abs re esse arbitror hoc in loco, vbi de eucharistiæ necessitate tractamus, breuiter disputare. An excusari possint iudices, condēnatis ad mortem eucharistiam ministrari non permittentes?

66 Nam quanquam iure ecclesiastico præceptum sit, capite damnatis eucharistiã ministrari: quod equidem laudabiliter seruatur in plerisq; prouinciis apud Iulium Clarum lib. 5. sent. q. 99. vers. Sed quæro: verum enim in Hispania, Gallia, & ducatu Mediolanensi longa cōsuetudine a iudicibus seruatum est, ne vltimo damnatis supplicio eucharistia ministretur, vt referunt Iulius Clarus loco citato, & alij. Quam equidem consuetudinē, sunt, qui damnant, vt Franciscus a Victoria in sacramen. summa per Thomam a Chaves compilata de eucharistia .q. 86. & Dominicus a Soto in .4. senten. lib. d. 12. q. 1. artic. 11. dubi. vltimo, & Antonius Gomez tomo .3. variar. resolutio. c. 14. delictorum nu. 6. Sunt rursus, qui defendunt, vt doctox Nauar. in Clem. 1. de pœnit. & remiss. & in man. c. 25. nu. 22. Sunt demum, qui nec damnant, neq; defendunt, vt Couarruias variar. resol. lib. 2. c. 1. nu. 11. & Iulius Clarus loco supra citato.

Quid ea de re sentiam, tribus conclusionibus<sup>xx</sup> breuiter explicabo.

### Primum pronuntiatum.

67 Sacramentum poenitentiae nullo pacto damnatis ad mortem est denegandum. Quod quidem omnium calculis receptum est, & iure saepissime praecipuum: nullaq; consuetudo in contrarium praualere vnq̄ potuit. Clem. 1. de poenitenti. & remiss. Quia confessio in mortis articulo, vt ostendimus hac, & praecedenti parte, est de salutis necessitate, & de praecipuo diuino, cui derogare nulla consuetudo valet. c. fin. de consuetudine.

De materia huius conclusionis optime scripserunt Antonius Gomez, & Couarruias locis supra citatis.

### Secundum pronuntiatum.

68 Damnatis ad mortem poenitentibus, & confessis concedere debent iudices<sup>yy</sup>, eucharistiam ministrari, quotiescunq; capitalis sententiae executio in alterum saltem diem differri potuerit. Probatur conclusio primum ex. c. Poenitentes. d. 50. et. c. Quaesitum. 13. q. 2. & c. 2. de furtis. Cle. 1. iuncta glossa de poenit. & remiss. & c. Quod in te, extra eodem tit. & c. Super eo, de haer. lib. 6. vbi in haeresim relapsis poenitentibus sacramenta poenitentiae, & eucharistiae non denegantur.

69 Iterum: quia nulla est sufficiens ratio, cur si vere sunt poenitentes, tanto beneficio priuentur, quando sententiae executio sine magno inconueniente differri potest. Praesertim quod interdum per eucharistiae sacramentum fit homo ex attrito coëtritus, & suscipit gratiam, quam non recepit in poenitentia, vt in responso quarti principalis argumenti explicabimus.

70 Non obstat consuetudo in contrarium. Quoniam vt legitime aliquid introducere valeat consuetudo, debet esse rationabilis

rationabilis, ac præscripta. c. fin. de consuetud. sed consuetudo non permittendi eucharistiam capitis damnatis ministrari, non est rationabilis, neq; legitime præscripta: igitur talis consuetudo, vt irrationabilis, & illegitima, non est seruanda. Minor propositio ostenditur. Primum, quia vt consuetudo in sacramentalibus aliquid legitime valeat, exigit scientiam papæ approbantem, vt tenent glossa, & communiter scribentes in cap. Vir autē, de secundis nuptiis. Iterum, quia consuetudo dicitur rationabilis, quando habet conditiones bonæ legis, vt explicat Sylues. v. Consuetudo: & non dicitur legitimæ præscripta, nisi interueniat consensus principis, potētis similem legem statuere, vt. D. Thomas. 1. 2. q. 97. ar. 3. sapiēter docet. Quamobrem quemadmodum lex secularis, si non exhibendam capitis damnatis eucharistiā statueret, esset iniqua, & sine legitima potestate condita, minimeq; saperet Christianam pietatem, atq; ideo non esset seruanda: ita perinde de præfata consuetudine dicendum est.

71 Iuxta hoc secundū pronuntiatū inter Hispaniarum<sup>22</sup> leges, de la partida nō cupatas, partida prima tit. 13. ley. 6. iubetur, vt capite dānatis, pœnitentibus, ac eucharistiam petentibus, ea conferatur. Quod equidem in hoc Nauarræ regno pie admodum seruatur, atq; in constitutionibus synodalibus Burgensibus tit. de pœnitentiis, & remiss. adamussim obseruari præcipitur. Vbi refertur, Pium quintum pontificem maximum breui suo idem arctissime præcepisse: quanuis breue hæcenus non legi. Ex quibus colligitur iam in Hispaniarum regnis vniuersaliter non vigere consuetudinē, cuius meminerunt autores supra citati, nu. 66.

### Tertium pronuntiatum.

72 Tertia conclusio. Quando capitalis sententiæ executio in alterum saltem diem differri non expedierit, poterunt iudices eucharistiam damnatis ad mortem denegare.

K v Probatur

73 Probatur conclusio primum: quia tunc propter mortis atrocitatem periculum vomitus imminere posset.

Iterum: quia non nihil irreuētiae irrogaretur sacramento, si qui sacrosanctum Christi corpus suscepit, illico in patibulum, & crucem<sup>222</sup> raperetur, & maxime dum species sacramentales non fuerint digestæ.

74 Tertio: quia non est tanta ratio concedendi sacramentum eucharistiæ damnatis ad mortem, quanta est concedendi poenitentiam, propter maiorem huius, quam illius necessitatem.

75 Non obstant canones, præcipientes eucharistiã capitis dānatis exhiberi: quia casus exorbitātes, de quibus in hac tertia conclusione loquimur, trāsiliunt septa iuris positiui.

76 Pro quarti principalis argumenti responso disputandum est, An eucharistia primam cōferre gratiam possit, & ex peccatore iustū facere, remissionemq; peccati mortalis efficere?

77 Qua de re diuersæ sunt doctorū sententiæ. Nam Ioannes Maior in. 4. sent. lib. d. 9. q. 1. conclusione. 2. contendit, omnes vniuersim, qui ad eucharistiam accedunt in peccato, peccare: quare, vt non peccēt, debent, quando accedunt esse in gratia. Cui consequitur, nunquam per eucharistiam gratiam conferri primam.

D. Bonauentura in. 4. sent. lib. d. 9. art. 2. q. 3. & d. 12. ar. 1. q. 2. Alex. Alensis. 4. p. q. 10. mem. 8. ar. 1. §. 2. & q. 46. mem. 6. ar. 2. Marsilius. in. 4. sent. lib. q. 6. ar. 4. conclusione 1. & duobus correlariis sequentibus, cum aliis ita docent: Qui accedit ad eucharistiã in peccato sine eius conscientia, accedit eatenus digne, vt non peccet: nullus tamen eorum gratiam suscipit ob id, quod non accedit viuens. Quare non admittunt, hoc sacramentum remissionem peccati mortalis efficere.

Gabriel in. 4. sent. lib. d. 9. q. 1. & 2. & in canone lectione. 8. inquit: Homo, qui ad eucharistiam accedit in peccato sine eius & conscientia, & affectu, non recipit gratiam virtute sacramenti: recipiet tamē eam ex Dei benignitate.

Quia

Quia illuminabitur, ut se attritū cognoscens, conteratur. Hunc loquendi modum accepit a Gersono lib. de flor. euch. & in expositione cānici, Magnificat, & in tract. de pollutione noctur. consid. 2.

Caletanus. 3. p. q. 79. ar. 1. admittit, primā gratiam posse quempiam recipere per eucharistiā: ait præterea, quandoq; vsu venire posse, ut accedēs nec peccet, nec gratiam recipiat.

Palud in. 4. sent. lib. d. 9. q. 2. sub dubio loquitur, dicēs: Forte ex vi sacramēti recipiet gratiam, qui in peccato ad eucharistiā accedit, & sine peccati cōsciētia. Eodemq; modo procedit Durandus in. 4. sent. lib. d. 9. q. 4.

D. Thomas. 3. p. q. 79. art. 3. & q. 80. art. 4. ad. 5. & in. 4. sent. lib. d. 9. q. 1. ar. 3. quæstion. 2. & in add. 3. p. q. 30. ar. 1. & Ricardus in. 4. sent. lib. d. 9. art. 2. q. 1. & Adrianus in. 4. sen. q. de euch. Syluei. v. Eucharistia. 3. nu. 16. Tabie. eod. v. in effectu. 6. Franc. a Victoria, ut refertur in sacram. summa. q. 77. Sotus in. 4. sent. lib. d. 12. q. 1. art. 4. ad. 5. argumētum, & art. 11. prope finem, Martinus a Ledesma in. 4. sent. lib. q. 20. art. 3. & Doctor Nauarrus in manuali. c. 21. nu. 47. tenent, eum, qui ad eucharistiā accedit cum attritione, & cum ignorātia inculpabili peccati, in quo est, primam gratiam per sacramentum suscipere.

78 Opinioniibus relatis, ac explicitis, pro quæstionis resolutione sit prima conclusio, quæ inter doctores conuenit. Accedens ad eucharistiā cum conscientia peccati mortalis, peccat mortaliter: nimirū quando accedit vel cum affectu, vel memoria peccati mortalis, pro quo sufficientem pœnitentiam aduertit non fecisse.

Probatur conclusio ex Pauli verbis. 1. Cor. 11. Qui-  
cunq; manducauerit panē, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis Domini, Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim māducat, & bibit indigne, iudiciū sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi<sup>bbb</sup>, & imbecilles, & dormiunt multi.

Quod



Quod si nosmetipsos diiudicemus, non vtiq; iudicemur. Quapropter Augustinus de ecclesia. dog. cap. 53. ait: Habentem adhuc voluntatē peccandi, grauari magis, dico, eucharistiæ perceptione, quam purificari.

79 Secunda conclusio, omnium suffragiis approbata. Quoties quis vel culpabiliter ignorat, se esse in peccato mortali, aut in examine proprię conscientię negligēs fuit, quauis conscius non sit sui delicti, nihilominus sumēdo sacramentum, non excusatur a noua culpa.

80 Probatur, Quia neq; culpabilis ignorantia, neq; negligentia excusat a culpa, præsertim in re tan graui, & quæ iure diuino exigit diligentissimam<sup>ccc</sup>, & circumspectam probationem iuxta citata Paulina verba.

81 Tertia conclusio, quam omnes, vno Ioanne a Maioribus excepto, recipiunt. Habens signa sufficientia ad iudicandum probabiliter, quod est in gratia, potest accedere ad eucharistiā sine peccato, etiam si gratia careat.

82 Probatur, quia vbi non potest haberi certitudo plena, sufficit certitudo moralis, quæ surgit ex probabilibus coniecturis: aliter enim maximo periculo se omnes exponerent, & merito terrentur a communione.

83 Sed percontaberis, quāta diligētia sufficit in conscientię examinatione, vt quis possit ad eucharistiā accedere, & se bene dispositum probabiliter iudicare?

Respondetur ex concilij Trid. sessione. 13. c. 7. de præparatione, quæ adhibenda est, vt digne quis sacram eucharistiā percipiat. Si non decet ad sacras vllas functiones quempiā accedere nisi sancte, certe, quo magis sanctitas, & diuinitas cęlestis huius sacramēti viro Christiano comperta est, eo diligentius cauere ille debet, ne absq; magna reuerentia, & sanctitate ad id percipiendum accedat, præsertim cum illa plena formidinis verba apud Apostolum legamus. Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini. Quare communicare volenti reuocandum est in memoriā eius præceptum. Probet seipsum homo. Ecclesiastica autem consuetudo

consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur, absq; præmissa sacramentali confessione ad sacram eucharistiam accedere debeat: quod a Christianis omnibus, etiam ab iis sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc sancta synodus perpetuo seruandum esse decreuit, modo non desit illis copia confessoris. Quod si, necessitate urgēte, sacerdos absq; præuia confessione celebrauerit, quā primum confiteatur. Et post canonem. II. Et ne tantū sacramentum indigne, atq; id eo in mortem, & condemnationem sumatur statuit, atq; declarat ipsa sancta synodus, illi, quos conscientia peccati mortalis grauat, quantuncunq; etiam se contritos existiment, habita copia confessoris, necessario præmittendam esse confessionē sacramētalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publice disputando, defendere præsumpserit, eo ipso excommunicatus <sup>dd</sup> existat. Hactenus concilium.

Consecraturus itaq; aut communicaturus debet suam conscientiam prius diligenter examinare, ac præterea accurate perpendere, an propter Deum peccata detestetur, si firmum habeat propositū cauendi futura, si ex tunc peccatorū occasiones <sup>ccc</sup> fugiat, & pro facultate male ablata iuxta confessarij docti, ac pij præceptum restituat, satisfaciatq; &c. Quod si aliquod horū defuerit, abstineat, donec se ipsum purgauerit per seuerā pœnitentiam. Nam negotium & magnum, & arduum est. De vita enim æterna agitur.

Illis vero, qui crebro suam conscientiam ad perpendiculum examinant, & sacramenta digne frequentant, minor sufficit examinatio, ac probatio, quam aliis, qui tardiores sunt in digna pœnitentiæ, & eucharistiæ frequentatione.

84 Quarta conclusio. Qui post diligentem probationem ad eucharistiam deuote, ac reuerenter accedit cum attritione, quam probabiliter reputat contritionem, aut cum ignorantia probabili, vel inuincibili peccati, in quo est:  
primam

primam gratiam, & peccatorum remissionem per sacramentum eucharistię suscipiet virtute ipsius sacramenti.

85 Probatur primum ex illis Christi verbis apud Ioan. c. 6. Panis enim verus est, qui de cælo descēdit, & dat vitā mūdo. Et inferius, Ego sum panis vitę: id est, viuificans.

86 Secundo ex collecta ecclesię, sit ablutio scelerum, &c. Scelera enim dicuntur mortalia peccata.

Tertio ex forma verborum, quibus sanguis cōsecratur, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionē peccatorum.

87 Quarto ex doctrina diuorum Cyrili, & Augustini in. 4. argumēto principali allegata. Cui accedit cōciliū Ephesinum, vbi ex illis Christi verbis apud Ioā. 6. Caro mea vere est cibus &c. colligitur a concilio, in sacramēto eucharistię nos accipere non communem carnem, sed vere viuificatricem, qua & sanctificamur, participes sancti corporis, & preciosi sanguinis effecti.

88 Quinto. Quia omnia, & singula nouę legis sacramenta gratiam non ponentibus obicem conferunt concil. Trid. sess. 7. canone. 6. sed per gratiam fit remissio peccatorum ad Rom. 3. igitur sacramentum eucharistię, quanuis peculiariter institutum sit in spiritualis vitę alimoniā, nihilominus consequēter, si inuenit peccatum aliquod mortale, tollit ipsum: dūmodo nō ponatur obex ex parte recipiētis.

Sexto & vltimo. Nam si homo fecit diligentē sui ipsius probationem: ita vt absque nouo peccato ad eucharistiā accedat, non est cur, gratia sacramētali priuetur: siquidem ex parte sua non ponit obicem, & sacramentum virtute passionis <sup>scilicet</sup> Christi potest remissionem peccatorum operari, & contritionem perficere instar pœnitentię.

89 His traditis, ad quartum principale argumentum respondetur. Quanuis teneamus sacramentū eucharistię posse in aliquo casu primam gratiam conferre, vt tenere debemus, non propterea sequitur argumenti intentū. Primum, quia huic effectui sufficienter succurritur per sacramētum pœnitentię, maximē si affirmemus, sacramentum pœnitentię

rentiæ, recedente fictione, sortiri etiam suum effectum, ut  
baptismus. Quam doctrinam amplectuntur multi excellē-  
tes doctores, nimirum Gratianus in cap. Quærat hic ali-  
quis ad finem, de pœnitentia. d. 3. & ibi glossa, Gratianus  
rursus in cap. fin. §. ultimo de pœnitentia. d. 3. Caieta. q. 5.  
de confessione, cuius tit. est, An confessio extra caritatem  
facta, sit iteranda? Melchior Canus in relect. de pœnit. &  
est sententia expressa. D. Thomæ in. 4. sent. lib. d. 17. q. 3.  
art. 4. quæstiun. 1. cuius doctrina compilata est in additio-  
nibus ad. 3. p. q. 9 ar. 1. tametsi haud ignoro, nōnullos alios  
doctores oppositum defendere.

90 Iterum, quia extrema vnctio cōferre potest primā gra-  
tiam secundum. D. Tho. in. 4. sent. lib. d. 23. q. 1. art. 2. quæ-  
stiun. 1. & addit. 3. p. q. 30. ar. 1. Florentinum. 3. p. tit. 14. c.  
15. §. 4. Syluestrum. v. Vnctio. nu. 3. supplemētum Pisanel-  
læ eodem. v. Tabienam eodem. v. n. 4. Franciscum a Victo-  
ria in sum. sacra. q. 222. Doctorem Nauarr. in manuali. ca.  
22. nu. 13. Domi. a Soto in. 4. senten. lib. d. 23. q. 1. art. 2. &  
q. 2. art. 1. qui de omnibus, & singulis sacramētis idem do-  
cet in. 4. sent. lib. d. 7. q. 1. ar. 7. & d. 23. q. 1. art. 2. sed tamē  
nō propterea episcopus, aut parochus tenetur illa omnia,  
periculo mortis sibi imminēte, pestiferis ministrare: quia  
non omnia sunt simpliciter de necessitate salutis, neq; ipsi  
Christiani tenentur, secluso contemptu, sub mortali pec-  
cato omnia, & singula suscipere: igitur.

Non fuit cordi, hæc omnia latius disputare, tum quia  
citauimus autores, qui ad amussim ventilāt singula, & no-  
lumus acta agere: tum quia pro argumentorum solutione  
sufficiunt satis superque hic tradita: aliter enim sese vicif-  
sim in infinitum sequerentur catenatae quæstiones.

*Ire per extensum funem, difficile est.*

Ad tertiam partem tractatus de parochorū obligatione tēpore pestis annotationes, siue ab ea digressiones.

LVIII. DE LINGVA. A.

- 1 **M**ors, & vita in manibus linguæ est. *Proverb. 18. Legito. c. 3. epistolæ dñi Iacobi.*
- 2 Anacharsis interrogatus, quid esset in homine pessimum, & quid optimum? respondit, Lingua.
- 3 Pittacus, vel, vt Plutarcho in opusc. de officio auditoris placet, Bias Amalidi Ægyptiorum tyranno, iubenti, vt sibi, quod esset in victimæ, quam ad eum miserat, carnibus, & optimum, & pessimum, remitteret, linguam resectam emilit.
- 4 Ex Plutarcho in opuscu. de offi. auditoris. Natura cuiuslibet geminas præbuit aures, & linguam vnicam, quod plura expediat, hominem audire, quam loqui. *Bias. Audico multa, loquere pauca.*
- 5 Cælius Rhodig. lib. 3. lect. antiq. c. 3. ex Græcis refert prouerbium. *Oportet, linguam otiosam esse, manum vero operantem.* Italice dicitur, *Fate, fate, & nõ parlate. Obrar, y callar.*
- 6 Ex Auicena. Præstantissima ad loquendum lingua est, quæ & longitudinem, & latitudinem in debita proportione habet: quæque in apice renuis, & acutior, in radice autem latior est.
- 7 Victorius lib. 3. de persecutione Vandalica, & Euagrius lib. 4. c. 14. & Procopius, & alij referunt, Hunericum, Vandalorum regem, linguas in Africa plurimis Christianorum fidelium ad radicem rescasse, quod Arrianam hæresim palam abnegarent. Quorum multi inde Constantinopolim peruenientes, tanquam linguam habentes, eloquebantur. Qui post mulieribus impudice colloquentes, gratia loquendi sine lingua priuati sunt.

LIX. DE ROMA. B.

Roma, caput orbis terrarum, patria omnibus cõmunis. Apud Italos dici solet, *Vnus Deus, vna Roma, &c.* Item, Roma sancta, Genua superba, Florètia pulcra, Mediolanum ciuitas populosa, Venetiæ diues, Bononia pinguis.

LX. DE BONONIA. C.

Felfinus

Felſinus, rex Italię antiquiſſimus, Bononiã cōdidit, vt Cato in fragmentis, & Sempronius de partitione Italię, & Ioan. Annius in chronographia Tuſca, ſimul & Italica produnt. Et a Felſino primum Felſina, inde a Bono ſucceſſore Bononia dicta fuit. Felſinus autem regnum auſpicatus eſt anno ante Chriſti aduentum ſecūdam Hebræorū computationē. 899. Huius florētiffimę ciuitatis meminit Plinius lib. 3. c. 15. In ea academię cęperunt primo Theodoſij ſenioris imperatoris tempore, vt refert gloſ. in proœmio. ff. §. Hęc tria. v. Regiis vrribus. Azonis ætate ibi ſtudebāt decem ſcolarium millia. Legito Caſſanzū in catal. glorię mūdi. p. 10. cōſid. 32. §. De ſtudio Bononięſi. Huius celeberrimę vrbis hiſtoriam ſcribebat, me in ea commorante, Carolus Sigonius humanarum literarum peritiſſimus. Episcopalem ſedem poſidebat Gabriel, cuius opera nomini conſine reſpondebant, Paleotrus cognominatus, cardinalis meritiſſimus, literis, et ingenio clariſſimus, bonorum prælatorum polyclæta norma. Qui poſtquam in ea, vt ciuis nobiliſſimus, ius Cæſareū ſatis laudabiliter profeſſus fuit, auditor Romanę rotæ fuit ſelectus, hinc ad Tridentinū concilium a ſummo pontifice emiſſus, indeque reuerſus cardinalis creatus, ac demum episcopus Bononięſis, ac princeps. Scripſit de nothiſ, ſpurisq; filiis nimis erudite, ac pariter elegāter. Selectiſſimas quoque Romanę rotæ deciſiones, dū auditoris munere functus eſt, euulgauit. Eius latides proſequerer, niſi & illud Horatij me deterruiſſet.

*Sumitte materiam veſtris, qui ſcribitis æquam viribus,  
Et verſate diu, quid ferre recuſent, quid valeant humeri.  
Et illud Catonis.*

*Quod poteſt, id tentes, operis ne pondere preſſus,  
ſuccumbat labor, & fruſtra tentata relinquant.*

Item. *Quod poteſt, id tenta: nam littus carpere remis,  
Tutius eſt multo, quam velum tendere in altum.*

In hac inſigni vrbe alium collegium ſcolasticorum Hiſpanorū fundauit, ac inſtituit cardinalis Egidius de Albornos, prius archiepiſcopus Hiſpalenſis, poſterius Toletanus. Cuius dignam tanto viro hiſtoriam eleganter, candideq; ſcripſit Gineſius a Sepulveda Cordubęſis, vir eruditiſſimus, eiufdem collegij alumnus. Pro reliquis huius ciuitatis, quę innumera, et mirabilia ſunt, lectores relego ad hiſtoriam Sigonij commemoratam.

## LXI. DE PANE TRITICEO. D.

Neq; de tritico, neque frumento in ſcriptura ſacra ſit aliqua mentio ante vniuerſa terrę inundationem. De pane ſit ſæpe: ſed panis, autore

Nonio, a pascendo dicitur, & secundum diuum Augustinum lib. 1. locutionis de Genesi, & homilia. 4. de commendatione orationis dominicæ, per panem omnia ad victum pertinentia intelliguntur. Atque diuersa sunt panis genera, de quibus Plinius lib. 18. c. 11.

2 Isis Ægypti Regina, quæ & Ceres, frugum dea, dicitur, prima panis triticeï inuentrix fuit anno primo monarchiæ Zomeis, quinti Assyriorum monarchiæ, quo anno Noe obiit, auctoribus Beroso libro. 5. & eius commentatore Ioanne Annio. Quæ de re Diodorus lib. 1. & 2. refert, in Ægypto cuidam triumphali Isis columnæ ita inscriptum esse, Ego sum Isis, Ægypti regina, a Mercurio erudita, quæ ego legibus statui, nullus soluet. Ego sum Osiridis, scilicet & soror, & coniux. Ego sum prima frugum inuentrix. Ego sum Ori regis mater.

Tibullus quoq; canit.

*Primus aratra manu solerti fecit Osiris,*

*Et tenet am fertō sollicitauit bimum.*

*Primus in expertæ commisit semina terræ. &c.*

Fuit Isis filia Cam, neptis Noe, soror, & coniux Osiridis, Ægypti regina, a Mercurio Maiore erudita, prima legumatrix, ac panis triticeï inuentrix: docuit literas, & scientias Ægyptios.

3 Melchisedech, qui Set, siue Samus filius Noe fuit, sacerdosque Dei altissimi, pro primis inuentis in Palestina tritici panibus gratias egit Deo, & panem triticum, & vinum Deo in sacrificium offerri instituit, auctore Ioanne Annio super Berosum lib. 5. Viuebat enim tempore, quo Isis, & Osiris panem triticum inuenerunt. Vixit enim Set quingentos annos post vniuersale diluuium.

## LXII. DE MULIERIBVS. E.

1 Apud multos haudquaquam ineruditos male audit mulierum genus: eaque de re multa in ore omnium variis linguis prouerbia inculantur, quæ hic transcribere non oportet. Mulieres vituperat Bernardus de Buis lib. 9. p. 2. sermonum. 28. Baptista Carmelita egloga. 4. bucolicarum, Symphorianus. ca. 9. de bello medicin. Ægidius Romanus de regi. princip. libro. 1. p. 2. c. 18. Diuus Antoninus in. 3. p. theol. tit. 1. c. 25. Andreas Tiraq. in nona lege connub. Aluarus Pelagius libro. 2. de planctu ecclesiæ ar. 45. & Albericus in dictionario sub dictione Mulier. Guilhel'mus Rouirus lib. 3. de descriptione iustitiæ. cap. 11. et multialij vulgari sermone & Italo, & Hispano. Eas collaudant Plutarc. in opusculo de virtutibus mulierum, Cælius Rhodiginus lib. 13. lectionum antiquarum. c. 33. Textor. 1. p. officinæ, Cassianus diffusissime in catalogo gloriæ mundi. p. 2. a consideratione. 7. vsq; ad. 47. & Almerichus Bon-

chardus in apologia speciali. & plures tum Itali, tum Hispani propria, vernaculaque lingua. Atque in vtriusque partis confirmationem haud pauca sacrorum bibliorum loca adducuntur. Sed tu legito. ca. 25. & 26. Ecclesiastici.

Vicia, & virtutes hominibus sunt communes: in nemine autem naturam, sed vitium carpere oportet. Nimirum neque, quæ recte faciunt mulieres, culpo: neque, quæ delinquant, amo. Cæterum præsentis animo stote. Namq; quod animus est corpori, id viram oportet esse mulieri. At quemadmodum hominum vulgus sua vitia corpori imputat, cum ab animo proficiscantur: ita viri reiciunt in feminas, si quid ipsi delirauerint. Cui, vt ouum ouo, simile est illud Adami gen. 3. Mulier, quam dedisti mihi sociâ, dedit mihi de ligno, & comedi. Sententia præterea Hesiodi semper mihi placuit.

*Sors potior muliere proba non obtigit vnquam.*

*Vlla viro: contraque mala nil tetius vnquam est.*

### LXIII. DE EREMITIS. F.

Eremitarum primus fuit Paulus, cuius angelicam, mirandamque vitam eleganter scripsit diuus Hieronymus. Quæ nec lateret nos, solius Antonij abbatis testimonio ex diuina prouidentia mundo innotuit, vt & illius sanctitas, & huius auctoritas hoc vno argumento maxime commendaretur. Quidam autem altius repetentes, Eliam in lege scripta, et Ioannem Baptistam in euangelica primos eremitas autumant.

### LXIII. DE ALEXANDRIA. G.

Alexandria vrbs Ægypti, ab Alexandro Macedone anno ante saluatoris aduentum. 320. intra spatium septemdecim dierum cum sex milibus murorum partibus condita fuit, vt testatur Iustinus lib. 11.

### LXV. DE ÆGYPTO, ET ÆGYPTIIS. H.

In Ægypto nunquam pluit, sed Nili inundatione terra fecundatur. De excellentia huius fluminis legito Cælium Rhodig. lib. 27. lect. anti. c. 6. & Cassanæum in catal. gloriæ mundi. p. 12. cõsi. 18. Tempore Amasis regis Ægyptus vrbes habuit 20000.

Ægyptios, scribit Mercurius Trimeg. virtute quadam inenarrabili deorum confinxisse simulacra, vt articulata promerent vocem, necnon (vt nihil admirationi desit) progredierentur. Quod sane neque arti, neque scientiæ, sed magiæ vendicandum reputo.



- 3 Ægyptij omnium populorum vetustissimi, disciplinarumq; quamplurimum inuentores, rerumq; diuinarum, & siderum peritissimi dicuntur. De eorum sapientia compendiose scripsit Sixtus Senensis lib. 2. bibli. sanctæ verbo, Ægyptiorum sapiëntia. Sunt etiam astuti, calidissimi, versipelles, quod profequitur Cælius Rhodig. lib. 16. lect. antiq. c. 3.
- 4 Refert post Gellium Cælius Rhodig. lib. 18. lect. antiq. c. 1. Apud veteres Ægyptios furta omnia indiscriminatum fuisse licita.
- 5 De Ægyptiorum pyramidibus legitote Cassa. in catalo. glo. mun. p. 12. cõsi. 74. & Textorẽ in. 2. officinæ. p. sub tit. Septem orbis miracula.
- 6 Insignes viros, qui ex longinquis orbis terrarum regionibus in Ægyptum causa ediscendi commigrarunt, recenset Callanus in catal. glo. mundi. p. 12. confid. 16.

### LXVI. DE .S. CATHERINA SENEN. I.

Ludouicus Granatenlis in priori concionum tomo, quæ de quorundam præcipuis sanctorum festis annuatim ab ecclesia celebrantur, per quatuor integras conciones diue Catherinæ Senensis vitã, mores, virtutes, ac instituta satis superq; prædicat. Atq; in principio bullam canonizationis eius ad verbum refert.

### LXVII. DE DEO. L.

- 1 Cicero. 1. lib. de legi. Nulla gens est neq; tam immanis, neq; tam fera, quæ non, etiam si ignoret, qualem habere Deum deceat, tamẽ habendum sciat. Item lib. de Arusp. Quis est tam vecors, qui, aut quũ suspexit in cælum, Deum esse non sentiat?
- 2 Deum esse, notissimum quidem est: at quid sit, incomprehensibile. Simonides, quũ ab eo quæsiuisset Hiero, Syracusanorum quõdam tyrannus, quid, & qualis esset Deus? Deliberandi causa sibi vnam diem postulauit: quum idem ex eo post tridie inquireret, biduum petiuit: quum sæpius duplicaret numerum dierum, admirãsq; Hiero efflagitaret, cur ita faceret? Quia quanto, inquit, diutius cogito, tãto mihi res videtur obscurior, ac difficilior.

### LXVIII. DE AQUA. M.

De aquæ & necessitate, & vtilitate, & bonitate, & præstantia scribunt plenissime Cælius Rhodiginus lib. 27. lect. antiqua. multa capita, Callanus in catal. gloria mundi. p. 12. confide. 1. & 18. Petrus Mexia Hispalen. lib. 2. Syluz. c. 25. & 26.

## LXIX. DE APIBUS. N.

De apibus quamplurima vtilia, ac mirabilia scripsit Plinius lib. 11. a 5. vsq; ad. 20. caput.

Apes acrius, citius, ac vehementius eos adoriuntur, & pungunt, qui dudum stuprum commiserunt: tum quod munditiæ studiosissimi sunt: tum quod olfactu valent plurimum: libidinosi autem hirco foetere solent propter Veneris immunditiam. Plutarc. de præcep. conu. n. 46.

## LXX. DE ANATHEMATE. O.

Significationem propriam, & vsum verbi anathematis legito apud Couarru. in. c. Alma. 1. p. 5. 8. nu. 6. & seq.

## LXXI. DE CONSTANTINO IMPERATORE. P.

De lepra, ac baptismo Constantini magni imperatoris, deque donatione Italix, quam Syluestro papæ fecit, legito Melchiorum canum de locis theologi. lib. 11. c. 5. ad. 14. arg. & Didacum a Couarr. variar. resolut. lib. 4. c. 16. n. 8. qui sine cõtrouersia de eis accuratissime scripserunt.

## LXXII. DE AGRICULTURA. Q.

De agriculturæ laude, agricolarumq; privilegiis multi plena manu scripserunt, nouissimeq; Cassanæus in catalog. glor. mun. p. 11. confid. 37. & Polydorus. Virg. lib. 3. de inuent. rer. c. 1.

Primus agricola fuit Adamus, primaq; ars agricultura. Gene. 2. Tulit ergo dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodieret illū. Et Gen. 3. Emisit Dominus Adam de paradiso voluptatis, vt operaretur terrā: &c. Et post diluuiū. Gen. 9. Noe vir agricola cœpit exercere terram, & plantauit vineam, &c.

Aristot. 7. lib. polit. Optimus populus est, qui terræ cultius est.

Diodorus Siculus. lib. 3. Apud Indos, inquit, belli tempestate, quam hostes in præliis mutua cæde grassantur, cæterum agricolis nulla in re nocent, sed intactos relinquunt, tanquam communis vtilitatis ministris, &c.

Cælius Rhodiginus libr. 18. lect. antiq. c. 31. Indi Orientales agricolas post philosophos maximi faciunt.

Cicero. 1. offi. lib. Omnium autem rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius.

Diocletianus imperator, sceptro, ac purpura de positus, se contulit ad tranquillitatē rei rusticæ. Attalus rex, omissa regni administratione, hortos fodere cœpit, & gramina seminare.

- 8 Olim Delphicus Apollo Aglaum Psofidium cecinit omnium felicissimum, qui paruum quidem prædiolum colebat in Arcadiæ angulo.  
Virgilius lib. 2. Georg.

*O fortunatos nimium, sua si bona norint,  
Agricolas. Quibus ipsa, procul discordibus armis,  
Fundit humo facilem victum iustissima tellus.*

- 10 Horatius Epodon ode. 2. de vitæ rusticæ laudibus.  
*Beatus ille, qui procul negotiis,  
Ut prisca gens mortalium,  
Paterna rura bobus exercet suis,  
Solutus omni fœnore. &c.*

Idem Horatius libro primo epistolarum  
epistola ad Fuscum Aristium.

- 11 *Novisti ne locum potiore m rure beato?  
Est ubi plus tepeant hyemes? ubi gratior aura  
Leniat, & rabiem canis, & momenta leonis,  
Cum semel accepit solem furibundus acutum?  
Est ubi diuellas somnos minus inuida cura?*

Ovidius lib. 1. de remedio amoris.

- 12 *Rura quoq; oblectant animos: studiumq; colendi:  
Quælibet huic curæ cedere cura potest.  
Colla iube domitos oneri supponere tauros:  
Sautiet ut duram vomer aduncus humum.  
Obrue versata Cerealia semina terra:  
Quæ tibi cum multo fœnore reddat ager.  
Aspice caruatos pomorum pondere ramos:  
Ut sua, quod perit, vix ferat arbor onus.  
Aspice labentes iucundo marmure riuos:  
Aspice, tondentes fertile gramen, oues.  
Eccæ petunt rupes, præruptaq; saxa capellæ:  
Ut referant hæc vis ubera plena suis.  
Pastor inæquali modulatur arundine carmen:  
Nec desunt comites, sedula turba canes.*

- 13 Cum mercatorum quæstus sit periculosus, feneratorū inhonestus, opificum sordidus, sola ex agricultura, lucrū stabilissimum, honestissimumq; comparatur, minimeq; inuidiosum.
- 14 Quid colono excellentius, ac vtilius, conuenientiusq; sit, excolere vites, vel prata habere, aut grana ferere? Disputat post alios Cassianus in catalogo gloriæ mundi. p. 12. confid. 84.
- 15 Ex multis pauca hæc collegi, vt nostrates agriculturā minime contemnāt, despiciāt, illudant, nec ludibrio agricolas habeāt: sed pinguis- simam, vastissimamq; quam habent telurē, diligenter colāt, colonosq; honore, ac fauore afficiant. Terra nostra pinguis- sima, vastissimaque passim reperitur inculta: augetur in dies annonæ pretium, cuius penuria frequenter laboramus: quum ciuitatū plateas fucis, crabronibusq; refertas, & magnatum domos turmis famulorum, nihil agentium, constipatas videamus. Qua de re & iure sane non bene audimus apud exteros.

## LXXIII. TEMPORI PARERE. R.

Isocrates. Intempestiua vbiq; importuna.

Adagia. Temporibus seruire decet.

Aliam ætatem alia decet.

## LXXIII. NOSCE TE IPSVM. S.

Thales interrogatus, Quid est difficile? respondit, Se ipsum noscere. Quid facile? Alterum admonere.

## LXXV. NE QVID NIMIS. T.

Moderata durant. Medium tenere beati.

Medium sequere. Virtus in medio consistit.

Pallades. Mediocritas optimum quid.

Horatius.

*Virtus est medium, vitiorum vtrinq; redactum.*

Idem Horatius.

*Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines,*

*Quos vltra, citraq; nequit consistere rectum.*

Ouidius.

*Inter vtrunq; vola,*

*Medio tutissimus ibis.*

Martialis lib. 1. ad Flacum.

*Illud quod medium est, atq; inter utrunq; probatur,  
Nec volo, quod cruciat, nec volo, quod satiat.*

Phoclydes.

*Omniū modus est optimus, excessus vero malus.*

Cato.

*Quod nimium est fugito, paruo gaudere memento.*

Hesiodus.

*Mensuram serua, modus in re est optimus omni.*

Quidam.

*Cum media semper gaudebam ludere forma:*

*Maior enim mediis gratia rebus inest.*

Plautus in Penulo.

*Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus.*

Terentius in Andria.

*Apprime in vita hominis vtile est, vt ne quid nimis.*

Mediocritas existit inter excessum, & defectum.

Aristoteles lib. 2. Ethicorum. Facile non est attingere medium. Et lib. 4. Politicorum. Quanto magis aliquis accedit ad medium, tanto melius: & quanto magis distat a medio, tanto peius est.

## LXXVI. DE IGNE. V.

De igne inextincto multa ex antiquis refert historiis Cælius Rhodiginus lib. 15. lectionum antiquarum. c. 14. & 15. & Alexand. ab Alex. lib. 5. genialium lect. c. 12.

Ex Beroso lib. 3. Tythea vxor Noe, quæ etiã Aretia, & Esta vocatur, regina sacrorū fuit, & puellas docuit sempiternū ignem sacrorum inextinctū seruare. Vbi Ioannes Annius. Noe ignem primū cælestem collegit, scilicet a Solis radiis genitū, &c. & cum eo holocausta ab arca egressus, Deo optimo maximo obtulit: quem ipse, simul atq; eius vxor Tythea voluerunt a virginibus seruari, &c. Estam Iani, siue Noe vxorem Romani vocarunt Vestam, in cuius honorem a Numa Pompilio Romę Vestales virgines sunt institutæ: quarum potissima cura erat, vt ignem perpetuum conseruarent. Qui si forte per negligentiam fuisset extinctus, nequaquam alio ex igni reparare fas erat: sed accensa per fomites ex Sole flamma, purus, & cælestis ignis eliciebatur. Plura legitote apud Annum, Rhodiginum, & Alexandrum supra citatos.

Ex

Ex. D. Augustino lib. 21. de ciuit. Dei. cap. 6. Fuit quondam Veneris phanum, atq; ibi candelabrum cum lucerna, sub diu sic ardete, vt eam nulla tēpeſtas, aut imber extingueret: vnde lucerna inextinguibilis nominata eſt. In qua, vt. D. Auguſtinus ſentit de ciuit. Dei lib. 21. c. 6. ars humana aliquid de lapide Aſbeſto molita eſt. Aſbeſtus autem lapis eſt ferrei coloris, in montibus Arcadiæ naſcens, qui quum ignem non habeat propriū, tamen ſic ardet, vt non poſſit extingui: de quo Plinius lib. 37. c. 10.

## LXXVII. DE EQVO. X.

Equitandi vſum primū omniū inueniſſe Bellerophontem, filium Glauci regis Ephyræ, qui Troiano bello interfuit, aſſerit Plinius lib. 7. c. 56. cuiusq; meminit Homerus lib. 6. Iliad. Cæterum temporibus Iacobi, Abrahæ nepotis, qui Troicam pugnam plus quingentis annis antecēſit, fuerunt equites Gen. c. 47. & 49. & 50. Quamobrem equitandi vſus longe antiquior Bellerophonte eſt. De aliis, ad equorum vſum pertinentibus, legito Polydorum Virg. lib. 2. de inuent. rer. c. 12.

## LXXVIII. DE NINIVE. Y.

Niniuem, vel Ninam Aſſyriorū urbem, ad Tigrim fluiuium ſitam, a Nino Belli filio fuiſſe conditam, & ſuo nomine apellatam, concors ſcriptorum ſentētia eſt, Hieronymi in comm. ſuper. 2. c. Hoſeæ ſub illis verbis, Et erit in illa die, diui Auguſt. lib. 16. de ciui. Dei. c. 3. ac ibi Ludouici Viues, Textoris in offici. ſub tit. Conditores diuerſorum locorum, Diodori Siculi, qui de ea dicit, nullā poſtea urbem tanto ambitu, tantaq; magnitudine extructā. Altitudo murorū fuit pedum centū: latitudo, quæ tres curruſ iunctos caperet: ambitus quadrigentorū octoginta ſtadiorū: facie quadranguli: turres in muris mille, & quingentæ. De huius ciuitatis fundatione fit mētio Gen. 10. & de eius amplitudine Ionæ. c. 3. his verbis. Niniue erat ciuitas magna Dei, itinere triū dierum. Quo loci Hieronymus, Niniue erat ciuitas magna, & tanti ambitus, vt vix trium dierum poſſet itinere circumiri. Quam in prologo eiſdem Ionæ idem Hieronymus aſſerit, regnante apud Hebræos Iofia, & Aſtiage rege Medorum, fuiſſe ſubuerſam. Legito Franciſcum de Ribera ſuper Nahum cap. 2. vbi de ſubuerſione Ninie ſatis ſuperque diſputat. Hanc urbem reputo ambitus prolixitate reliquas totius orbis antecellere. Nanque Babylon illa magna, tametſi magnificentior, mirabilior, ac magis ſumptuoſa fuerit, haud quaquam tanto murorum ambitu ſecundum communem ſcriptorum fidem cincta fuit.

## LXXIX. DE CRUCE. Z.

1 **A**egyptij pectori statuae Serapidis, illorum maximi Dei, crucem sculpebāt, eaq; vitam futuram, significabāt, ex Cælio Rhodig. lib. 10. lect. anti. c. 8. Vbi etiam dicit fuisse in adoratione veterum crucis figuram summe religiosam. Quoniam in supplici veneratione dum ori dexteram admouerent, indicem super pollicem residentem, quod a Christi- colis sæpe fit, ex osculabantur.

2 **A** principio ecclesie ita vsu venit, vt nostri Christiani initium cuius- cunq; rei agendæ a signo crucis facerent, quod Tertulianus in lib. de militis corona perspicue demonstrat, & Abdias de vitis apostolorum.

3 **E**usebius lib. eccles. hist. 9. autor est, Constantinum imperatorem eo die, quo cum Maxentio ad pontem Miluium cōfluxit, sereno, puroq; cælo crucem vidisse, eamq; coluisse, ac audiuisse supernæ vocem, Con- stantine in hoc signo vinces. Quod ita euenit: &c.

## LXXX. DE MEMORIA. AA.

**T**hemistocles tanta fuit memoria, vt Symonidi, artem memoriæ pollicenti, dixerit, se malle artem obliuionis, quod etiam meminisset, quæ nōllet: & obliuisci non posset, quæ vellet. Autor Cicero. libr. 2. de Finibus.

LXXXI. DE B. IGNATIO MAR-  
TYRE. BB.

**C**um a beato Ignatio martyre, qui inter crudelissima tormentorum genera nunquam ab invocatione nominis IESV Christi cessabat, tortores inquirerent, cur toties illud nomen replicaret? ipse respondit, Quia hoc nomē cordi inscriptum habeo. Quod post eius mortem vo- lentes quidam curiosius experiri, cor a corpore euulserūt, & illud me- dium sciendentes in eo inscriptū nomen Iesus Christus literis aureis in- tenerunt, ex. D. Antonino. 1. p. tit. 7. c. 1. §. 11. Similia exempla inuenie- tis annotationibus. 122. & 127. vtrobiq. nu. 10.

## LXXXII. DE AMICITIA. CC.

**Q**uam plurimi de amicitia satis superque conscripserē, per quorū scri- pta, velut per campos apicula, circūuolitans, ex vno quoque va- rios, ac selectos flores quali in fasciculum confuse, & permixte col- legi, quibus hanc paginam spargere placuit.

Pythagoras. Amicus alter ego.

D. Dio-

D. Dionysius Areop. Amor habet vim quandam vnitivam.

Aristoteles rogatus quid esset amicus? Vnus, inquit, animus in duobus corporibus.

Amicitia est animorum coniunctio.

Coniunctio animi maxima est cognatio.

Idem velle, & idem nolle, ea demum firma est amicitia.

Amicitia æqualitas.

Euripides. Communis est omnis amicorum dolor.

his omnibus congruunt verba Christi apud Matth. 25. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, &c. vsq; ad finem capitis.

Amicus magis necessarius quam ignis, & aqua: atq; ideo amicus a Latinis dicitur necessarius.

Cicero. Sine amicorum benevolentia neque in aduersa, neq; in secunda fortuna quisque viuere potest.

Plutarchus. In vtraque fortuna læta res amicitia est.

Cicero. Nulla potest esse incunditas, sublata amicitia.

Vbi amici ibi opes. Apud Cythas, auctore Luciano, is habebatur ditissimus, qui certissimos, & optimos haberet amicos.

Cicero. Nihil est tam naturæ aptum, tamque contentens ad res vel secundas, vel aduersas, quam amicitia.

Pindarus. Perit honos homini, amicis orbaro.

Ecclesiastici. 6. Amico fideli nulla est comparatio.

Solon. Amicum ne temere rescipito.

Plutarchus. Vt numum exploras, num sit adulterinus, priusquam eo sit opus, sic amicus probandus est, antequam eo sit vtendum.

Vt prægustatur cibus in mensis principum, sic amicus prægustandus est, antequam coartaris.

Cicero. Digni sunt amicitia, quibus inest causa, cur diligantur.

Improbam virum nunquam facias tibi amicum.

Pericles. Amicus sed vsque ad aras.

Cicero libro de amicitia. Hæc igitur prima lex in amicitia sanciat, vt neque rogemus res turpes, nec faciamus rogari.

Amicus Plato, sed magis amica veritas.

Anacharsis. Potior est vnus amicus insignis, quam multi vulgares.

Neque nullis sis amicus, neque multis.

Cleobolus. Amicis beneficiis foue, quo fiant amicitiores: inimicis bene fac, quo fiant amici.

Diog. Cani. aiebat, manus amicis nō esse porrigēdas cōplicitis digitis.

Cum amico non certandum amulatione.

Amicitia immortales esse debent, mortales inimicitia.

Amicorum est admonere se mutuo.

Secreto admonere amicos, palam laudare.



Terentius. *Obsequium amicos, veritas odium parit.*

Plutarchus. Qui in rebus leuiculis acriter obiurgat amicum, perinde facit ac medicus, qui amarissimū pharmacum, ac sumptuosum leuissimis morbis passim admouet.

Nouos parans amicos, ne obliuiscare veterum.

Cicero. Amicis non est vtendum vt floribus, tandiu gratis, quādiu recentibus.

Seneca. Amicos res prosperę parant, aduersę probant.

Sunt nonnulli amici, vt hirundines, quę pro ratione temporis aduolant, & deuolant. Consule Plutarchum in opusculo, quo pacto dignoscas adulatorē ab amico.

Ennius. *Amicus certus in re incerta cernitur.*

Vt ignis aurum, ita tempus arguit amicum.

Viri infortunati procul amici.

Felicitas multos habet amicos.

Felicibus cognatus est vel quilibet.

Aristoteles frequēter habebat in ore, multos esse amicos nomine, paucissimos, aut nullos re.

Lingua amicus.

1. Ioannis. 3. Non diligamus verbo, neq; lingua, sed opere, & veritate.

Passim habentur amici, qui petant: qui dent, per pauci.

Feruet olla, durat amicitia. Amicus mensa.

Qui, reiectis cognatis, peregrinos ascicit amicos, perinde facit, ac si quis, amputato pede carneo, ligneū pedē sibi addat. Ex Plutarcho.

Textor in secunda officinę parte sub titulo speciali amicos artissimos commemorat.

Damon, & Pythias, Pythagorę cōdiscipuli artissima inter se amicitia coaluerunt. Nam cū alterum eorum Dionysius Syracusanus interficere vellet ob suspicionem prodicionis, alter se mortis vadem prestare non dubitauerit, tantisper dum is, qui rapiendus erat ad supplicium, reuertetur a componendis rebus domesticis. Quum autē adesset hora morti destinata, & iam obses proximus esset supplicio, vnusquisque stultitię tam temerarium sponforem damnabat. At is nihil de fide amici dubitare prædicabat. Eodem autem momento, quo supplicium tyrannus indixerat, qui discesserat, superuenit, obsidem liberaturus. Tunc admiratus tyrannus, efflagitauit vt ipse ab iis in amicitiam reciperetur.

Non minora beneuolentię indicia præstitit Seruius Terentius Decio Bruto. Namque cum Antonius spiculatores misisset, qui Brutum interficerent, Seruius Terentius, vt eum a morte liberaret, seipsum interfectoibus obtulit, nomen Bruti mentitus. Re tamen cognita, Terentium dimiserunt incolumem, tracto ad supplicium Bruto.

## LXXXIII. DE FRATERNA CARITATE. DD.

1 Beatus Ioānes euangelista cum Ephesi moraretur vsque ad vltimam senectutem, & vix inter discipulorum manus ad ecclesiam referretur, nec posset in plura vocem verba contexere, nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc, Filioli diligite alterutrū. Tandem discipuli, & fratres, qui aderant, tædio affecti, quod eadem semper audirent, dixerunt: Magister quare semper hoc loqueris? Qui respondit dignam Ioanne sententiam, Quia præceptum Domini est, & si solū fiat, sufficit. Ex diuo Hieronymo in comm. maioribus epistolæ ad Galatas capite. 6.

2 Ioannis. c. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis.

Ad Roma. 13. Qui diligit proximum, legem impleuit.

## LXXXIIII. DE PECVNIA. EE.

1 De pecunia, & numis curiose nimis, & copiose scripserunt Cælius Rhodiginus lib. 10. lect. anti. c. 2. & Alex. ab Alex. lib. 4. dierum genia. c. 15. & Cassançus in catalogo gloriæ mundi. p. 12. confid. 54. ac alij plures, quos Couarruu. in princi. tract. de veterū collatione numismatum citat.

2 Numorum vsus a Troianis temporibus cœpit secūdam Homerum. Lydi aureum, & argenteum numum, cum tunc nullus esset, primi inuenisse traduntur a Xenophane, & Herodoto lib. 2. Tametsi Aeginæ argentum primum signatum nonnulli credant. Alij, quorum est Strabo libro. 8. ex argento numos a Phædone Argiuo primum inuentos apud Eleos putant. Septimius Florenus in apologetico post alios scribit, Saturnum regem numos signasse primū: atque ideo etati præidem creditum. Hic Saturnus Iani, qui & Noe dicitur, filius fuit, auctore Ioāne Anno super Berosum, & aureo illo antiquissimo seculo regnavit in Latio. Macrobius vero lib. 1. Saturnalium affirmat, Ianum, qui Noa, siue Noe a Beroso dicitur, in honorē Saturni filij, vita defuncti, qui a Beroso Sabatius nominatur, iussisse, omnem Italiam appellari Saturniam, & cum æra signaret, ratem, qua a Ponto Saturnus in Italiam nauigarat ex vna parte, eiusque faciem ex altera impressisse. Noe itaq; post linguarum confusionem, & gentium per colonias in diuersas orbis partes diuisionē, es signauit primus, atq; id ipsum filios, & posteros simul cū pluribus alijs, ad bonum pertinentibus regimē docuit. Noe etenim vixit post aquarum inundationem trecentis quinquaginta annis Gen. 9. & linguarum in turris ædificatione confusio accidit anno primo supra

centum, & triginta post diluuium secundum Berofum: tamen si Suidas, & D. Isidorus dissentiant. Post linguarum autem confusionem gentes per colonias in diuersas orbis partes diuise sunt gen. 11: atque ita a tempore turris, Babiloniæ ædificatæ, usque ad Noe mortem intercurrerunt. 220. anni, in quibus pro contractibus, & rerum commerciis inter gētes & loco, & sermone diuersas, monetæ vsus admodum erat necessarius. His accedit, quod tēporibus Abrahæ, qui viuente Noe, natus est, iam erat signatum argentū, gen. c. 23. Abrahā appendit pecuniā, quam Ephron postulauerat pro pretio agri. Audiētibus filiis Hech, quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ. Et. c. 20. Abimalech Saræ dixit, Ecce mille argēteos dedi fratri tuo Ahrahamo, &c. Ante diluuiū quoq; legimus apud Iosephū Iudeū, Caim, Adami primi hominis filiū, anxie in cumuladas pecunias incubuisse. Hactenus de pecuniæ inuētoribus.

- 3 Ecclesiastes. 10. Omnia obediunt pecuniæ.
- 4 Sap. 7. Sicut protegit sapientia, sic et protegit pecunia.
- 5 Quidam poeta. *Numus honoratur, sine numis nullus amatur:  
Numus ubi loquitur, Tullius ipse tacet.*
- 6 Horatius. *Et genus, & formam regina pecunia donat.*
- 7 Philippus, Macedonum rex, dicere solebat, nullā prorsus videri inexpugnabilem arcem, in quam onustus auro asellus ascendere posset.
- 8 Veres dicebat, nihil esse tam sanctum, quod non violari, nihil tā munitum, quod non expugnari pecunia posset.
- 9 Aristoteles, pecuniam, veluti alteram hominis animam, esse, scripsit: cuius sententiam vsurpauit Hesiodus.
- 10 Apollinis oraculum Philippo regi, consulenti, quo pacto posset victoria potiri, respondit: Argenteis pugna tellis, atq; omnia vinctes.
- 11 Pecuniosus damnari non potest. *Adagium est.*
- 12 Poeta quidam. *Sparsi redemerunt crimina numis.*
- 13 Pecunia, quæ provenit ex agricultura, nimium laudabilis est, secundum Blondum de Roma triumph. lib. 8.
- 14 Apud Balneares fuit in more, vt omnem auri, aut argenti materiā excretati, nullius generis numos ad se afferri sinerent. Et de Carmanis, & Bumbicatis, qui in Tigri sunt, memorix proditum est, vt omnia metalli genera coemētes illa in profunda terrarū, & abditas solitudines suffodiānt, ne pecuniæ commercio enervaretur animi indoles, ingeniq;.
- 15 Ab oraculo responsum est Alchmeno, & Theopōpo, Sparte regibus, tunc demum vincendos esse Lacedæmonios: cum aurum, & argētum in pretio cœperint habere.
- 16 Ecce gentiles omnes eundem & diuitiarum, & inferorum deum coluerunt: quoniam nisi me mea mens fallit, diuitiæ perperam vel acquiruntur, vel expenduntur, vel detinentur.

17 Cicero lib. 1. officiorum. Male enim res se habet, quum quod virtute effici debet, tentatur pecunia.

18 Valerius Maximus lib. 4. Nihil eorum, quæ virtuti debentur, emere pecunia licet.

19 Cassiodorus de dilectione Dei. c. 5. Pecunia cum labore acquiritur, acquisita cū timore seruetur: & eadem cum dolore grauissimo amittitur.

20 Dis, diuitiarum Deus, a Luciano claudus fingitur in accessu, in recedendo autem alatus: quod diuitiæ longissimo tempore paratæ, nisi caute dispenses, quam velocissime elabuntur.

21 Cato. *Vtere questis modice, cum sumptus abundat.*

*Labitur exiguo, quod partum est tempore longo.*

### LXXXV. DE HISTORIÆ UTILITATE. FF.

1 Referunt, Cadmū, Agenoris Phœnicū regis filiū, primū apud Græcos historiā inuenisse, prolaicāq; orationē inuicem, Suidas, & Plinius lib. 7. historiæ naturalis. c. 56. Floruit Cadmus tēporibus & Cecropis septimi regis Atheniēsis, & Arquisiij vltimi regis Argiuorū, iudicante Delbora apud Hebræos longissime post Moysem: qui circa annum 1500. ante Christi aduentū vixit, & inter Hebræos primus historiā scripsit.

At liber Iob, qui historialis est, longe ante Moysem fuit scriptus, vt lib. 30. disputationum disputatione prima demonstrabimus.

Iosephus quoq; primo lib. cōtra Appionē sentire videtur, Ægyptiorum, & Baby loniorū sacerdotes, quibus id muneris solis iniunctū erat, annales suorum regnorum etiam ante Moylis tempora scriptitasse.

Præterea non multo post vniuersale terræ diluuiū, quin potius ante, publica rerū gestarū memoria lapideis columnis priscarū literarum notis insculpta fuit. Nā filij Seth longe ante diluuiū, vt refert Iosephus. 1. antiqui. li. & Noë, si Beroso lib. 3. credimus, cū primū ab arca fuit egressus, ac Isis Ægypti regina, Noe neptis, autore Diodoro. 1. & 2. li. nec non Semiramis Assyriorū imperatrix, vt Xenophon in æquitocis commemorat, columnas quasdam historicas erexerunt, in quibus nonnulla memorabilia, vt posteris innotescerent, literis inciderunt.

2 De historiæ antiquitate, diximus: de cuius & utilitate, & laude plures conscripserūt, & nouissime Cassan. in catal. glo. mūd. p. 10. consid. 46. Melchor Canus de locis theologicis lib. 11. Petrus Mexia Hispalēsis, in prologo imperialis historiæ, Camalloe latissime li. 1. historiæ Hispaniarum per quatuor prima capita. Polyd. Virgil. lib. 1. de inuent. rer. c. 12.

3 Aristoteles. 1. Rhetoricorum tradit, cognitionem historiarum utilissimam esse ad bonam reipublicæ gubernationem.

4 Alexander Seuerus Romanus imperator de grauioribus vel belli, vel pacis negotiis historiarum peritissimos consulebat.

5 Demetrius Phalerus, vt Plutarcus refert, Ptolemæum regem admonerat, vt historias perlegeret.

- 6 Alfonso huius nominis quintus, Aragoniæ rex, magnanimus cognominatus, dicere solitus est, optimos sibi consiliarios ad omnia esse historiarum libros.
- 7 Cicero. 1. lib. de oratore ait, Historia sola est testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, & magistra vitæ, &c. Idem, Nihil earum rerum scire, quæ antequam nasceris, factæ sunt, hoc est semper esse puerum: cognocere vero res gestas, antiquitatum, exemplorumq; memorabilium habere notitiam, vtile, decorum laudabile, ac prope diuinum est.
- 8 Est ne, aut fuit vnquam vllus, historiarum ignarus, eruditus iudicatus? Historiographi vbi vis gētium magno pretio habiti sunt: aliarum autem disciplinarum professores non ita.
- 9 Historiographi officium est vera narrare, breuitati studere, seriem temporū obseruare, geographiā calere, æquiocatione nō decipi, &c.

### LXXXVI. DE PRIMO SCRIBENDI VSV. GG.

De primo vsu scribendi apud Priscos, etiam per notas, id est cifras, & quando primum inuenta charta, & membrana, scribit Polydorus Virgilius lib. 2. de inuent. rerum. c. 8.

### LXXXVII. DE NUMERIS, PONDERIBVS, ET MENSVRIS. HH.

- 1 Quis primus inuenerit numeros, pondera, & mensuras, referunt Plinius lib. 7. historiæ naturalis. c. 56. & Polydorus Virgilius lib. 1. de inuentoribus rerum. c. 19.
- 2 At Iosephus. 1. antiquitatum dicit, Caim Adami filiū mortalium omnium primū mensuras, & pondera inuenisse, instituisseq;. Legito Gen. 6. vbi ante vniuersalem terrę inundationem de ponderibus, ac mensuris agitur. Numerorum autē inuentricem fuisse Mineruam, affirmat Lilius, alij Mercurium. Verum enim Gene. c. 4. alloquēs Deus Caim, ait. Omnis, qui occiderit Caim, septuplum punietur. Quamobrem Adamum fuisse primū numerorū inuentorē, institutoremq; arbitror.

### LXXXVIII. DE HOMINE. II.

- 1 Psal. 8. Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis: gloria, & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manū tuarum. Omnia sibiiecisti sub pedibus eius, &c.

2 Picus Mirádulanus in oratione, in cœtu Romanorum per eum reci-  
tata, dicit legisse in monumētis Arabum, Abdalam Sarracenum inter-  
rogatum fuisse, quid in hac mundana scena admirádum spectaret? Qui  
nihil homine admirabilius spectandum, respondit.

3 Cicero lib. 3. de natura deorum. Omnium animantium formam viu-  
cit hominum figura.

4 Aristoteles. 8. phisico. Homo dicitur minor mundus.

5 Cicero de legibus. Animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum,  
memor, plenum rationis, & consilij, quem vocamus hominem, præ-  
clara quadam conditione generatum est a supremo Deo. Idem libro 3.  
officiorum. Homo autem, qui rationis est particeps, per quam conse-  
quentia cernit, principia, & causas rerum videt. &c. Et libr. 2. de fini-  
bus bonorum, & malorum. Homo ad duas res, vt ait Aristoteles, in-  
telligendum, & agendum est natus, quasi mortalis Deus. Item libr.  
2. de natura deorum. Deus homines humo excitatos, cellos, erectos  
constituit, vt deorum cognitionem, cælum intuentes, capere possent.

6 Ouidius. 1. metamor.

*Pronaq̃s cum spectent animantia cætera terram,  
Os homini sublime dedit, cælumq̃ videre  
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.*

7 Aristoteles lib. 1. de animalibus. Omne animal, habens aures, habet  
ipsas mobiles præter hominem.

8 Idem lib. 3. & lib. 19. de animalibus. Homines tantum canescunt, &  
non alia animalia.

9 Iob. c. 14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur  
multis miseriis. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut  
umbra, & nunquam in eodem statu permanet.

## LXXXIX. DE CIVITATE. LL.

1 Inter profanos scriptores, quis urbem primus ædificauerit, non con-  
uenit. Alij Cecropem, prium Atheniensium regem, volunt, vt refert  
Plinius libr. 7. suæ historię. c. 56. qui eam extruxit, quæ postea atx est  
Atheniensibus, & prius erat Cecropia. Cecrops autem regnare cœpit  
anno ante Christi aduentum secundum Hebræorum computationem  
sexto supra millesimum sexcentessimum. Strabo Argos primū a Pho-  
roneo, Inachi filio, & secundo Argiuorum rege, dicit conditos. Phoro-  
neus vero regnum auspiciatus est anno ante Christi aduentum iuxta  
memorata computationem. 1811. Ægyptij omnium antiquitatem ad  
se trahunt, & Diospolim ab Oñri, e: Ilide conditam, omnibus ciuitati-  
tibus antiquiorem æseuerat. At Oñris incepit Ægypto imperare anno  
ante Christi aduentum secundum eandem computationem decimo

nono supra duo millia. Sunt etiam, qui affirmant, Sicionem in Achaia, siue Peloponneso ante omnes alias ciuitates fuisse ædificatam ab Ægialeo, primo illius rege, cuius regnum anno ante Christi aduentum secundum prædictam computationem quadragesimo sexto supra bis mille inchoatum est. Verum enim Nemrod anno post vniuersæ terræ diluuiū, 131. secundum Berosum li. 4. Babylonē primam orbis terrarum post diluuium ciuitatē ædificauit, de quo fit mentio. Gen. 10. At Ioānes Annius super. 2. libr. Berosi ait: Prima vrbs post vniuersæ terræ inundationem dicta fuit Sagalbina, ad Araxim fluum condita, vbi Noe cum sua familia de arca egressus primo confedit: atque idem sentire Diodorum, affirmat.

- 2 Postremo Iosephus, Henochiam omnium ciuitatum esse vetustissimam affirmat: quam Cain, Adami filius in prima mundi ætate condidit, murisque cinxit: de qua sermo habetur Genes. 4. his verbis: Cain ædificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij sui Henoch. Consentit Berosus, libr. 1. dicens, hanc urbem fuisse circa Libanum conditam, vbi late Ioannes Annius de ea disserit. Fuit quoq; Ioppe ciuitas Palestinae ante vniuersæ terræ inundationem constructa, vt tradunt Plinius lib. 5. c. 43. & Solinus in collectaneis.

- 3 Quarundam ciuitatum laudes legitote apud Cassanæum in catalogo gloriae mundi. p. 12. consil. 60. excellentias & memorabilia in libro, cui titulus est, Ciuitates orbis terrarum: nonnulla alia ad rem pertinentia apud Polydorum Virgilium lib. 3. de inuent. rerum. c. 9.

- 4 In secunda historiae Chinae par. c. 23. refertur, in illo amplissimo regno esse ciuitatem Lanchim nuncupatam, quæ a porta in portam, diametro oppositam, iter trium dierum habet, & in murorum ambitu 280. miliaria.

## X C. DE XERXE. M M.

- 1 Xerxes, decies septies centenis millibus hominum per totum quinquennium contractis, Græciæ bellum intulit. Quam tantam hominum turbam cum ex altiore specula aspexisset, teneriter fertur lacrymasse, quod post centum annos ex tanto hominum numero nemo esset superfuturus. Tantum autem habuit nauium apparatus, vt totum Hellespontum operiret, & Asiam Europæ ponte coniungeret. Numerus enim nauium fuit secundum Herodotum in Vrania tria millia. Athon præterea montem, teste Plinio libr. 4. capit. 10. a continente abscidit. Is victus demum apud Thermopylas a quatuor hominum millibus duce Leonida: nauale quoque certamen cum Themistocle tentauit, a quo similiter apud Salaminem superatus, quum antea totum mare clafè sterneret, vix paruula cymba effugit, relicto Mardonio Præfecto, qui & ipse

ipse re in Bœocia infeliciter gesta, cum paucissimis in Persidem se recepit. Demum quum se otio, sollicitudineque, relicta militis, tradidisset, præmium, genus luxuriz nouum inuenientibus, proposuit, vt scribit Valerius. At nō minori miraculo proditur, tātas copias ab vno Pythio Bithyno epulo exceptas magnifice, frum etoq; vestibus, ac viatico adiutas. Quæ autem flumina, a tot millibus Persarum epota, Xerxi non sufficerint, hæc præcipue traduntur: Scamander, & Onochonus in Thessalia: Simois in Phrygia: Chydorus in Bœocia: Lyfus in Samothracia: Mænala iuxta Hellespontum in Lissymachia. Addit Herodorus lacum in sinu eodem triginta stadiorum: quem sola iumenta Persarum, quum aqua subsalsum saporem habeat, & potui in salubris homini sit, paucis diebus exsiccauerit. Fere omnia ex Herodoto, & Alex. ab Alex. libr. 6. dierum genialium. c. 25. & Calepino. v. Xerxes.

## XCI. DE ORACVLIS. NN.

- 1 Faunus, Latini pater, antiquissimus Aboriginum rex, qui regnare cepit in Latio anno ante Christi aduentum 1434. auctore P. Robo grammatico, primus Fani, id est, oraculi, vbi responsa a diis dabantur, conditor fuit. Verum enim longe antea oraculum Apollinis Delphicum cōstructum fuisse, arbitror: & mecum sentit Alexander ab Alex. libr. 6. dierum geniali. c. 2. Apollinem namque cæca gentilitas vaticinij præsidem putabat, habebatq;. Atque Apollini Delphis templum a Cecrope primo Atheniensi rege, ædificatum fuit: qui Cecrops. 200. fere annis sanum anteuixit. Consule. D. Antoninum. 1. p. histori. tit. 2. c. 4. prope finem.
  - 2 Delphici oraculi originem Diodorus in vita Philippi, & Ludouicus Viues super. 4. lib. de ciuitate Dei. c. 11. describūt. Maxima, ac celeberrima gentium oracula commemorat Alexand. ab Alex. libr. 6. genial. dierum cap. 2.
  - 3 Oracula iam diu ante Ciceronis ætatem sensim filere cœperant, vt ipse libr. 2. de diuina. testatur. Plutarchus deinde opusculum scripsit, Quare oracula desierint. Imperate vero Adriano, nefariis hominū immolationibus vbique gentium sceleratis, antiqua Delphici Apollinis, & Ammonis, aliorumq; vanorum deorum oracula penitus muta extiterunt. Polydorus Virg. lib. 5. de inuent. rerum. c. 8.
- De oraculis quamplurima referuntur in theatro vitæ humane lib. 1.

## XCII. DE PATRIA. OO.

De pietate in patriam quamplurima accumulauit exempla Textor in sua officii. sub titulo, Pietas in patriam & auctor theatri vitæ humane lib. 43.



Natura ita comparatum est, vt patriam suam, qualiscunque est, quisq; laudet, extollat, prædicet, sicuti etiam facit Vlpianus iuris consultus in. l. 1. in prin. ff. de censu. Aues, per aera vagantes, proprios nidos amant: erratiles feræ ad cubilia dumosa festinant: pisces muti cauernas suas perquirunt. & c.

3 Plato nullam in terris maiorem esse caritatem arbitratus est, quam quæ cum patria est vnicuiq; nostrum.

4 Cicero in quæstione Tusculana de contemnenda morte. Dulce enim est pro patria mori. Et lib. 3. de finibus, Decet cariorem esse patriam nobis, quam nos metipsos. Et lib. 3. de offi. docet, patriæ salutem anteponendam saluti patris. Et lib. 1. offi. ait, Cari sunt parètes, cari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omniû caritates patria vna complexa est: pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus?

5 Patria sua cuiq; iucundissima. Patriæ fumus igne alieno luculentior

6 Ouidius lib. 1. de ponto eleg. 4.

*Nescio, qua natale solum dulcedine cunctos  
Ducit, & immemores non finit esse sui.*

7 Idem.

*Dulcis amor patria, quo non præstantius vllum.*

Euripides in Phœnissis.

8 *Patria, vt decet carissima mortalibus:*

*Neque enim exprimere possum, quam cara.*

9 Gillus exul Tarentinus, quum Persarum exploratores, a pyratis captos, pecunia sua redemisset, & ad Darium reduxisset, iussus eo nomine petere, quidquid vellent, hoc vnum petiit, vt regis opera in patriam reduceretur. Herodot. lib. 3.

10 Thrasibulus, cum Atheniensium urbem triginta tyrannorum teterrima dominatione liberare cuperet, paruaq; manu maxime rei molem aggredieretur, & quidam e consociis dixisset: Quas tandem tibi Athenæ per te libertatem consecuta gratias debebunt? respondit: Diis faciant, vt quantas ipse illis debeo, videat retulisse. Quem affectum inclytum destructæ tyrannidis opus laude cumulauit. Valeri. Maxi. lib. 5. c. 6. Platina. de optimocine.

11 Lacæna quædam filios, quos habebat quinque, postea quâ in bellum emiserat, ante suburbium stabat, expectans belli exitum. Vt accessit quispiam nuntians, filios illius omnes occubuisse. Non istuc, ait, percontabar, sed quid de patria ageretur? Is cum respondisset: a patria sterisse

stetisse victoriam: Libenter igitur, inquit, accipio filiorum interitum Plutarch. in Lacon.

63 Demosthenes, quum ab Areopagitis damnatus, elapsus e carcere fugeret, & hand procul ab vrbe obuios habuisset aliquot diuersæ factionis homines, primum abdere sese voluit: sed quum illi, nominatim Demosthenem appellâtes, iuberent esse bono animo, & viaticum in super offerrent, grauer ingemuit, dicens: Qui possum hanc urbem relinquere, in qua tales habeo inimicos, quales amicos vix in alia sum inuenturus?

93 Cassiodorus super illud Psalm. 136. Super flumina Babylonis, &c. Nimis dulcis est recordatio patriæ. De loco enim peregrinationis proprii domicilij crescit affectus.

14 Socrates rogatus cuius esset? Mundanus respondit. Idemq; responsum dedit Diogenes Caninus.

Menander. Bene enim agenti omnis terra patria.

15 Patria ibi est, vbi bene.

16 Anaxagoras cuidam, ipsum cõpellanti, Nullane tibi cura patriæ est? dixit: Michi patriæ cura, & quidem summa est, digitum in calum intendens.

### XCIII. DE ANCHORIS. PP.

Tyrtheni anchoram inuenerunt. Eupalamis eandem fecit bidentem. Quod inuentum quidam, auctore Strab. lib. 7. Anacharsidi ascribunt, qui inuenit harpagonas, quibus in nauali prælio naues apprehenduntur.

### XCIIII. DE SCIENTIARVM GRADATIONIBVS. QQ.

Scientiarum gradationes vetustissimæ sunt, vt per totum titulum de professoribus, & medicis lib. 10. C. videre licet. Earumq; initium me hætenus latet. Non enim apud Gentiles solum, vt Viciess putauit, cuius error refertur conc. Constan. sess. 8. artic. eius damnato. 29. sed apud Iudæos olim ante Christi aduentum fuerunt & doctores, qui vocabantur scribæ, & magistri, qui curam habebant docendi populum, vocitati rabbini.

### XCV. DE APOSTOLIS. RR.

Numerus Apostolorum duodenarius plurimis scripturarum diuinarum figuris mirabiliter præsignatus fuit. Primum per duodecim filios Iacob.

M iij Genes.

Gene. 37. & 42. Secūdo per duodecim fontes aquarum, quos in deserto Elim inuenerunt filij Israel Exodi. 15. & Num. 33. Tertio per duodecim lapides pretiosos, quos apponi ad vestem Aaron Dominus præcepit Exodi. 28. Quarto per duodecim principes electos, singulos ex singulis tribubus Israel Iosue. 3. Quinto per duodecim durissimos lapides, quos poni præcepit Iosue in castrorum loco, vbi tentoria fixit, Iosue. 4. Sexto per duodecim propositionis panes, qui mensæ coram Domino superponebantur, Leui. 24. & Exodi. 25. Septimo per duodecim exploratores, quos misit Moyses ad considerandam terram, quam daturus erat Deus filiis Israel. Num. 13. Octauo per duodecim boues, qui sustinebant mare æneum. 3. Regum. c. 7. Nono per duodecim præfectos, quos constituit Salomon super omnem populum Israel. 3. Regum. c. 4. Decimo per duodecim lapides, ex quibus Elias ædificauit altare Domino. 3. Regum. c. 18. Vndecimo per duodecim viros fortissimos, qui ex exercitu Dauid singulari certamine superarunt alios duodecim ex exercitu Isboseth. 2. Regum. c. 2. Duodecimo per duodecim leucuculos, stantes super sex gradibus throni Salomonis. 3. Regum. c. 10. Decimo tertio per duodecim sacerdotes, quos ex principibus sacerdotum selegit Esdras ad custodiendos, & asportandos in Hierusalem thesauros Domini lib. 1. & 3. Esdræ. c. 8. Decimo quarto per duodecim arbores, variis fructibus grauatas, & a Domino præparatas in Ecclesiæ adiutorium. 4. Esdræ. c. 1. Decimo quinto per duodecim alas aquilæ, de quibus Esdras lib. 4. c. 11. Decimo sexto per duodecim stellas fulgentes in corona sponsæ, scilicet Ecclesiæ, Apoca. 12. Decimo septimo per duodecim portas ciuitatis Hierusalem, quas vidit Ioannes Apocal. 21. Decimo octauo per duodecim fundamenta supernæ ciuitatis, in quibus nomina Apostolorum erant sculpta Apoca. 21. Decimo nono per duodecim cælestia signa.

### XCVI. DE GRATIA. SS.

Vtrum de gratia, gratum faciente, sit diuinum præceptum? partem quæstionis affirmantem tenet Marsilius in .2. sent. lib. q. 18. art. 2. negatiuam demonstrat Bartholomæusa Medina super. 1. 2. D. Thomæ. q. 109. art. 4. in fine.

### CXVII. DE HERCVLANO NODO. TT.

Quum Phrigibus, oraculum de rege creando consulentibus, responsum esset, vt eum in regem deligerent, qui primus templum ingrederetur, euenit, vt Gordius Rusticus summo mane ad agrum properans, ioraque plaustrum gestans, primus templum introiret. Quare ab omnibus  
rex

sex confalutatur. Lora ad rei memoriam in templo suspēdit, in quibus erat nodus adeo perplexus, vt indissolubilis putaretur: circumferebaturq; oraculum, vt totius orbis imperio potiretur, qui lora dissolueret. Hunc nodum Alexāder magnus, subactō Gordieo, Phripiz metropoli, cum dissoluere non posset, ense dissecuit, dicens similia illis verbis, quæ Hispaniarum reges in suis insignibus merito vsurpāt, depictis plaultrioris cum iugo. Tanto monta cortar, como desatar. Cuius ampliorem enarrationem legitote apud Ruscelum Italum in suis impressis. Aliter historiam in vita Alexandri Plutarchus describit, aliter Aristobolus.

## XCVIII. DE ANNO. VV.

1 Qui primi constituerint annum, & quem varium, & qui inuenerint hunc annum, quo vtimur, vel menses, atq; eos diuiserit, &c. Tradunt Polydorus Virgilius de inuēt. rerum lib. 2. c. 4. et Petrus Mexia Hispal. lib. 1. suæ syluz. c. 2.

2 Magnum os anni. Agricola semper in nouum annum diues. Superior annus semper melior.

## XCIX. DE BREUITATE. XX.

1 Oratio breuis an præstabiliior sit, disputat Cælius Rhodiginus lectionum antiquarum lib. 25. cap. 3.

2 Apollo in responsis affectator fuit breuitatis. Quod notat idem Cælius lectio. antiq. li. 13. cap. 5.

3 Lacones, quibus nihil fuit vel potius, vel antiquius quam breuiloquentia, Ctesiphontem eiecerunt, qui se profitebatur de re quauis totum diem posse verba facere, dicentes, Boni oratoris esse, sermonem habere rebus parem.

4 Phocion Atheniensis, oraturus, cuidam dicenti, Videote cogitandum o Phocion, Recte, dixit, coniectas. Cogito enim, si quid queam detrahare his, quæ dicturus sum apud Athenienses.

5 Ouidius, *Copia me inopem fecit.*

6 Plato Aristhenem, qui disserendo fuerat proluxior, sic admonuit, Ignoras, quod orationis modus sit non is, qui dicit, sed qui audit?

7 Samiorū legatis, proluxiore vtētibus oratione, dixerūt Spartani, Prima sumus obliti, postrema nō intelliximus, quia prima nō meminimus.

8 Id orationi congruit, quod numis, qui eo præstantiores sunt, quo materia pauciore pretij amplius complectantur. Laudi est fancundia: inanis verborum sonitus, nulla subiecta sententia.

9 In Græcia veteribus id fuit percelebre, vt ait præfatus Cælius lecti. antiq. lib. 18. c. 4. facilius multo esse philosophari, quam Laconum sermonem imitari.

Ausonius in epistola ad Paulinum.

10 *Nemo silens placuit, multi breuitate loquendi.*

Quidam alius.

11 *Omnia longa solent cunctis fastidia ferre:*

*Quæ comprehensa breui sunt, bene culta placent.*

12 Zeno Cittiens ad quendam dicentem: breues esse philosophorum sententias, Vera prædicas, inquit. Veritas enim multis verbis non eget: & rectius meminimus, quæ paucis comprehensa sunt verbis.

Horatius.

13 *Dum breuis esse laboro, obscurus fio.*

14 Plinius Cælius. Præuaricatio est, transire dicenda: præuaricatio est, cursim, etiam breuiter attingere, quæ sunt inculcanda, infigenda, repetenda, &c.

15 Tullius, Breuitas, inquit, laus est in aliqua parte dicendi: in vniuersa eloquentia laudem non habet.

16 Oratio breuis, si clara, & compendiosa, nimium laudabilis est: si vero obscura, concisa, aut diminuta, vitio datur. Curemus in primis nihil superfluum, aut otiosum dicere: hinc verba rebus coaptare. Item in historia, & scholasticis disciplinis perstringamus: in orationibus pro materie propolita pleniori manu licet dicere.

## C. DE IUDICIBVS. YY.

1 Conditiones boni iudicis Iethro Exodi. 18. depinxit, Moyfi generi consulens: Provide de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitues ex eis iudices, &c.

2 Carthaginienses, vt ex Aristotele refert Cælius lib. 20. lect. antiq. c. 25. non optimos solum, sed & dirissimos censebant magistratibus admonendos: veluti arbitrarètur, impossibile, eum qui egestate premeretur, recte, synceriterq; magistratum gerere.

3 Quum Seruus Sulpitius Galba, & Aurelius in senatu Romano contenderent, vter aduersus Viriatum in Hispaniam mitteretur, rogareturq; Scipio Æmilianus, quæ esset eius sententia, Neutrum, inquit, mihi mitti placet: quia alter nihil habet, alteri nihil satis est. Æque malam magistratibus indicans inopiam, & auaritiam. Valerius Maximus lib. 6. c. 4.

4 Cicero, Quæ res possunt homines ad turpe compendium commouere, inopia, & auaritia.

Præceptum

- 5 Præceptum iudicibus peculiare Exodi. 13. & Deutero. 16. Ne accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum.
- 6 Isaïæ. 1. Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera. & c. 5. Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo, &c. Malach. 3. Audite hoc iudices domus Israel, qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis, qui in muneribus iudicatis, &c.
- 7 Thebani, vt incorruptam iustitiam signarent, ne variari muneribus, iudicium imagines sine manibus in foro proponebant. Alex. ab Alex. lib. Genalium dierum.
- 8 Iustitia & nominatur, & depingitur virgo, quod iudices debent incorrupti permanere. Legito Cælium Rhodig. lect. antiq.
- 9 Cum Alcamenê, Telechri filium, quidam ininterrogasset, quamobrem munera a Messeniis oblata recusasset? Quoniam si recepissem, inquit, cum legibus pacem habere non poteram. Plutar.
- 10 Muneribus vel dij capiuntur.
- 11 Publius Rutilius, magistratus Romanus, quum amici cuiusdam iniustæ rogationi resisteret, atque is per indignationem dixisset, Quid ergo mihi opus est amicitia tua? respondit: Imo quid mihi tua, si propter te aliquid inhoneste facturus sum. Valerius Maximus lib. 6. c. 4.
- 12 Alexander magnus in causis audiendis accusatori alteram aurem occludebat: rogatus cur id faceret? Alteram, inquit, integram seruo reo.
- 13 Ægyptiorum reges ex sua ipsorum lege iudices adiurabant, nequid iniuste etiam, rex imperaret, iudicarent, auctore Plutarcho in apophth.
- 14 Diversos modos, quibus iniquus iudex litigantes frustratur, & diludit, iudiciumq; subuertit, legito apud Alexan. ab Alexan. lib. 5. c. 14. dierum genia.
- 15 Scurra quidam regi suo tale proposuit enigma, Quid sibi vult, rex prudentissime? Plures iudices ex studentium collegis minime diuites eliguntur: quibus tenuè suppeditatur salarium, & nullam aliam pro munere recipiunt a collitigantibus mercedem: at dum viuunt, permagnifice, vt principes, expendunt, & post mortem aut primigenia, aut amplissimam relinquunt hæreditatem.
- 16 Vulgaria sunt et illud Diogenis, Magni fures paruum supplicio tradunt: atq; adagium, Pecuniosus nemo damnatur.
- 17 Sapiens plorat Ecclesiastis. 3. & nos simul lacrymemur. Vidi sub sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem. Legito præterea. c. Pauper. 11. q. 3.

## CI. DE HISPANIÆ LEGIBVS. ZZ.

Leges metro compositas, Thubal, filius Iapheth, neposque Noe Genes. 10. qui, post vniuersæ terræ diluuium magna comitante caterua primus in Hispaniam veniens, eam habitauit, Beticæ prouintiz primæuis incolis ante omnes tulit, deditque. Quarum meminit Berofus libro quinto, & Strabo, & post ipsos Ioannes Annius libro de re gibus Hispaniæ. c. 2. & lib. 5. super Berofum, & ij omnes, qui de priscis Hispanarum rebus conscripserunt. Thubal autem Cerere, Phoroneo, Rhadamanto, Moyse, Dracone, Licurgo, Solone, Numma Põpilio, reliquisq; legislatoribus, quos Cassianus in catalogo gloriæ mundi. p. 10. confid. 19. commemorat, antiquior fuit. Qua de re Beticj gloriari possunt.

Abidis, Hispaniarũ rex, qui regnare cœpit anno ante Christi aduentum ceterimo quinto supra milleimum, leges post Tubal & si paucas, iustissimas tamen sanciuir: & vt melius, faciliusque executioni traderentur vna cum alijs antiquioribus, septem iuridicos conuentus in diuersis, aptisque Hispaniarum ciuitatibus assignauit, atq; viros optimos, ac sapientes in eis deputauit, qui et secundum prædictas leges, et rationem naturalem ius dicerent inter subditos, & vnicuiq; quod suum esset, adiudicarent. Isti conuentus fuerunt primæ Hispaniarum cancellariæ, vt Florianus de Ocampo testificatur lib. 1. c. 45. Nanque longe antiquiores conuentibus fuere, quos Romani in vtraq; Hispania, ei dominantes, statuerunt.

## CII. DE CRUCE. AAA.

1 Crux olim fontium supplicium erat, & id quidem infame. At Constantinus magnus imperator, miraculis motus, edicto vetuit, quæquam deinceps crucis supplicio necari. Et postea Theodosius, & Valentinianus lege prohibuerunt, signum crucis in solo, vel in silice, aut in marmoribus, humi positis, insculpi, vel pingi, &c. ne hominũ pedibus conculcarentur. C. Nemini licere signum saluatoris Christi. Et concilij. 6. generalis Constantinopoli in Trullo celebrati canone. 73. idem fuit decretum.

2 In regno Cochinchina nuncupato, Chinæ confini, quidam baptizatus ante propriam ianuam fixit crucem, vt eam traseuntes adorarent. Conciues idololatriæ illudebāt & Christianũ, & crucem: quam quum quidam comburere attētarent, statim mortui sunt, & infra paucos dies vniuersũ eorum consanguinei. Ita refertur in itinerario fratris Martini Ignacij. c. 15. quod in secunda historię Chinæ. p. continetur.

## CIII. DE ÆGROTATIONE. BBB.

Ægrotationes peccatorum pœnæ multoties sunt, quod nareturum ex verbis Pauli citatis. 1. Corin. 11. cum etiam ex verbis Christi ad paralyticum Ioan. 5. Ecce sanus factus est: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contigat.

## CIIII. DE DILIGENTIA. CCC.

- 1 D. Thom. 2. 2. q. 47. art. 9. & q. 54. ar. 1. ad primum. Timor, vel amor facit homines diligentes.
- 2 Menander. Cuncta & labore, & diligentia deprehendi possunt.
- 3 Diligentia dat, quod fortuna negat.
- 4 A Nabatheis seruatū legimus, ut negligens, & remissus, qui opes paternas minuisset, puniretur: cui vero res esset auctior, daretur premio.
- 5 Cicero de optim. gene. Quædam etiam negligentia est diligentia.
- 6 Seneca. Crede mihi, plus interdum agunt, qui nihil agere videtur.
- 7 Festina lente. Adagium hieroglyphicis characteribus Græci significabant depingentes anchoram, cuius remonē delphin obuolutus complectebatur. Nam anchora, quoniam nauim remoratur, tarditatem indicat, delphinus, quo nullum animal celerius, velocitatem exprimit. Quæ omnia vno verbo comprehendit Aulus Gellius, Matura.
- 8 Aristot. 6. lib. eth. c. 9. Oportet, operari velociter consiliata, consilium autem tarde.

## CV. DE EXCOMMUNICATIONE. DDD.

Druydes, Gallorum sacerdotes, et sapientes, qui apud eosdem Gallos de controuersiis omnibus iudicabant, vti Cæsar in suis commentariis testatur, si quis aut priuatus, aut publicus eorum decreto non steterit, sacrificiis interdicerent. Et hæc pœna apud eos erat grauissima: quoniam quibus ita erat interdictū, ij numero impiorū, ac sceleratorū habebantur, ab iis omnes decedebat, aditum, sermonemq; defugiebant, ne quid ex contagione incommodi acciperent, neque iis petentibus ius reddebatur, neque honos vllus communicabatur. Quæ omnia plurimū cum nostra religione consentiunt.

## CVI. DE PECCATORVM OCCASIONE. EEE.

- 1 Matthæi. 5. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proiice abs te, &c. & c. 18. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, absconde eum, & proiice abs te, &c. His parabolicis, hiperbolicisque locutionibus instruit nos Christus omnem peccati occasionem, & an-  
fam



lam ad viuum refecare, & quodcunq; scandalum, et offendiculū, quod nobis sit ruinæ causa, late, atque lōge profugere, etiam si nobis tam carum, & necessarium sit, quam oculi, & manus, et quantumlibet incommodi, & doloris id nobis inferat. Cum cane simul & lorum. Ita elucidant Christi verba diui, Hieronymus, et Chrysostomus in vtroq; Matthæi locō. Chrysostomus autem super. c. 5. addit, Diligētius vim ipsam sermonis examina. Non enim dixit Dominus a talium societate discede, sed maximam separationem indicans, erue, inquit, et proice abs te. Funditus, radicitus, &c.

2 D. Cyprianus lib. 1. epist. 11. Liberanda est vigilāter de periculosis locis nauis, ne inter scopulos, & saxa frangatur. Exuēda est velociter de incendiis sarcina, priusquam flammis superuenientibus concremetur. Nemo diu tutus est periculo proximus. Nec euadere diabolū Dei seruus poterit, qui se diaboli laqueis implicauit.

Ecclesiastic. 3. Qui amat periculum, peribit in illo.

Cato.

*Quæ nocitura tenes, quantum sint cara, relinque.*

De occasione peccati, fugienda, bis & ter legito tradita maturissime a doctore Nauarro in manuali. c. 3. a nu. 5. vsq; in finem capituli.

## CVII. DE CHRISTO FFF.

2 Gentilium, & Iudæorum testimonia de Christo eximia cōgessit nouissime ex antiquis auctoribus Cassan. in catalo. glō. mun. p. 4. cōsid. 6. & p. 12. confid. 20. Item Petrus Canilius de Maria Deipara virgine lib. 2. c. 7. & Petrus Mexia Hispal. li. 2. suæ syluæ. c. 33. & duobus sequentibus. Lactantius Firmianus repetit ad verbum epistolam, quam Lentulus, in partibus Iudææ negotia pro Romanis gerens, ad senatum Romanum scripsit de Christi conuersatione, statura, & gestis.

2 Apparuit istis temporibus, & adhuc est homo magnæ virtutis, nominatus CHRISTVS IESVS, qui dicitur a gentibus propheta virtutis, quem eius discipuli vocant filium Dei, suscitans mortuos, & sanans omnes lāguores. Homo quidem itaturæ proceræ, mediocris, & spectabilis, vultum habens venerabilem, quem intuentes possunt diligere, & formidare, capillos habens coloris nucis auellanzæ præmaturæ, & planos fere vsq; ad aures, ab auribus vero cincinnos, & crispōs, aliquantulum ceruleos, & fulgentiores, ab humeris ventilantes, discrimen habens in medio capitis iuxta morem Nazareorum. Frontem planam, & serenissimam cum facie sine ruga, & macula aliqua, quam rubor moderatus venustat. Nasi, & oris nulla est proflus reprehensio, barbam habens copiosam, & impuberem, capillis concolorem, non longam, sed in medio bifurcatam. Aspectum habens simplicem, & matu-  
rum


rum, oculis glaucis, variis, & claris existentibus: In crepatione terribilis, in admonitione blandus, & amabilis, hilaris, seruata grauitate, qui nūquam visus est ridere, flere autem sic. In statura corporis propagatus, rectas manus habens, & brachia visu delectabilia, in colloquio grauis, rarus, & modestus, speciosus inter filios hominum.

Nizephorus Cali. libr. 1. hist. eccle. c. 40. depingit etiam faciem, & staturam Christi.

## Finis totius tractatus de parochorum obligatione tempore pestis.

Cicero. lib. 1. de oratore.

*Exiguus quibusdam finibus totum oratoris munus circumdediti.*



THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY  
540 EAST 57TH STREET  
CHICAGO, ILLINOIS 60637  
TEL: 773-936-3000  
WWW.CHICAGO.EDU

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

CHICAGO, ILLINOIS

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY



DE  
SPIRITVALI COGNA-  
TIONE TRACTATVS, IN  
quo quidquid vel a theologis vnquam,  
vel a iuris vtriusq; professoribus secun-  
dum ius commune, & nouiter Tridenti  
statutum, de ea haectenus traditum  
est, perspicue, & ordinatim  
differitur ab eodem  
auctore.

*Labore, & constantia.*



POMPELONE.

*Excudebat Thomas Porraris, Allobrox.*

Anno. M. D. LXXVIII.

SPRITVALE COGNAC  
TOUTE TRAITAISON

qui purifie et a perfectionne  
ce vin avec la perfection de la  
distillation, le bon vin de France  
est purifie et perfectionne



VERMOREL

VERMOREL

VERMOREL

Produit en France  
M. D. C. LXXVII



*V V M* multi præstantissimi,  
 eruditissimiq; viri hac nostra  
 tempestate, ut ignaris prodes-  
 sent sacerdotibus, magni mo-  
 menti opera doctrinæ vel theo-  
 logicæ, vel iuris vtriusq; refer-  
 tissima vulgari lingua in lucem edidissent: nos, qui-  
 bus tantam doctrinam taliter euulgari nunquam  
 placere potuit, tametsi grauioribus stylo, ac locutio-  
 ne forsitam in hisce opusculis abuti potuissemus, hu-  
 milimo, clarissimoq; stylo, seruata verborum proprie-  
 tate cuiq; scientiæ accommoda, vsumus. Adeo ut  
 omnes, sermonem Latinum vel parum intelligentes,  
 neq; ad verborum intelligentiam dictionariis, neq;  
 ad doctrinam capiendam commentariis indigeant.  
 Nam in doctrina etiam tradenda eam selegimus,  
 atq; obseruauimus methodum, quæ sermonis perspi-  
 cuitati respöderet, illius Paulini memores. Græcis,  
 ac Barbaris, sapientibus, & insipientibus debitores  
 sumus. Multo enim melius est, diuo Ambrosio au-  
 ctore, ut intelligant nos populi, faciliter loquentes,  
 quam si commedent grammatici, obscure eloquen-  
 tes. Cicero præterea, eloquentiæ parens, æquabile,  
 & temperatum orationis genus, potius quam laue-  
 tum, splendidumq; dictionum apparatus in philo-

sopho probandum censet. Dictionis inafectata, &  
 incomposita simplicitas decora mihi videtur, inquit  
 magnus ille Basilius. Et. D. August. lib. 4. de doctrina  
 Christiana. c. 11. ait: Bonorū ingeniorum insignis  
 est indoles, in verbis verū amare, nō verba. Nemo  
 igitur politioris literaturæ cādidatus in scholasticis  
 disputationibus orationem a me tersam postulet,  
 neq; rhetorum phaleris adornatam. Nam scholæ  
 propria verba, peculiareq; loquēdi formas submo-  
 uere non audeo. Quanquā enim disputare cupio can-  
 dide, caste, proprie, & pure, at non debeo labores  
 duos offerre legentibus, vnum in rerum, alterum in  
 verborum intelligentia. Nec oportet, vt ad res vel  
 theologicas, vel iuridicas intelligendas grāmaticum  
 quærant interpretem. Præsertim quia loquendum  
 est, vt plures, quamuis non ita sentiendum, vt admo-  
 net peripateticorū coryphæus. Quod maxime in scho-  
 larū disciplinis seruandum censeo. Cum de stylo scri-  
 bendi scolastico dicere possimus, quod de sua cosmo-  
 graphia Pomponius Mela prudenter dixit: Opus  
 impeditum, & facundie minime capax. Est enim  
 scholæ proprium strictim, presseq; differere, & quas-  
 si ad viuū omnia resecare. Quam ob rem scholasticæ  
 doctrinæ aptari potest, quod Marcus Manilius in  
 sua astronomia elegāter scripsit. Ornari res ipsa ne-  
 gat,

gat, contenta doceri, Et eo potissimum quod in hisce opusculis nostris oratio fuit componenda, quæ cum auctoribus, qui passim citantur, aliquã haberet similitudinem, ne cætones farcire videremur. Accipe ergo Christiane lector ex pectoris nostri officina hæc prima nostra opuscula sermone humilia pro doctrinæ claritate, methodiq; observatione, ac legētium faciliiori intelligentia: doctrina autem utilia, & (ni fallor) haud vulgaria, haud infima: referta citationibus, tū ne quid furti in eis reperias, nam sunt, qui credunt, illico bene dissimulatum furtum, si veteribus ollis novas affigant ansas: tum vel maxime quia ut Plinius ait. Ingenui pudoris est, fateri per quos profeceris: tantū abfuit, ut veluti Æsopicus graculus, me plumis alienis venditare voluerim. Si tamen allegata quæsieris, non te pœnitebit. Atq; ideo iuriscōsultorū more, quæ ex optimis quibusq; auctoribus decerpimus, quid cui feramus acceptū, nomenclatura indicauimus, Ne moueat cornicula risum, furtiuis nudata coloribus. Corrigas benigne, de erratisq; admonebis auctore, cui & voluptati, & vsui, tuam fore correctionem non dubites: siquidem nec scarabeum impune contempsit aquila Æsopica.


*Aristarche<sup>a</sup> Tenediæ securis memento,  
Ne Zoilus sis, aut Carbilus.*




CVIII. DE ALIENORVM SCRIPTO-  
RVM CENSORIBVS. A.

- 1 Aristarchus grammaticus fuit, qui tantum sibi in Homeri poemate permisit, vt versus, quos vellet, velut supposititios partus, ab Homeri familia submoueret: vnde etiam hodie Aristarchos vocamus alienorum scriptorum censes.
- 2 Tenedi olim Rex, lixtore securim vibrante, causas solebat audire, calumniatoremq; ac falsum testem statim securi percussu iubebat.
- 3 Zoilus sophista fuit Amphipolites Ptolemęi tēporibus, hoc vno facinore nobilitatus, quod Homerum, poetarū omnium principem, libris aduersuseum scriptis ausus sit reprehendere. Ab huius autem moribus sumptū est, vt homines liuidi, & ex alieni ingenij obrectatione laudem aucupantes, Zoili diceretur.
- 4 Carbilius grammaticus librum composuit de Virgillianis erroribus, vt refert Textor in officina sub titulo de poetis ver, Virgilius.





# DE SPIRITUALI cognitione tractatus.



## Tabula capitulorum.

### CAPVT PRIMVM.

**E**cclēsia potest impedimenta statuere, quæ matrimonium dirimant.

#### Caput. 2.

Nec prælati Summo Pontifice inferiores, neq; concilia præter vniuersalia, possunt impedimenta, quæ matrimonium dirimant, statuere.

#### Caput. 3.

In republica Christiana nulla potestas laicalis absq; consensu, & approbatione papæ, vel cōcilij vniuersalis potest matrimoniorum impedimenta, ab ecclesia sancita, tollere, aut noua alia statuere.

#### Caput. 4.

Consuetudo, si per summum pontificem nō sit approbata, non potest introducere impedimentum, dirimēs matrimonium, inter personas habiles de iure naturali, & pontificio contractum.

#### Caput 5.

Ecclesia conuenientissime instituit impedimentum spiritualis cognitionis.

#### Caput. 6.

De initio, & antiquitate spiritualis cognitionis.

#### Caput. 7.

Quid, & quotuplex sit spiritualis cognatio.

## Caput. 8.

Non baptizatus spirituales cognationem contrahere non potest.

## Caput. 9.

De qualitatibus ultra baptismum requisitis in patrino, vel matrina.

## Caput. 10.

Per quot, & quæ sacramenta spiritualis cognatio contrahatur.

## Caput. 11.

Qui paruulum, morti proximum, absq; solemnitate baptizat, cognationem spirituales contrahit, matrimonium, postea contractum, etiam dirimentem: verum enim qui eo casu tenet infantem, nullam contrahit cognationem.

## Caput. 12.

Qualiter contrahitur spiritualis cognatio ex parte patrinorū.

## Caput. 13.

Spiritualis cognatio contrahi non potest per procuratorem.

## Caput. 14.

Procurator, ad tenendum in baptismo delegatus, spirituales cognationem contrahit.

## Caput. 15.

De effectibus spiritualis cognationis, matrimonium antecedentis.

## Caput. 16.

Pœnæ, utroque iure statutz, in celebrantes nuptias incestas, locum habent in contrahentibus absque dispensatione cum spiritualibus cognatis.

## Caput. 17.

De effectibus spiritualis cognationis, matrimonio iam contracto aduenientis.

## Caput. 18.

Quando spiritualis cognatio inducitur ex culpa vtriusq; conjugis, vterque priuatur iure exigendi conjugale debitum, tenetur tamen reddere alteri petenti.

## Caput. 19.

Quis dispensare possit super cognationis spiritualis impedimento.

Caput. 20.

An alij præter episcopum dispensare possint vel super impedimento cognationis spiritualis, ex solo catechismo prouenientis: vel super debiti coniugalis exactione, quando coniuges post matrimonium contractum cognationē spiritua-lem culpabiliter ad inuicem contraxerunt.

Caput. 21.

In dispensatione causa requiritur.

Caput. 22.

De causis dispensandi.

Caput. 23.

Quædam in dispensationis materia maxime notanda.

Caput. 24.

Copula carnalis inter consanguineos, affines, vel spirituales cognatos habita, est necessario in dispensationis supplicatione exprimenda.

N 4

- 1 **A**B vniuersalioribus est incipiendum.  
An ecclesia possit impedimenta statuere, quæ matrimonium dirimant?
- 2 Hæreses de matrimonij impedimentis.
- 3 **M**atrimonium est de iure diuino.  
Explicantur verba Christi apud Mattheum. 19. Quod Deus coniunxit, homo non  
separet. nu. 3. & 16.
- 4 **M**atrimonij finitio.  
Quod est de rei finitione, vel est de eius essentia, vel ab ea inseparabile.
- 5 **M**atrimonium est de iure naturali.
- 6 **M**atrimonium est sacramentum ecclesiæ.  
Ecclesia non potest materiam, aut formam sacramentorum mutare, neq; noua sa-  
cramenta instituire.  
Eiusdem est instituire, & destituere.  
Omnis res per quas cunq; causas nascitur, per easdem dissoluitur.
- 7 **E**cclēsia potest impedimenta statuere, quæ matrimonium dirimant.
- 8 **R**efelluntur hæreses in contrarium, nu. 8. & sequentibus.
- 9 **M**atrimonium est contractus, & sacramentum n. 9. & 20.
- 10 **A**d ecclesiā spectat sacramentorum administratio, & dispensatio. nu. 9. et. 10. et. 16.
- 11 **P**er excommunicationem, & suspensionem suspenditur iurisdictio.  
**M**atrimonium mutuo coniugum consensu perficitur.
- 12 **I**n lege moysis fuerunt matrimonij impedimenta, nu. 12. & in iure antiquo ciuili  
Romano nu. 10.  
In nuptiis cōtrahendis non solū quid liceat, sed etiā quid honestū sit, consideratur.
- 13 **A** sui initio ecclesia statuit matrimonij impedimenta: cum exemplis in omnibus  
matrimonij impedimentis.
- 14 **I**n concilio Tridentino multa sunt de matrimonij impedimentis mutata.
- 15 **E**cclēsia in pertinentibus ad sacramenta errare non potest.  
Qui aliter de sacramentis, quam ecclesia, sentit, hæreticus est.
- 17 **E**xplicatur hæc propositio. Diuina voluntas impediri non potest.
- 18 **I**mpe'dimenta vel dirimunt, vel impediunt matrimonium: cum explicatione vtriusq;  
membri.  
Multa fieri prohibentur, quæ facta tenent.  
Quæ contra ius fiunt, debent utiq; pro infectis haberi.
- 19 **N**atura humana non est inuariabilis, sicut diuina.  
Ius humanum determinat naturale.
- 20 **E**cclēsia potest prohibere aliquos contractus.
- 21 **I**urisdictio ecclesiastica ad absoluendum a peccatis est necessaria.  
Habilitas personarum necessaria est ad matrimonium contrahendum.  
Materia, & forma sacramenti matrimonij sunt consensus mutuus, & coniugum  
verba, consensum exprimentia.  
Materia, & forma sacramentorum sunt inuariabiles.

## Caput primum.

Ecclesia potest impedimenta statuere, quæ matrimonium dirimant.



**D**E SPIRITUALI cognatione tractaturi, ab vniuersalioribus, duce Aristotele. i. libro phisi. c. 1. tractatum nostrum exordientes, primum omnium disputabimus, An ecclesia possit impedimēta statuere, quæ matrimonium dirimant?

Lutherani negāt, ecclesiā posse, leges condere impedimētorum matrimonij, præter illas, quæ sunt de iure naturæ, vel quæ iure diuino scriptæ sunt. i 8. Leui. eandemq; hæresim ante Lutheranos habuit Vvicleph, vt refert Thomas Vvalden. tomo. 2. de sacra. ca. i 34. pro quorum errore nonnulla argumenta adduci possunt.

Primum. Matrimonium est vinculum, diuina auctoritate perfectum iuxta Christi verba Matth. i 9. Quod Deus coniunxit, homo non separet: & cap. Deinde opponitur d. 26. sed diuina voluntas impediri per causas creatas nō potest: igitur.

Secundum. Perpetuitas, & indissolubilitas est de matrimonij finitione: nam matrimonium est legitima viri, feminaeq; coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens: vt colligitur ex. l. i. ff. de ritu nuptiarum, ex instit. de patr. potest. ex magistro sent. & rheologis in. 4. sent. lib. d. 27. ex Gratiano. 27. q. 2. in princ. & in ca. Beata Maria, cad.

causa, & q. ex canonistis in rubrica de spons. & matrim. ex summistis. v. Matrimoniū: sed quod est de rei finitione, vel est de eius essentia, vel ab ea inseparabile: igitur nullū potest esse impedimentum, matrimonium dirimens.

5 Tertium. Matrimonium instinctu naturæ est institutum ex Aristotelis doctrina, 8. ethic. capi. 12. habetur in tit. de iure natu. vbi glossa. ff. de iustitia, & iure. l. 1. tradunt. D. Thomas in 4. sen. d. 26. q. 1. ar. 1. & Dom. a Soto. d. & q. & ar. eisdem. Nihil enim tam a natura non hominibus modo, verum & reliquis animantium generi insitum est, quam ut suam quodq; speciem ab interitu vendicet, & propagatione posteritatis tanquam immortalē efficiat: quod sine coniugali coniunctione fieri non posse, quis ignoret? Ius vero naturale lex humana mutare, aut variare non valet. d. 9. in principio, & fine. & cap. fina. de consue. igitur ecclesia non potest matrimonij impedimenta præter illa, quæ sunt de iure vel diuino, vel naturali, statuere.

6 Quartum. Matrimonium est sacramentum ecclesiæ iuxta Pauli verba ad Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est. &c. nequit autem ecclesia materiam, aut formam sacramentorum mutare, aut variare ex conc. Triden. sess. 21. c. 2. de com. sub vtraq; specie, & D. Thoma. 3. p. q. 64. ar. 2. & 4. Nam sicut ecclesia sacramentum instituire non potest, ita neque materiam, aut formam sacramentorum mutare: quia ad quem spectat institutio alicuius, ad eundem spectat & destitutio eiusdem. capit. Cum ex iniuncto in ultimis verbis, de hæreticis, & ibi glossa fina. cap. 1. & 2. de cape. monachor. capit. Cum & plantare. §. In ecclesiis, de priuileg. authent. de defens. ciuitat. §. Iusiurandum in fine. Omnis enim res per quascunque causas nascitur, ut ait D. Chrysostomus super Matth. per easdem dissoluitur, & refertur cap. Omnis res. 27. quæst. 2. & extra de regulis iur. c. 1. cui similes sunt. l. Nihil tam naturale, & l. Fere quibuscunque modis ff. de reg. iur. igitur ecclesia non potest matrimonium legitimis forma, & materia cōtractum, per sua impedimenta inualidare.

Quibus

7 Quibus non obstantibus, sit vnica conclusio, quæstioni propolita affirmanter respondens. Papa, vel cōcilium vniuersale potest leges condere, quibus non solum matrimoniū impediatur, sed illegitimæ reddantur personæ ad contrahendum, adeo vt si matrimoniū attentauerint, sit prorsus nullum. Conclusio est catholica, theologis, & canonistis communis. D. Tho. in. 4. sen. d. 42. q. 2. ar. 2. ad. 4. & d. 40. q. 1. ar. 4. in argumento, Sed contra. Palud. in. 4. sen. li. d. 34. q. 1. ar. 2. post. 4. conclu. & d. 40. q. 1. ar. 3. concl. 3. Florentinus. 3. p. theo. tit. 1. c. 14. §. 2. concl. 3. Gabr. in. 4. sent. li. d. 41. q. 1. art. & concl. 3. Domini. a Soto in. 4. sen. li. d. 40. q. vnica. art. 5. Victoria in summa sacra. q. 303. glossa. c. 2. 30. q. 3. Abbas Panorm. Feli. & cæteri. in. c. 1. de spons. & matri. Couarruias in epito. de spons. p. 2. c. 6. §. 10. n. 16.

8 Conclusio cōfirmatur primo ex can. 3. & 4. con. Tri. sess. 24. quorum verba sunt, Si quis dixerit, eos tantum consanguinitatis, & affinitatis gradus, qui in Leuiticō exprimuntur, posse impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum: nec posse ecclesiam in nōnullis illorum dispensare, aut constitnere, vt plures impediāt, & dirimāt, anathema sit. Item. Si quis dixerit, ecclesiam non potuisse constituere impedimenta, matrimonium dirimentia, vel in iis constituendis errasse, anathema sit.

9 Secundo. Matrimonium, quatenus contractus, respicit pacem, & tranquillum reipublicæ statū, ac proinde ad rem publicam de ipso statuere pertinet, sicut de reliquis cōtractibus, quorum perversitate potest respublica perturbari: per legem autē euāgelicam, auctore Christo, idem matrimonium in sacramentum fuit institutum concil. Florenti. in decreto super vnione Iacobi. & Arme. & Trident. sess. 7. can. 1. & sess. 24. can. 1. igitur cum sacramentorum administrationem, & dispensationem idem redemptor ecclesiæ commiserit iuxta Pauli verba. 1. Corint. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei: quæ declarat ibi Diuus Thomas, habetur etiam in capit. Si imperator. distinct. 96. & in capitulo. 1. d. 97.



d. 97. & concil. Triden. sessio. 21. c. 2. de communione sub  
vtraque specie. eidem quoque ecclesiæ concedidit, vt pro  
locorum, & temporum, gentiumq; varietate de matrimo-  
nij causis, & conditionibus disponderet.

10 Tertio. Ius, quod penes rempublicam ciuilem erat, de  
causis matrimonialibus discernendi, dum matrimoniū non  
erat sacramentum, ad ecclesiam, facto sacramento, transla-  
tum est, vt docet. D. Thomas in. 4. sent. lib. d. 40. q. 1. art. 4.  
in argumento. Sed contra: sed legibus ciuilibus certi per-  
sonarum gradus sunt a matrimonio repulsi. C. instit. & au-  
thent. de nupt. & ff. de ritu nupt. igitur.

11 Quarto. Ecclesia potest per excommunicationem, &  
suspensionem efficere, vt sacramētum absolutionis sit nul-  
lum. c. Ad probandum. de sent. & re iud. & similiter, quod  
votum sollēne nisi iuxta suas leges suscipiatur, sit irritum.  
c. vnico de voto, & voti redempt. lib. 6. tradūt. D. Thomas  
in. 4. sen. libr. d. 38. q. 1. art. 2. quæstion. 3. Scotus in eodem  
lib. 4. d. 38. q. vnica. Caiet. 2. 2. q. 88. arti. 7. igitur cum ma-  
trimonium humano consensu conglutinetur. c. Sufficiat.  
27. q. 2. poterit ecclesia cōsensum super tali materia ener-  
uare, sicut in aliis multis stipulationibus.

12 Quinto. Deus in lege Mosaica, Leui. 18. prohibitiones  
matrimoniorum decreuit, quæ quidem per legem euāge-  
licam, quatenus erant legis illius mandata, antiquata sunt  
iuxta Pauli verba ad Hebræos. 8. Nouum testamentum ve-  
terauit prius. & ad Ephes. 2. Legem mandatorum decretis  
euacuans. explicat vtrobiq; D. Thomas: ostendit Domin.  
a Soto de iust. & iur. li. 2. q. 5. ar. 4. igitur ne ecclesia rema-  
neret manca, ei Christus tribuit potestatem statuēdi super  
huiusmodi impedimentis: præsertim cum in nuptiis con-  
trahendis non solum quid liceat, consideretur, sed etiam  
quid honestum sit l. Semper. ff. de ritu nupt.

13 Sexto. A sui initio ecclesia statuit impedimenta, etiam  
matrimoniū dirimentia, Quod quanquam ita sit in prom-  
ptu, vt res disputatione nō egeat, tamen de singulis impe-  
dimentis facile est videre in locis subscriptis.

De impedimento ordinis. d. 26. 27. 28. 31. 32. & c. 1. de cleri coniug. ostendunt Michaela Medina in lib. de sacro. homi. contine. Canisius in catechismo de matrimonio. c. 4. & 5. Domini. a Soto de iust. & iure. libr. 7. q. 6. per duos art. & in. 4. sent. lib. d. 38. q. 1. Couart. in epito de spons. 2. p. capit 6. §. 3. vbi alios modernos citat, qui de hac re contra nostræ tempestatis hæreticos copiose admodum conscripserunt.

De impedimento voti. 27. q. 1. & ca. 1. de voto lib. 6. extrauagant. de voto. Ioann. 22. ostendunt Dominic. a Soto in. 4. sent. lib. d. 38. quæst. 2. per duos articulos, & Franciscus Canisius in catechismo de matrimonio. c. 4. & 5. & Michaela Medina loco citato.

De impedimento disparis cultus. 28. q. 1. & 32. q. 8. & extra de conuer. infid. & in conci. Eliber. cap. 16. tempore Syluestri. 1. celebrato circa annū Domini. 320. & in Chalcedo. cap. 13. sub Leone. 1. congregato circa annum Domini. 440.

De impedimento erroris. 29. q. 1. & extra. de coniug. seruorum.

De impedimento cognationis legalis. 30. q. 3. & extra eodem titulo.

De impedimento criminis. 31. q. 1. & extra de eo, qui duxit in matrimo. quam polluerat per adulter. & cap. 1. de conuers. infidel.

De impedimento coeundi. 33. q. 1. & extra de frigid. & malef.

De impedimento violentiæ, vel metus. c. Cum locum. de spons. & c. Significauit. de eo qui duxit.

De impedimento consanguinitatis, & affinitatis. 35. per 10. quæstiones, & extra. & li. 6. & Clemen. eodē titulo.

De impedimento publicæ honestatis. c. Si quis. cum. 4. sequentibus 27. q. 2. & cap. Quidam, cū aliis pluribus eiusdē cau. & q. & c. Ad audientiam, & c. Iuuenis. & c. Sponsam. de spon. cap. Literas. cap. Accessit. cap. Continebat. de desponsa. impuber.

De impedimento cognationis spiritualis. 30. q. 1. & 3.  
& 4. & de consec. d. 4. per multos canones. & extra, & lib.  
6. eodem tit. & apud Burchardum. li. 4. & 17.

De impedimento conditionis appositæ. c. Solet. 32. q.  
2. & extra de conditionibus appof.

De impedimento contrahendi scienter cum moniali.  
c. Ij ergo. 27. q. 1. cum aliis eiusdem quæstionis.

De impedimento feriarum. 33. q. 4. & extra de feriis.

De impedimento incestus. c. De incestis. 35. q. 3. & c.  
Si quis cum matre, & filia. 33. q. 5. & c. Qui dormierit. 27  
q. 2. & c. fin. 35. q. 8. & extra, de eo, qui cogno. consanguin.  
vxor. suæ.

De impedimento interdicti. rubr. de matrim. contra in-  
terd. ecclesiæ contra.

De vxoricidio. c. Admonere, & c. Interfectores. 33. q. 2.

De raptu sponsæ alterius. c. Statutum. 27. q. 2.

De presbytericidio. c. Qui presbyterus, de poen. & remi.

De sollemni poenitentia. c. De his, & c. Antiqui. 33. q. 2.

14 De raptu concil. Trid. sess. 24. c. 6. de reformatione ma-  
trimonij: Qua sessione multa sunt de prædictis impedimen-  
tis a sacro concilio innouata, quæ omnino videri oportet.

15 Sed ecclesia in pertinentibus ad sacramenta, & specia-  
tim ad matrimonij impedimenta non potest errare concil.  
Tridenti. sessio. 24. canon. 4. supra citato. & c. Ad abolen-  
dam, de hæretic. vbi hæc verba habentur. Vniuersos, qui de  
sacramento corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu  
Christi, vel de baptismo, seu de peccatorum confessio-  
ne, matrimonio, vel reliquis ecclesiasticis sacramentis, ali-  
ter sentire, aut docere non metuunt, quam sacro sancta  
Romana ecclesia prædicat, & obseruat, vinculo perpetui  
anathematis inodamus. Igitur bene sequitur conclusio  
intenta.

16 Ad maiorem autem primi argumenti, supra in contra-  
rium adducti, sic respondetur ex Diuo Tho. in 4. sent. libr.  
dist. 40. quæst. 1. artic. 4. ad primum, Christus ecclesiæ suæ  
potestatem tradidit & sacramenta administrandi, & leges  
super

super eis condendi, unde sicut illos, qui contra ius naturale matrimonium contrahunt, Deus non coniungit, ita neque eos, qui contra ecclesiasticas leges matrimonium factum attentant.

17 Ad minorem eiusdem argumenti ita respondet Durandus in. 4. sent. li. d. 34. q. 1. ad. 2. Quod fit a Deo immediate sine causis secundis, id non potest impediri: quod autem est ab eo, cooperantibus secundis, potest multipliciter impediri. Matrimonium igitur quantumvis sit a Deo institutum, completur tamen cooperatione causarum secundarum, & ideo multifariam impeditur: non tamen absque ratione, & diuina commissione iuxta Isidori verba, a Gratiano relata in. c. Quos Deus coniunxit. 33. q. 2.

18 Secundo argumento respondeo. Impedimentum non propterea dicitur matrimonium dirimere, quia si matrimonio antea legitime contracto adueniat, illud dirimat: sed quia adeo impedit matrimonium postea sequutum, ut illud nullum faciat. Itaque non solum prohibet matrimonium fieri, ut multa, quae fieri prohibentur, quae tamen facta tenent, c. Quemadmodum, de iur. iur. c. Ad apostolicam, de regular. & 30. q. 5. c. Nec illud. §. Sed obiicitur. & I. Patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. cuius generis sunt impedimenta, quae solum impediunt: sed ita, ut si attentetur, & factum matrimonium contrahatur, sit irritum, ut leges, quae nullum faciunt actum, contra ipsas attentatum iuxta c. Quae contra ius fiunt. de reg. iur. lib. 6.

19 Ad maiorem tertij argumenti respondetur ex D. Thoma in. 4. sen. lib. d. 26. q. 1. ar. 1. matrimonium dici naturale, quia ad illud natura inclinatur: sed mediante libero arbitrio completur. Ad minorem eiusdem argumenti respondet Durandus in. 4. sen. lib. d. 36. q. 1. art. 2. in statuendis matrimonij impedimentis ius posituum non contrariari iuri naturali, sed determinare ipsum. Quia de iure naturali solum est, ut quilibet contrahere possit, non habens naturale impedimentum: sed quis cum qua debeat contrahere, determinatur per ius posituum, & rationabiliter. Quia

natura

natura humana non est inuariabilis, sicut diuina ex Aristote. libr. 6. ethicor. & D. Thoma in. 4. sent. libr. d. 26. q. 1. art. 1. ad. 3. & ideo lex naturalis secundum diuersos hominum status recipit terminationes diuersas, vt. D. Thomas docet in. 4. sent. lib. d. 34. q. 1. ar. 1. ad. 4. & bene cōfirmatur ex. c. Non debet. de consan. & affin.

10 Ad quartum respondetur, matrimonium sic esse sacramentum, vt sit etiam ciuilis cōtractus, ab humano consensu depēdens: quem ecclesia prohibere potest inter aliquas personas propter iustas causas, sicut & nōnullos alios cōtractus, & stipulationes.

21 Ex hoc autem non inferitur, ecclesiam mutare formam, aut sacramenti materiam. Nam quemadmodum excommunicando publice, & nominatim aliquem sacerdotem, aut suspendendo a iurisdictione, non mutat materiam, aut formam sacramenti poenitentiae: sed facit, vt quauis formalia absolutionis verba sacerdos ille excommunicatus, aut suspensus proferat, nihil efficiat de defectu iurisdictionis, quæ ad absolendum est necessaria ex concil. Trident. sess. 14. c. 7. de casuum reserua. ita inhabilitando aliquas personas ad matrimonium contrahendum, non mutat materiam, aut formam matrimonij, quæ in mutuo consensu, & vtriusque coniugis verbis, consensum exprimentibus, consistunt, vt post alios multos docet doctor Nauarrus in confess. manua. cap. 22. num. 20. sed facit, vt quauis consensus per verba exprimentur, nihil efficiant, tãquam prelata a personis inhabilibus. Nam sicuti iurisdictione necessario requiritur ad absolendum, ita habilitas personarum ad matrimonium contrahendum, manentibus semper vtriusque sacramenti forma, & materia inuariabilibus.

## Annotations.

### CIX. DE MATRIMONIO. A.

1 Piliarum nuptias oportet accelerare.

2 Themistocles Atheniensis interroganti amico, honesto inopi, an in-  
honesto

honesto diuiti vnicam filiam in matrimonium daret? Virum sine pecunia, quam pecuniam sine viro se malle, respondit.

3 Virgo quædam pauperula roganti, quam sponsa dotem esset allatura? Pudicitiam inquit, a maioribus traditam. Plutarchus in apophtheg. Lacenarum.

4 Apud gentiles, qui Iunoni sacrificabant, fel e victima exemptū iuxta aram infodiebant. Qua re significabant, bilem prorsus, iramue, atque odium, & amaritudinem a coniugali iucunditate esse sequestrandam. Iuno enim dea nuptialis erat. Auctor est Plutarchus lib. de præcept. con nub. a quo desumpsit Eusebius lib. 3. de præparat. euang. c. 1.

5 Plutarchus de præcep. connub. nu. 40. Dum ira, desidioque vir, & vxor vexatur, tum maxime Venere, optimum huiusmodi malorum remedium, accersere oportet.

Euripides in Troadibus.

*At qui dicunt, quod vna nox remittit  
Odium vxoris in maritum.*

6 Idem Plutarchus loco citato. Cum semper, & vbi que fugiendum est, ne vir vxorem, ne virum vxor offendat, tum in primis ne id accidat in concubitu. Nam simultates, & contumelias, & iras, quas torus gignit, alio loco, alioque tempore non est facile dissoluere.

7 Nunquam fit longa ab vxore mariti absentia.

Ouidius lib 2. de arte amandi.

*Sit mora tuta breuis: lentescunt tempore cura:*

*Vanescitq; absens, & nouus inittat amor.*

8 Vitium coniugis vel tollendum, vel ferendum.

9 De patientia Socratis cum Iantippe vxore multa, & commemoratione digna nouissime ex antiquis auctoribus collegit Tiraquellus in 8. L. connub. nu. 15. quæ præ oculis habeant, qui cum morosis, rixosisq; vxoribus molestissimam vitam degunt.

10 Publius Rubrius Celer vixit cum Caia Ennia vxore sua annos. 43. menses. 8. sine vlla querela. Textor.

11 Albutius vixit in coniugio cum Terentiana Valentiana annos. 35. sine vllō iurgio. Textor in officina sub titulo. Amor coniugalis.

## Summaria capituli secundi.

2 **A**N prelati summo pontifice inferiores, vel concilia præter vniuersalia possint impedimenta matrimonij sancire?  
De questione proposita opiniones.

honesto diuiti vnicam filiam in matrimonium daret? Virum sine pecunia, quam pecuniam sine viro se malle, respondit.

3 Virgo quædam pauperula roganti, quam sponsa dotem esset allatura? Pudicitiam inquit, a maioribus traditam. Plutarchus in apophtheg. Lacenarum.

4 Apud gentiles, qui Iunoni sacrificabant, fel e victima exemptū iuxta aram infodiebant. Qua re significabant, bilem prorsus, iramue, atque odium, & amaritudinem a coniugali iucunditate esse sequestrandam. Iuno enim dea nuptialis erat. Auctor est Plutarchus lib. de præcept. con nub. a quo desumpsit Eusebius lib. 3. de præparat. euang. c. 1.

5 Plutarchus de præcep. connub. nu. 40. Dum ira, desidioque vir, & vxor vexatur, tum maxime Venærem, optimum huiusmodi malorum remedium, accersere oportet.

Euripides in Troadibus.

*At qui dicunt, quod vna nox remittit  
Odium vxoris in maritum.*

6 Idem Plutarchus loco citato. Cum semper, & vbi que fugiendum est, ne vir vxorem, ne virum vxor offendat, tum in primis ne id accidat in concubitu. Nam simultates, & contumelias, & iras, quas torus gignit, alio loco, alioque tempore non est facile dissoluere.

7 Nunquam fit longa ab vxore mariti absentia.

Ouidius lib 2. de arte amandi.

*Sit mora tuta breuis: lentescunt tempore cura:*

*Vanescitq; absens, & noui sinit at amor.*

8 Vitium coniugis vel tollendum, vel ferendum.

9 De patientia Socratis cum Iantippe vxore multa, & commemoratione digna nouissime ex antiquis auctoribus collegit Tiraquellus in 8. L. connub. nu. 15. quæ præ oculis habeant, qui cum morosis, rixosisq; vxoribus molestissimam vitam degunt.

10 Publius Rubrius Celer vixit cum Caia Ennia vxore sua annos. 43. menses. 8. sine vlla querela. Textor.

11 Albutius vixit in coniugio cum Terentiana Valentiana annos. 35. sine vllō iurgio. Textor in officina sub titulo. Amor coniugalis.

## Summaria capituli secundi.

2 **A**N prælati summo pontifice inferiores, vel concilia præter vniuersalia possint impedimenta matrimonij sancire?  
De questione proposita opiniones.

- 2 Nemo potest habere in uxorem, cuius maritum occidit machinatione ipsius mulieris, causaq; contrahendi cum ipsa. nu. 2. Quando fuit hoc impedimentum statutum. nu. 24. & 25.
- 3 Lex, & consuetudo parificantur.
- 4 Impedimenta vel dirimunt, vel impediunt matrimonium.
- 5 Iudex ecclesiasticus potest aliquibus matrimonium interdicere.
- 6 Concilia præter vniuersalia possunt impedimenta, quæ matrimonium contrahendum impediunt, statuere.
- 7 Consuetudo particularis inducere valet impedimentum, quod impediatur, non tamen dirimat matrimonium.
- 8 Parentes possunt filio prohibere, ne cum aliqua muliere matrimonium contrahat.
- 9 Episcopi dispensare possunt in impedimentis, quæ impediunt, & non dirimant matrimonium, voto, & sponsalicio exceptis.
- 10 Omnes fere canones, in quibus huiusmodi impedimenta fuerunt stabilita, editi sunt in conciliis provincialibus.
- 11 Nemo præter pontificem summum, concilium ve vniuersale potest tollere aliquod ex impedimentis, quæ iure cõmuni pontificio matrimonium dirimunt.
- 12 Inferior legem superioris nec tollere, nec moderari valet.
- 13 Consuetudo particularis confirmandi matrimonium, iure communi canonico nullum, reprobatur.
- 14 Lex particularis nihil valet contra leges de matrimonio, ab ecclesia vniuersali conditas. nu. 14. & 22.
- 15 Nemo præter papam potest in impedimentis, matrimonii dirimentibus dispensare.
- 16 Nullus præter pontificem summum, concilium ve vniuersale potest impedimenta noua, quæ matrimonium dirimant, statuere.
- 17 Matrimonium iure communi pontificio validum non dissoluitur per contrariam consuetudinem.
- 18 Consuetudo particularis non potest introducere impedimentum, quod matrimonium dirimat. nu. 17. & 26.
- 19 Ecclesie particulares in matrimoniis contrahendis tenere debent, & seruare idem, quod Romana ecclesia.
- 20 Non decet, vt membra a capite discrepent.
- 21 Maiores ecclesie cause summo pontifici reseruantur, cum multis exemplis.
- 22 Frequenter oriretur confusio, si leges matrimonium dirimentes, omnibus Christianis non essent communes.
- 23 Turpis est pars vniuerso suo non correspondens.
- 24 Decreta provincialis concilij non habent vim vniuersalis legis, nisi quatenus a tota ecclesia sunt recepta, vel in voluminibus iuris canonici compilata.
- 25 Volumen decretorum fuit ab Eugenio tertio approbatum: & demum Gregorij. 13. iussu correctum. & c.



## Caput secundum.

Nec praelati summo pontifice inferiores, neque concilia præter vniuersalia possunt impedimenta, quæ matrimonium dirimant statuere.



**F**RANCISCVS a Victoria, vir sane ingenio, & eruditione clarissimus electionis de matrimonio par. 2. tenet, episcopum, si ei nõ esset interdictum, posse, in sua diocesi impedimenta matrimonij stabilire, sicut papa in tota ecclesia. Dida. autem Couarru. in epit. super. 4. decre. li. p. 2. c. 6. §. 10. n. 16. affirmat, solum Romanum pontificem posse, statuere circa matrimonia contrahenda. Quamobrẽ inquirendũ in præsentis est, An praelati summo põtifice inferiores, vel cõcilia præter vniuersalia possint impedimẽtam matrimonij sancire? Pro cuius parte affirmãte nonnulla argumẽta adduci possunt.

Primum. In conciliis Antisiodorensi, & Cabilonensi, ac aliis multis prouincialibus reperiuntur decreta de impedimentis, etiam matrimonium dirimẽtibus, vt discurrendo per canones capitulo præcedenti. nu. 13. citatos, lector poterit videre: igitur,

2 Secundum. Cælestinus. 3. in. c. 1. de conuer. in fid. approbat decreta conciliorum prouincialium, quæ de impedimentis, matrimonium dirimentibus, decernunt: igitur habetur intentum. Verba Cælestini sunt. Interrogasti de Sarracenis, qui dum in captiuitate essent, quarundã Christianarũ viros earũ insidiis, & machinationibus occiderunt<sup>a</sup>, vtrum quia postea per ipsas ad fidem Christianam conuersi sunt, eas de iure possint accipere in vxores: vel si duxerint, coniugiũ teneat eorundem? Hic Triburẽsis concilij (quod quidem prouinciale fuit) regula contenti sumus, asserentis, quod si in mortem ipsorum maliciose fuerint machi-

O ij natae,

natae, licet earum studio ad fidem accesserint, nec tamen eis adherere debent, nec sunt, si adhererint, etiam tolerandi, cum tale damnum tali lucro ecclesia compensare non velit.

3 Tertium. Lex, & consuetudo iure æquiparantur. c. Consuetudo. d. 1. & cap. In his rebus. d. 11. & cap. Diuturni mores cum aliis quinque sequentibus. d. 12. Sed consuetudo particularis potest inducere impedimentum, quod matrimonium dirimat, talisque consuetudo præcipitur seruari in. c. Super eo. de cognat. spirituali: igitur idem etiam potest inducere constitutio prouincialis, aut synodalis.

4 Sed his non obstantibus, posito impedimenta matrimonij esse in duplici genere, nam quædam impediunt, & non dirimunt: alia autem vtrunque efficiunt: ut omnibus est in confesso: fit. 1. conclusio.

5 Iudex ecclesiasticus propter iustam causam potest matrimonium aliquibus interdiceret vel ad tempus, vel perpetuum. Confirmatur toto titulo de matr. contracto contra interd. ecclesiæ, & c. Ad dissoluendum, de despons. impub. & c. Tua nos, de sponsa duorum.

Est tamen aduertendum, huiusmodi interdictum, si non concurrat aliquod impedimentum dirimens, non esse tantæ efficaciam, ut solum irritet matrimonium, contra illud contractum. c. 1. 2. & 3. de matr. contract. contra interd. ecclesiæ. notant glossa, & Abbas. in. e. 2. citato.

## Secunda conclusio.

6 Concilia præter vniuersalia possunt propter honestam, & rationabilem causam impedimenta, quæ matrimonium contrahendum inter suos subditos impediunt, statuere.

Confirmatur primo: quia iudex ecclesiasticus id potest ex præcedenti conclusione: igitur a fortiori concilium prouinciale.

7 Secundo: quia cõsuetudo particularis prædictum impedimentum inducere valet, ut infra. c. 4. ostēdemus: igitur & statuta prouincialis cõcilij per iura in argumēto. 3. citata.

Tertio

Tertio, quia parentes possunt filio prohibere, ne cum aliqua muliere matrimonium contrahat, exemplo Abrahami Gene. 24. & Isaac Gene. 28. igitur & praelati ecclesiastici suis subditis.

8 Quarto, quia episcopi dispensare possunt in omnibus impedimentis, quæ impediunt, & non dirimunt matrimonium secundum Cateranum in summa. v. Matrimonium, & Domin. a Soto. in. 4. sen. li. d. 37. q. vnica. art. 1. & summam Armillam. v. Matrimonium. n. 60. & D. Nauarrum in confess. man. c. 22. n. 85. præterquã in voto, & sponsalicio: quia ista duo aliunde habent robur, quam ex iure positivo: igitur illa, vel similia saltem in concilio prouinciali ex iusta causa statuere valent.

9 Quinto, quia omnes fere canones, in quibus huiusmodi impedimenta fuerunt stabilita, editi sunt conciliis prouincialibus, vt affirmat Domin. a Soto. in. 4. sent. lib. d. 37. q. vnica art. 1. ante secundam concl. igitur.

### Tertia conclusio.

10 Nullus praelatus summo pontifice inferior, nullumque concilium præter vniuersale, potest tollere aliquod ex impedimentis, quæ iure communi pontificio matrimonium dirimunt.

11 Confirmatur primo: quia inferior legem superioris nec tollere, nec moderari potest. c. Inferior. d. 21. & Clem. Romani. de elect. sed leges, quæ de huiusmodi impedimentis statuunt, vel sunt summorum pontificum, vel conciliorum vniuersalium, vel a tota ecclesia receptæ, & approbatæ tantquam vniuersales, & communes: igitur.

12 Secundo, ex. c. fin. de spon. duorum, vbi consuetudo particularis confirmandi matrimonium, iure communi canonico nullum, reprobatur.

13 Tertio, ex. cap. 1. de spon. & matri. vbi lex particularis nihil valet contra matrimoniorum leges, ab ecclesia vniuersali conditas, vel receptas.

14 Quarto, quia nullus præter papam potest, regulariter

loquendo, in impedimentis, matrimonium dirimentibus, dispensare secundum omnes doctores: igitur multo minus poterit talia impedimenta tollere.

Quinto corroboratur ex. c. Nolite, & c. fin. d. 11. & c. 1. d. 12. & c. Celebritatem, de cons. d. 3. & c. Cum nō liceat, de præscrip. & c. fin. de spon. duorum.

### Quarta conclusio.

15 Nec prælati summo pontifice inferiores, neq; concilia præter vniuersalia, possunt absq; cōsensu papæ, impedimēta, quæ matrimonium dirimāt statuere præter illa, quæ ab ipso papa stabilita, vel vniuersali ecclesia approbata fuerint. Cōclusio colligitur ex Diui Thomæ doctrina in quolibet. 5. artic. 15. ad. 1.

16 Confirmatur primo ex. c. Licet. & c. fin. de spon. duor. vbi matrimonium iure communi pontificio validum non dissoluitur per contrariam consuetudinem: neque etiam per legem particularem in contrarium, vt habetur, cap. 1. de sponsal.

17 Secundo: quia consuetudo particularis absq; papæ consensu, & approbatione nō potest introducere impedimētū, quod matrimoniū dirimat, vt infra, c. 4. disputabimus.

18 Tertio: quia ecclesiæ particulares in matrimoniis contrahendis tenere debent humiliter, & seruare, quod beati Petri cathedrā sequi, viderint, & docere, c. fi. de spon. duor. & c. fin. d. 11. Non enim decet, vt membra a capite discrepent, aut aliter se gerant, c. Celebritatem. de consecr. d. 3. & c. 1. d. 12. & c. Cum non liceat. de præscrip.

Quarto: quia cum res ista sit sacramentalis, respiciatque totam ecclesiam, ad concilium vniuersale, vel papam spectat eius dispositio.

19 Quinto: quia maiores ecclesiæ causæ summo pontifici referuantur. c. Maiores, de baptis. c. Vt debitus. de appella. in fine. c. Quauis. de elect. li. 6. Sed causa hæc de impedimentis, matrimonium dirimentibus, est de maioribus: igitur

tur habemus intentum. Minor propositio probatur primo  
 ex abb. Panor. senten. in c. Maiores citato not. i. vbi dicit,  
 causam, attingentem sacramenta ecclesiæ, esse de maiori-  
 bus: quod probat per illum textum. Iterum, quia multo mi-  
 nores causæ, quam stabilire impedimenta, matrimonium  
 dirimentia, tanquam maiores reseruantur papæ: vt videre  
 licet in glossa, quæ illas recenset. c. Quod translationem,  
 de officio lega. Tertio, quia similes causæ ad papam solum  
 spectant: quales sunt, An laici sint cõmunicandi sub vtraq;  
 specie? ex concilio Triden. sess. 21. c. 2. de com. sub vtraq;  
 specie, & sess. 22. decreto fin. An infantes sint cõmuni-  
 candi? concil. Trid. sess. 21. c. 4. & can. 4. de communione.  
 An ante vsurpationis paruuli sint baptizandi? & similes.  
 c. Maiores, de baptis. Qua ætate matrimonium sit contra-  
 hendum? capit. 1. de despon. impuber. libr. 6. & capitulo  
 Puberes, extra, eodem titulo. An surdus, vel mutus possit  
 matrimonium contrahere? capit. Cũ apud, de spons. &  
 alia plures de matrimonio similes quæstiones toto titulo  
 de sponsalib.

Sexto: conclusio quarta confirmatur: quia frequenter  
 oriretur cõfusio, si leges, matrimonium dirimētes, omni-  
 bus Christianis non essent communes: cum viri crebro ex  
 diuersis prouinciis vxores ducant, mulieresque vitis ex-  
 teris nubant, ac coniuges passim domicilia mutent.

Septimo: quia multum conuenit, vt totum corpus ec-  
 clesiæ in talibus sanctionibus concordet. capi. Nolite di-  
 stinct. 11. Turpis enim est pars vniuerso suo nõ correspon-  
 dens. cap. Quæ contra mores. d. 8. & ca. Tua nos. de spon-  
 sa duorum.

Octauo: quia impedimenta matrimonium dirimentia,  
 quæ modo vigent, a tota ecclesia sunt vel stabilita, vel ac-  
 ceptata, per totamque habent vigorem.

Nono. quia præter summum pontificem nullus dispen-  
 sat in impedimentis, matrimonium dirimentibus, secun-  
 dum omnes doctores.

Ad primum argumentum, in contrarium supra addu-

Etum responderetur, in multis prouincialibus conciliis inueniri de impedimentis, etiam matrimonium dirimentibus, decreta: verum enim talia impedimenta primitus in illis non fuisse statuta: sed quæ vel a summis pontificibus, vel vniuersalibus conciliis, vel totius ecclesiæ vsu, & consuetudine stabilita, & approbata fuerant, recenseri, & iterum recipi. Si autem in aliquo forsitan prouinciali prius concilio de huiusmodi impedimentis quidquã nouiter statutum reperiatur, dico, huiusmodi causas, & negotia iam modo longæua ecclesiæ consuetudine, vsuq; receptissimo, sub generali quoq; reservatione ad papam, vel concilium vniuersale referri: vt confirmãdo. 4. conclusiõnẽ ostendimus.

- 23 Et est aduertendum; quod si tale decretum in prouinciali aliquo concilio inueniatur, nõ habet vim vniuersalis legis, nisi quatenus a tota ecclesia est receptum, vel in voluminibus iuris pontificij compilatum. Decreta enim conciliorum prouincialium, quæ in decretorũ volumine continentur, quanuis non ex se, neq; ex Gratiani compilatione: tamen ex diuturna ecclesiæ, & summorum pontificum approbatione vniuersalem astringunt ecclesiam, vt tradit Abb. Panor. Andr. Siculus, & Felin. in. c. 2. de rescrip. Ioan. Andr. in. c. Ex parte. de feudis, Hugo, Guido archidiaconus, & Domini. in. c. Quis nesciat. d. 9. & in. c. De his. el. 2. d. 50. vbi etiam Bellameras, Archidiaconus, rursus, Guilielmus, & Bellam. in. c. Fraternitas. d. 34. Felinus in. c. Ex parte. el. 1. §. Liber decreti. de rescrip. vbi quæstionem disputat. Bellameras vltimo in præfatione decretorũ dubio. 6. vbi dicit, hanc opinionem seruari in iudiciis, & communiter approbari in scholis. Contra quam videntur sentire Caiet. in summa. v. Excommunicatio. c. 22. & Erasmus multis in locis. Quorum sententia, quanquam post decretorum correctionem, Gregorij. 13. iussu mature, & cordatissime factam, adeo falsa sit, vt confutatione non egeat: tamẽ est a nobis alio loco refutata: nempe li. 1. de casuum reservatione. c. 25.

- 24 Ad secundum responderetur, Cælestinum non approbasse omnia conciliorum prouincialium decreta, quæ de talibus impedi-

impedimentis loquuntur: sed solum vnum concilij Triburiensis, quo ipse vtitur in illa sua decretali epistola. Decretum autem continetur concilij Triburiensis cap. 40. & 51. quæ referuntur a Gratiano. 31. q. 1. c. Relatū. & sequenti. Sed est animaduertendum, illud impedimentum non fuisse primitus cōcilio Triburiensi statutum: sed multo antea, vt patet ex. c. 1. 31. q. 1. & c. 3. eadē cau. & q. maxime quatenus dicit, Secundum canonum statuta diffinimus. Idem etiam deprehenditur ex. c. Cum haberet. de eo, qui duxit in matrim. quam polluerat. vbi inuitur, ante cōcilium Triburiense tale impedimentum viguisse.

Præterea illud decretum Triburiensis concilij tempore Cælestini 3. qui sedit anno Domini. 1200. circumcirca, iam erat a Gratiano, qui floruit anno Domini. 1120. volumini decretorum insertum, ab Eugenioq; 3. circa annum a Christi natiuitate. 1145. approbatum, & tãquam lex vniuersalis, susceptū, vt colligitur tum ex. c. 1. & 3. de eo, qui duxit, quorum auctor fuit Alexander. 3. qui sedit ante Cælestinum. 3. anno videlicet. 1160. tum etiam ex. c. Cum haberet, de eo, qui duxit, editum a Clemente. 3. qui præcessit immediate Cælestinum.

26 Ad minorem. 3. argumenti respondetur, consuetudinem particularem absq; scientia, & approbatione summi pontificis non posse introducere impedimentum, quod matrimonium dirimat, vt infra. c. 4. ostēdemus, vbi etiam explicabimus. c. Super eo, de cogn. spirituali.

## Annotationes.

### CX. DE MULIERIBVS ADVLTERIS. A.

1 Diuus Chrysofostomus in Marthēū hom. 49. Mulieres adulteræ ad matorū eadē, quibus iniuriā affertre meditatur, paratæ sunt, & accinctæ.

2 Ausonius.

*Toxica zelotypo dedit vxor mœcha marito.*

3 Iuuenalis de mulieribus loquens Satyra. 6.

*Fortem animum præstant rebus, quas turpiter audent.*

- 4 Diuus Hieronymus ad Gaudentium de educatione Pacatulae infantulae. Nobiles foeminae, quae nobiliores habuere neglectui procos, vilissimae conditionis hominibus, & seruulis copulantur. &c.

### Summaria cap. 3.

- 1 De multis ecclesiastica, & civilis potestas statuere communiter, & diuisim possunt. Verum seculari liceat potestati, leges super matrimoniis condere? Referuntur. 13. opiniones
- 2 Iure civili adoptio filiorum est instituta: ex qua impedimentum cognationis legalis nascitur. n. 3. et. 56.
- 3 Iure gentium, & civili seruitus fuit introducta: ex qua impedimentum erroris resultat. n. 3. & 56.
- 4 Imperatores impedimenta matrimonij sanxerunt. n. 4. & 57.
- 5 Matrimonium est & officium naturae, & contractus civilis, & sacramentum. Matrimonij impedimenta vel sunt a natura, vel ab ecclesia.
- 6 Principes seculares in pacem reipublicae instituti sunt. Reipublicae pax, atq; felicitas ex nuptiis magis, quam ex alijs, pendet.
- 7 Id, quod per pactum, per legem etiam fieri potest. n. 7. et. 60. Contrahentes possunt pactibus, & conditionibus ratum, vel irritum matrimonium facere.
- 8 Parentes possunt filiis prohibere, ne cum aliqua muliere matrimonium contrahant. Filiae, matrimonium contrahentes, parentibus inconsultis, peccant.
- 9 Multa crimina puniuntur ab utraq; potestate. Filiam contrahere matrimonium, inconsultis parentibus, & civili, & canonico iure est prohibitum. n. 10. et. 64.
- 10 Prohibitus statuere in aliqua materia propter defectum potestatis, potest in illa statuere fortificando ius commune. n. 10. et. 65.
- 11 Legatum a marito uxori factum, si vidualem vitam egerit, amittitur ab uxore, secundo nubente. Legatum mulieri relictum, si non nubat Titio: validum est. Argumentum a testamento ad legem est efficax. Amissio arrharum non impedit matrimonij libertatem.
- 12 Earum stipulatio approbatur iure canonico.
- 13 Obligatio voti est de iure diuino. Parentes possunt filiorum vota irritare. n. 13. et. 70.
- 14 Matrimonium infidelium dissoluitur per alterius coniugis conuersionem ad fidem, altero renuente conuerti. n. 14. et. 71.
- 15 Matrimonium ratum, & non consummatum dissoluitur per professionem alterius coniugis in religione approbata. n. 15. et. 72.
- 16 In matrimonio rato, & non consummato an possit summus pontifex dispensare? n. 16. et. 74.



- 4 Diuus Hieronymus ad Gaudentium de educatione Pacatulae infantulae. Nobiles foeminae, quae nobiliores habuere neglectui procos, vilissimae conditionis hominibus, & seruulis copulantur. &c.

### Summaria cap. 3.

- 1 De multis ecclesiastica, & civilis potestas statuere communiter, & diuisim possunt. Verum seculari liceat potestati, leges super matrimoniis condere? Referuntur. 13. opiniones
- 2 Iure civili adoptio filiorum est instituta: ex qua impedimentum cognationis legalis nascitur. n. 3. et. 56.
- 3 Iure gentium, & civili seruitus fuit introducta: ex qua impedimentum erroris resultat. n. 3. & 56.
- 4 Imperatores impedimenta matrimonij sanxerunt. n. 4. & 57.
- 5 Matrimonium est & officium naturae, & contractus civilis, & sacramentum. Matrimonij impedimenta vel sunt a natura, vel ab ecclesia.
- 6 Principes seculares in pacem reipublicae instituti sunt. Reipublicae pax, atq; felicitas ex nuptiis magis, quam ex alijs, pendet.
- 7 Id, quod per pactum, per legem etiam fieri potest. n. 7. et. 60. Contrahentes possunt pactibus, & conditionibus ratum, vel irritum matrimonium facere.
- 8 Parentes possunt filiis prohibere, ne cum aliqua muliere matrimonium contrahant. Filiae, matrimonium contrahentes, parentibus inconsultis, peccant.
- 9 Multa crimina puniuntur ab utraq; potestate. Filiam contrahere matrimonium, inconsultis parentibus, & civili, & canonico iure est prohibitum. n. 10. et. 64.
- 10 Prohibitum statuere in aliqua materia propter defectum potestatis, potest in illa statuere fortificando ius commune. n. 10. et. 65.
- 11 Legatum a marito uxori factum, si vidualem vitam egerit, amittitur ab uxore, secundo nubente. Legatum mulieri relictum, si non nubat Titio: validum est. Argumentum a testamento ad legem est efficax. Amissio arrharum non impedit matrimonij libertatem.
- 12 Earum stipulatio approbatur iure canonico.
- 13 Obligatio voti est de iure diuino. Parentes possunt filiorum vota irritare. n. 13. et. 70.
- 14 Matrimonium infidelium dissoluitur per alterius coniugis conuersionem ad fidem, altero renuente conuerti. n. 14. et. 71.
- 15 Matrimonium ratum, & non consummatum dissoluitur per professionem alterius coniugis in religione approbata. n. 15. et. 72.
- 16 In matrimonio rato, & non consummato an possit summus pontifex dispensare? n. 16. et. 74.

## Caput tertium.

In republica Christiana nulla potestas laicalis absque consensu, & approbatione papæ, vel concilij vniuersalis potest matrimoniorum impedimenta ab ecclesia sancita tollere, aut noua alia statuere.



**M** VETA sunt, de quibus rã ecclesiastica, quã civilis potestas statuere cõmuniter, & diuisim possunt. vt de testamentis, testibus, probationibus, dote, donationibus, vsuris, accusationibus, præscriptione, furtis, homicidio, pæctis, de pœnis pro blasphemia, periurio, incestu<sup>a</sup>, adulterio<sup>b</sup>, sacrilegio, & cæteris huiusmodi. & ideo postquã in duobus præcedentibus capitulis tractauimus, quid ecclesiastica potestas super matrimonio impedimētis decernere valeat: in præsentia inquirimus, An aliqua laicalis potestas leges super eis condere possit?

Franciscus a Victoria. p. 2. relect. de matr. affirmat, quod si non esset seculari potestati interdictum, de matrimoniis agere, posset quidem de illis statuere: quem sequitur Dominicus a Soto in. 4. sen. lib. d. 34. q. 1. ar. 1.

Quim potius idem Dominicus in. d. 29. q. 1. arti. vlti. ad vltimum argumentum dixerat, principes seculares posse prohibere matrimonium vel legibus, vel præcepto inter personas alioqui habiles in aliquibus casibus: & tales leges, etiam pœnis appositis, esse iustas. Non negat tamen matrimonium, contra prædictas leges contractum, esse validum. Exempli gratia, vt si ex matrimonio aliquorum magnatum immineret periculum regi, rei publicæue, tunc posset secundum ipsum princeps secularis illud interdiceret.

Præterea

Præterea leges seculares, statuentes ne filia contrahat, inconsultis parentibus, ex ipsius sententia sunt iustæ. Et hanc Dominici a Soto sententiam habuerunt ante ipsum quamplures vtriusque iuris periti, videlicet, Bartolus, qui in l. Ediscimus. C. de murilegulis. lib. 1. 1. quærit: Vtrū valeat statutum, imponēs pœnam contrahētibz matrimonium cum certo genere personarum, vel imponens pœnam filiis familias, contrahentibus absq; consensu patris? Et respondet. Quauis statutū non possit irritare matrimonium iure naturali, & canonico licitum: potest tamen illud aliquibus interdicerē, & trāsgressores punire. Quod etiam affirmat Baldus in rub. de const. nu. 33. & in l. Omnem. nu. 12. C. Ad Tertullianum, & alibi sæpe, & multi citati a Felino in c. 1. de spons. n. 20. Ioannes etiam Lupus in c. Per vestras. de dona. inter virum, & vxo. fortiter defendit Hispaniarum leges, imponentes pœnam filiabus, absq; consensu patris nubentibus, vbi plures pro sua citat sentētia, & multa in eius confirmationem adducit.

Castanæus autem in suo catalogo gloriæ mundi. p. 12. consider 36. nedū prædictas leges approbat: sed multis rationibus contendit probare, matrimonium a filia, absque patris consensu contractum, nullum esse: quia imo papam non posse per suam constitutionem tale matrimonium validare.

Corrasius li. 1. miscell. cap. 17. affirmat, matrimonium, absq; parentum consensu a filiis contractum, rescindi sententia posse ante cōsummationem. Et id ipsum sentit Carolus Molinaus apud Decium in c. Quæ in ecclesiarū. nu. 11. de cōstit. & in l. Nuptias v. Cōsummato. ff. de reg. iur.

Nonnulli asserunt, parentes posse talia matrimonia rata, vel irrita facere.

Sunt etiam multi doctores varie in hac disputatione distinguentes. Nam quot homines, tot sententiæ: Quidam ita. Si statutum prohibeat matrimonium, & pro trāsgressione tollat luctum a se ipso, vel a lege datum, valet iuxta  
auth.

auth. de rapt. mulier: secus si priuat lucro, quod non con-  
tulit: glossa in ver. Certo quo casu. c. Cum secundum. de  
hæreti. lib. 6. ibiq; Archid. & Domini. Antonius. c. 1. de  
spons. & matri. & ibi Felinus. n. 25. glossa in. l. 1. vers. Tras-  
ferantur. C. de rapt. vbi late Salicetus, Ananias in. c.  
Cum causa. de rapt.

Alij sic distinguunt: Si statutum imponeret pœnam in  
odium contrahentis matrimonium, non valeret: secus si in  
favorem filiorum primi matrimonij: vt in casu legû, Hæc  
ediçta, & l. Fœminæ. C. de secun. nup Antonius in. c. 1. de  
spon. cum alijs plurimis, citatis a Felino in eodem. c. n. 14

Cardinalis vero in. c. His, qui fidem, de spons. dicit, sta-  
tutû, de matrimonio disponēs, posse imponere pœnas mo-  
deratas tamē, quibus libertas matrimonij nō impediatur.

Plurimi dicunt, quod si matrimonium est iure canonico  
prohibitum, potest etiam per leges ciuiles, pœnis iniun-  
ctis, prohiberi: secus si matrimonium iure canonico esset  
licitum. Ita videtur procedere Couarru. 2. p. epit. de  
spons. c. 6. n. 17. vsq; in finem.

Nonnulli distinguunt de ætate filia: nam si ante. 25. an-  
num absq; patris consensu matrimonium contrahat, affir-  
mant, exhæredari posse, & dote priuari. Secus si maiorem  
nata ætatē: glossa in auth. Sed si post. C. de inofficio. testa.  
glossa in. c. De raptoribus. 39. q. 1. Castrensis in. l. Cum te.  
C. de in offi. testa. vbi idem etiam tenet de filio.

Sunt etiam, qui distinguunt ex parte sponsi. Nam si filia  
nubat indigno absq; patris consensu, potest secundū ipsos  
exhæredari, & c. secus si nubat digno. Ita glossa in. c. De  
puellis. 36. q. 1. & Ancharr. cons. 21.

Felinus autem in. c. 1. de spon. nu. 22. multos citat, ita  
distinguentes. Si statutû iubeat, vt filia a patre petat con-  
siliu, antequā matrimonium contrahat, valebit quidem,  
etiam pœnis appositis: non tamen si statuat, vt spectet  
consensum. Et hanc distinctionem defendit, & approbat  
Decius in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ. num. 130. de  
constitutionib.

Paleotus de nothis, spurisq; filiis. cap. 8. nu. 14. tenet ex sententia Iulij Pauli in lib. sententiarū. 2. c. de nuptiis. iure etiam pontificio consensum patris in filiorū matrimonio ex præcepto requiri: si tamen adhibitus non sit, matrimonium, non ideo dirimendum. Id ipsum videri videor tenuisse glossam. c. fin. 31. q. 2.

Pro his opinionibus non omnia, quæ adduci solent, sed fortiora adducam argumenta. Primum ex verbis. D. Tho. 4. li. contr. gent. c. 78. vbi inquit. Matrimonium, in quantum ordinatur ad bonum politicum, subiacet ordinationi ciuili legis. Idē docet in. 4. lib. sen. d. 2. q. 2. ar. 2. In. d. vero. 34. q. 1. ar. 1. ad. 4. ait: Matrimonium, in quantum est officium ciuitatis, statuitur lege ciuili, & ideo lege etiam ciuili potest aliqua persona effici ad matrimonium illegitima. Referuntur eius verba in additionibus. 3. p. q. 50. art. 1. ad. 4.

Secundum Iure ciuili adoptiones filiorum instituuntur  
 3 C. ff. & instit. de adoptione: ex adoptione autem impedimentum cognationis legalis contrahitur, quod dirimit matrimonium, §. 2. inst. de nupt. l. Qui adoptionem. ff. de adopt. l. Adoptiuus. ff. de ritu nup. Deinde partim iure gentium, partim iure ciuili introducta fuit seruitus. inst. de iure persona. §. Seruitus, & sequenti. inst. de iure nat. gent. & ciuili. §. Ius autem gentium: ex seruitute autem resultat impedimentum erroris. igitur.

4 Tertiū. Iustinianus, & alij imperatores Christiani, quos ipse refert in authent. de nupt. impedimenta matrimonij sanxerunt, vt patet. C. de nup. & C. de spōs. & inst. de nup. vbi in. §. Sunt & alix personæ, confirmat etiam Iustinianus matrimonij impedimenta, quæ in. ff. de ritu nupt. iusserat ex antiquioribus congerere: igitur.

5 Quartum. Matrimonium est & officium nature, & sacramentum, & contractus ciuilis: sed quatenus est officium nature, & sacramentum ecclesie potest habere, & habet impedimēta a natura, & ab ecclesia. igitur & quatenus est cōtractus ciuilis, potest habere impedimētū a lege ciuili.

Quin-

- 6 Quintum. Principes seculares in pacē, & prosperū rei-publicæ statū instituti sunt: huiusmodi autem pax, & tranquilla felicitas plurimum ex nuptiis contrahēdis pendet, & multo magis, quam ex aliis ciuilibus contractibus: igitur apud ipsos etiam est facultas statuendi de contractibus matrimonialibus.
- 7 Sextum. Quicquid potest fieri per pactū, potest fieri per legem. l. fin. & ibi omnes. c. de fidei iusso, glossa in l. Non solum. §. fin. ff. de noui ope. nunciat. & in rub. C. de decre. decurio. li. 10. & in. c. 2. de consu. lib. 6. quia maior est potestas legis, quam hominis, qui legi subest. Sed cōtrahentes possunt pactibus, & conditionibus ratum, vel irritum facere matrimonium. c. De illis, & c. Super eo. de con. appositis: igitur & seculares principes legibus, & constitutionibus.
- 8 Septimum. Parentes possunt filiis prohibere, nec cum aliqua muliere matrimonium contrahant exemplo Isaac Gen. 28. Vocauit itaq; Isaac Iacob, & benedixit eum, præcepitq; ei dicēs, noli accipere cōiugē de genere Chanaam & cætera: igitur & seculares principes suis subditis, præsertim in casu, a Soto in exemplum adducto, quem supra retulimus. n. 2.
- 9 Octauum. Filix familias, matrimoniū contrahentes, parentibus inconsultis, plerunq; peccant, & grauitur. Paterno enim arbitrio foeminae, uiris iunctæ, carent culpa, ut ait Leo Papa, cuius uerba referuntur. c. Non omnis. 32. q. 2. Non est quippe uirginalis pudoris eligere maritum, ut docet diuus Ambrosius in li. de patriarcha Abraham. c. 9. unde illud Hermionis in Euripidis Andromacha laudat omnes, Sponsalium quidem meorum pater meus curam subibit, meum non est hæc disquirere. Refertur. c. Honoratur. 32. q. 2. Et Apuleius lib. 6. Venerē inducit, argumētantem non uideri legitimam inter Psychem, & Cupidinē nuptias, eo quod res acta esset furtim, patre non cognoscente. Faciunt in huius rei cōfirmationem. c. Honoratur, citatum, & instituta de nuptijs, in principio. ubi traditur, nō ciuili,

tantum, sed naturali iure hoc institutum fuisse, vt patris consensus in filiorum nuptiis præcederet: igitur sicut alia multa crimina, quæ pacem reipublicæ turbant, & bonos mores corrumpunt, puniuntur ab vtraq; potestate, & civili, & ecclesiastica: ita & istud puniri potest.

10 Nonum. Filiam contrahere matrimoniū, incōsultis parentibus, non solum civili, sed etiam canonico iure est prohibitū. c. Aliter. 30. q. 5. qui est Euaristi Papæ: & idem, quod Euaristus in præcitato canone, instituit etiam Soter, auctore Baptista Platina in eius vita. Vnde Tertulianus in 2. li. ad vxorem scribit: In terris filia absq; consensu parentum neq; rite, neq; iure nubent. Et Gratianus in. c. Non omnis. 32. q. 2. Paternus consensus desideratur in nuptiis, & sine eo legitimæ nuptiæ non habentur. Sed prohibitus statuere in aliqua materia propter defectū potestatis, potest in illa statuere, fortificando ius commune, cum adiectione pœnæ iuxta glossam singularem in Clem. Ne Romani, in ver. Tolli, de electione. igitur etiam si laicali potestati prohibitum sit, de matrimonio statuere. poterit tamen in casu prædicto ius canonicum commune adiuvare, imponendo pœnam eius transgressoribus.

11 Decimū. Legatum, a marito vxori factum, si vidualem vitam egerit, vel donec. 2. nupserit, amittitur ab vxore. 2. nubente. auth. Cui relictum. C. de indi. vidui. tolle. & ibi omnes doctores, & Alex. in l. Mulier. §. Cum proponeretur. ff. ad Trebellia. Iason in l. fin. C. de indi. vidui, tollend. Couarruu. in epit. de spon. 2. p. c. 3. §. 9. nu. 11. & 12. Præterea legatum, relictum mulieri, si non nubat Titio, validum est. l. Cum ita legatum sit. ff. de cond. & demonf. & si contrafaciat, non debetur legatum. Igitur si lex, vel statutum priuet contrahentem matrimonium cum aliqua persona lucro, a se inducto, valebit, vt est casus in auth. de rapt. mulie. Quia videtur concessisse illud sub conditione, si non contraxerit cum Titio: vnde deficiente conditione, non debetur. Argumentatio tenet per locum ab vltima voluntate ad legem, vel statutum, qui efficax est. §. Dispo-

nat,

nat. auth. de nupt. coll. 3. tradit Euerardus in eodem loco.  
 12 Undecimū. Amissio arrharum, vel earum in duplum re-  
 stitutio, quæ a iure ciuili tantum est introducta. l. Arrhil.  
 & l. fin. C. de spon. non impedit matrimonij libertatem, li-  
 cet inter sponfos tradantur in pignus complendi matrimo-  
 nium, glossa, & canonistæ in. c. Gemma. de spons. legitæ  
 in. l. Titia. ff. de verb. oblig. Quimpotius talis stipulatio,  
 tanquam iuri canonico non aduersa, approbatur a Cano-  
 nistis in. c. Gemma. citato. & a Couarr. 2. p. epit. de spon.  
 c. 3. §. 7. n. 5. & sequentibus. Igitur pariter sunt approban-  
 dæ similes poenæ, a ciuili iure statutæ, præsertim contra  
 celebrantes nuptias, a iure canonico prohibitas, vel con-  
 tra renuentes, quas tenentur, celebrare.

13 Duodecimū. Obligatio voti est de iure diuino iuxta il-  
 lud psalmi. 75. Vouete, & reddite domino Deo vestro, &c.  
 & illud Ecclesiastici. 5. Quodcunque voueris, redde.  
 Multoq; melius est non vouere, quam post votum, promif-  
 sum non reddere. Sed nihilominus parentes possunt filiorū  
 vota irritate. c. Puella. 20. quæ. 2. Igitur similiter poterunt  
 parentes filiorum matrimonia rata, vel irrita facere.

14 Decimū tertium argumentum. Matrimonium, inter infi-  
 deles contractum, solo iure pontificio dissoluitur per alte-  
 rius coniugis conuersionem ad fidem, altero post admoni-  
 tiones canonicas renuente conuerti: de quo Dominicus a  
 Soto in. 4. sen. lib. d. 39. q. 1. ar. 4. igitur matrimonium de  
 natura sua non est indissolubile, ac proinde iusta interue-  
 niente causa, poterit per iudicis sententiam saltem ante  
 consummationem rescindi.

15 Decimū quartū. Matrimonium ratum, & non consummatū  
 inter Christianos dissoluitur ex ecclesiæ statuto per pro-  
 fessionem alterius coniugis in aliqua approbata religione.  
 c. Vni. & c. Ex publico. de conuer. coniug. & conci. Trid.  
 sess. 24. can. 6. Domini a Soto in. 4. sen. lib. d. 27. q. 1. ar. 4.  
 igitur matrimonium, etiam quatenus sacramentum, dissolu-  
 bile est. Poterit ergo per iudicis sententiam iusta de cau-  
 sa ante consummationem rescindi.



16 Decimūquintū. In matrimonio rato, & non consummato potest summus pontifex dispensare, & multoties dispensauit, vt narrant Florentinus, & Doctor Nauarrus locis in huius solutione citandis: ergo tale matrimonium rescindi per iudicis sententiam poterit, iusta tamen interueniente causa.

### Summaria.

- 17 Inter paganos, & gentiles respublica ciuili super matrimonij impedimentis leges sancire potest.
- 18 In republica Christiana nulla potestas laicalis absq; ecclesie consensu potest matrimonij impedimenta, ab ecclesia sancita tollere, aut noua alia statuere.
- 19 Soli ecclesie incumbit, de sacramentis censere.
- 20 In pertinentibus ad regnum celorum ciuili respublica ecclesiastica est subiecta.
- 21 Ad solam ecclesiam pertinet de causis matrimonialibus iudicare.
- 22 Contractus spirituales, qualis est in republica Christiana matrimonialis, determinari debent lege ecclesiastica.
- 23 De matrimonio spirituali ad carnale est bonum argumentum.
- 24 Omnes leges ciuiles, prohibentes matrimonium inter personas habiles de iure canonico, sunt correcte per ius pontificium: cum exemplis plurimis.
- 25 Error in fortuna, vel qualitate non excludit legitimum matrimonij consensum, nec computatur inter matrimonij impedimenta.
- 26 Nullus est excludendus a matrimonio, nisi expresse iure canonico sit prohib. vs. Antiquitus super matrimoniorum impedimentis, solo ciuili iure inductis, requirebatur de iure ciuili principis secularis dispensatio: secus tamen postquam eiusmodi leges per ius pontificium sunt correcte.
- 27 Matrimonium contractum a filia familias pubere coram paroco, & testibus validum est: & cat.
- 28 In materia matrimoniali iuri canonico standum est.
- 29 Matrimonium solo contrahentium consensu perficitur, expresso tamen coram paroco.
- 30 Quo ad matrimonium contrahendum filius non est sub potestate parentum.
- 31 Ad matrimonium spirituale non est necessarius parentum consensus.
- 32 Heretici sunt, qui affirmant, matrimonia a filiis familias sine consensu parentum contracta, irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere, posse.
- 33 Matrimonia a filiis familias puberibus contracta, etiam in consiliis, aut iuuitis parentibus, nunquam possunt per iudicis sententiam, vel ante consummationem rescindi.
- 34 Matrimonij definitio.
- De substatuta matrimonij non est copula carnalis.

- Matrimonium non potest, regulariter loquendo, quoad vinculum dissolui. n. 37. e. sequē.
- 32 Explicantur verba gen. 2. & relinquet homo patrem suam, & matrem, & c.
- 33 Matrimonium significat coniunctionem Christi, & ecclesie.
- 34 Tertium matrimonij bonum est indissolubilitas.
- 35 Dissolutio vinculi matrimonialis Deo reseruat.
- 36 Legitime factum propter superuenientem causam non infringitur.
- 37 Amicitia quanto maior, tanto firmiter.
- 38 Inter coniuges maxima debet esse amicitia: ubi explicatur illud Genes. 2. Tulla  
vnam de costis eius, & c.
- 39 Coniunctio matrimonialis non solum ordinatur ad generationem, sed etiam ad  
bonos mores.
- 40 Filia familias, legitimam contrahens matrimonium etiam ante vigesimum quin-  
tum annum, & cum indigno, inconsultisq; vel inuitis parentibus, exheredari,  
aut aliqua civili poena puniri non debet.
- Filiam nubere ante vigesimum quintum annum indigno, inconsultis, vel inuitis  
parentibus, non conueneratur inter causas exheredationis.
- 41 Lex civilis nec directo, neq; indirecto disponere potest super matrimonio.  
Dato potestatis defectu in statuente, nihil operari potest rationabilitas statuti  
n. 41. & 42.
- 42 Qui non potest disponere simpliciter, neq; poenaliter.
- 43 Nemo potest statuere super illis, de quibus cognoscere non potest.
- 44 Poena imponitur propter prohibitionem.  
Quod fit, lege permittente, poenam civilem non meretur.
- 45 Poena conventionalis in matrimonio reprobatur.
- 46 Matrimonium debet esse liberum.
- 47 Pater tenetur dolare filiam, & omnia necessaria illi subministrare, tametsi ea  
in scio, connubium sit celebratum.
- 48 Contrahentes de facto matrimonium de iure canonico nullum possunt legibus ci-  
uilibus puniri.
- 49 Licet crimen sit ecclesiasticum, poenae temporales aduersus illud committentes  
possunt interdum a secularibus principibus statui.
- 50 Leges non dedignantur sacros canones imitari.
- 51 In materia matrimonij possumus recurrere ad leges canonibus non contrarias.
- 52 An contrahentes matrimonium de iure canonico prohibitum, non tamen irritum,  
possint legibus civilibus puniri?
- 53 Matrimonium irritum non est matrimonium.
- 54 Contrahentes matrimonium, de iure canonico prohibitum, sed non irritum, scmo-  
ta graui poena, puniri possunt legibus civilibus.
- 55 Seculari potestati interdictum est, de matrimonijs aliquid disponere sacris cano-  
nibus contrarium: non tamen ius canonicum adiuuare, fortificare, & defende-  
re vel in materia matrimoniali.

## Prima conclusio.

- 17 Inter ethnicos, paganos, & gentiles, respublica civilis, & eius principes super matrimoniorum impedimentis leges sancire possunt iuxta naturalem decentiam, sicut apud Romanos ante euangelium sancitæ fuerunt, vt patet ex. ff. de ritu. nupt. Hæc conclusio calculis omnium approbatur, & sufficienter confirmatur ex cap. fin. de diuor. & c. De infidelibus de cons. & affini. & cap. vltimo. qui filij sint legit. cum similibus. Item argumentis. 1. 4. & 5. supra adductis.

## Secunda conclusio.

- 18 In republica Christiana nulla potestas laicalis absque consensu, & approbatione papæ, vel concilij vniuersalis potest matrimoniorum impedimenta, ab ecclesia sancita, tollere, aut noua alia statuere. Hæc conclusio & theologis, & canonistis est communis. D. Tho. in. 4. sen. lib. d. 42. q. 2. ar. 2. ad. 4. & d. 40. q. 1. ar. 4. in argumento. Sed cōtra, & ad. 2. & in quolib. 5. ar. 5. ad. 1. Palud. in. 4. sen. lib. d. 26. q. 3. ar. 3. & d. 40. q. 1. ar. 3. conc. 3. Angelo. v. Matrimonium. 3. impedimento. 17. n. 3. Gabrieli in. 4. sen. lib. d. 24. q. 20. ar. 3. dub. 6. verf. An statutum patriæ. & d. 24. q. 1. ar. 2. concl. 3. Tabienæ. v. Impedimentum. 1. n. 6. Florent. 3. p. titulo. 1. c. 14. §. 2. concl. 3. glossæ in. c. Cum ad verum, d. 96. Innocentio, Felino, Hostien. Abb. Panor. in. c. 1. de spon. & matri. Abb. in. c. fin. de secundis nupt. & in. c. Ecclesiæ sanctæ Mariæ. de constit. vbi Felinus, & Decius. Decio rursus in. l. Nuptias. ff. de reg. iur. Couarruias in epit. de spon. p. 2. c. 6. in prin. n. 17. & §. 10. n. 16. & §. 8. n. 5. Alexan. in rub. & in. l. 1. ff. solut. matri. Rebuffo in praxi benef. 3. p. titulo. Regula. 46. de dispensationibus in gradibus prohibitis. n. 10. & seq.

Conclusio probatur primo ex. c. 1. de spon. & matrimonijs, & ex. d. 96. in prin. & cap. 1. & ex. d. 97. in principio,

Secundo

Secundo : quia si sub lege euangelica tali fungerentur seculares principes facultate, cum eadem penes ecclesiã existat, vt supra. c. 1. ostendimus, duo essent capita, (quod monstrum ecclesiam Dei demoliretur) contra c. Quoniã. d. 10. & c. Cum ad verum. d. 96. Sæpe enim accideret, vt sibi huiusmodi potestates contradicerent.

19 Tertio. Soli ecclesiæ incumbit de sacramentis censere. d. 96. & 97. vtrobique in prin. & c. 1. d. 96. d. Tho. in. 4. sen. li. d. 42. q. 2. arti. 2. argumento. 4. igitur & de sacramento matrimonij.

20 Quarto. In his, quæ pertinent ad regnum cælorum ciuilibus respública spirituali, & ecclesiasticæ est subiecta. c. 1. d. 10. & c. Ad verum. d. 96. & c. Duo sunt, & c. Si imperator. d. eadem; sed matrimonium, cum sit sacramentum, est de his, quæ ad regnum cælorum spectant: igitur.

21 Quinto. Ad solam ecclesiam pertinet de causis matrimonialibus iudicare concil. Trid. sess. 24. can. 12. c. Causam. qui filij sint leg. c. Ex literis. de cons. & affin. c. Tuam. de ord. cog. d. 97. in prin. glossa in. c. De puellis. 36. q. 2. Bartolus in l. Titia. ff. solut. matri. ergo & eius impedimẽta sancire.

22 Sexto. Sicut contractus, & officia humana determinantur legibus ciuilibus, ita contractus spiritualis determinari debet lege ecclesiastica: sed matrimonium, postquam est sacramentum, est contractus spiritualis: igitur determinari debet lege ecclesiastica.

23 Septimo. De matrimonio spirituali ad carnale est bonũ argumentum, vt ostendit Euerardus in suis locis legalibus: sed de matrimonio spirituali non possunt disponere leges ciuiles, neque principes seculares: quia sunt causæ spirituales, ad solam ecclesiam spectantes: igitur neque de matrimonio carnali.

24 Vltimo confirmatur conclusio: quia omnes leges, quæ prohibent matrimonium inter personas habiles de iure naturali, & canonico, sunt correctæ per ius pontificium.

Exempli gratia, leges ciuiles, prohibentes matrimonium

inter pupillam, & tutorem, eiusque filios, quales sunt. l. Quamquam. & l. Libertum. & l. Non est matrimonium: & sequens, & l. Tutor, & l. Senatus consulto. & sequens. ff. de ritu nuptiar. & l. 1. C. de interdict. matrimo. inter tutor. & pupill. correctæ sunt per ius canonicum, vt tradunt Couarruias in epitome de sponsalib. parte. 2. capit. 6. §. 10. nume. 16. & glossa. in. capi. 1. 30. quaestio. 3. Abbas Panormitanus, & Felinus in. capitu. 1. de sponsalib. Abbas in capitu. fina. de secundis nuptiis. Alexander. in. l. Filius a patre. §. Si quis eo tempore. ff. de liber. & posthum. Rebuffus in praxi beneficior. par. 3. titu. regula. 46. de dispensationibus in gradibus prohibitis num. 4. & 10.

Præterea leges, prohibentes matrimonium inter rectorem prouinciæ, & sibi subiectam ratione iurisdictionis, quales sunt. l. Et si cōtra. C. de nupt. & l. Si quis officium. & l. Præfectus cohortis. ff. de ritu nupt. & l. 1. C. Si quacunq; correctæ sunt per ius canonicum, vt tradunt Abb. Panor. & Felinus in. c. 1. de spons. Alex. in. l. Filius a patre. §. Si quis eo tempore ff. de lib. & posthu. Abb. rursus in. c. fin. de secun. nup. & Rebuffus, vbi proxime eum citauimus n. 7. & 10.

Item leges ciuiles contra. 2. nubentes, quales sunt. l. Liberatorum. ff. de his, qui notantur infra. auth. de restit. & ea, quæ parit in. 11. mense. §. Vnum. & C. de secundis nup. correctæ sunt per ius canonicum, vt tradunt glossa, & Abb. in. c. fin. de secun. nupt. Abb. & Felinus in. c. Ecclesiæ sanctæ Mariæ. de const. & latissime Couarr. in epit. de spons. p. 2. c. 3. §. 9. n. 4. & sequenti. & Rebuffus vbi supra regula. 46. citata. n. 8. & 10.

Item leges, concedentes matrimonium inter consobrinos, quales sunt. l. Celebrandis inter consobrinos. C. de nup. & instit. de nupt. correctæ sunt per. c. Quædam lex 35. q. 3. & per. c. Ad sedem 35. q. 5.

25 Item leges, prohibentes matrimonium senatoribus, & aliis ingenuis viris, eorumque filiis, cum eorum libertis, cæte-

cæterisq; vilis conditionis fœminis, quales sunt. l. leg. Pa-  
 pia. & l. lege Iulia. & l. Oratione. & l. Semper in coniu-  
 ctionibus. ff. de ritu nupt. & l. Humilem. C. de incestis  
 nupt. correctæ sunt per decreta Iulij Papæ, et concilij  
 apud Vermeriam celebrati, quæ refert Burchardus. lib. 9.  
 cap. 18. & 27. Secundum enim ius canonicum dispari-  
 tas in fortuna, vel, qualitate contrahentium, non con-  
 numeratur inter matrimonij impedimenta. Quimpo-  
 titius error in prædictis fortuna, vel qualitate, non exclu-  
 dit legitimum matrimonij consensum. 29. quæst. 1. per  
 totam. Nullus autem est excludendus a matrimonio, nisi  
 expresse iure canonico sit prohibitus. c. Cû apud despons.  
 Item leges, prohibentes matrimonium inter seruum, &  
 liberam, cognita etiam seruitute, quales sunt leg. 3 C. de  
 incestis nupti. & similes, correctæ sunt per ius canoni-  
 cum, vt tradit glossa in. capit. 2. 29. quæstio. 2. per illum  
 textum:

Item leges, statuentes, vt filij, aut filiæ non possint  
 absque consensu parentum matrimonium contrahere,  
 quales sunt leg. Viduæ. & leg. Ne filium. & l. In coniu-  
 ctione. C. de nupt. & leg. 2. & leg. Sinepos. & l. Filij fa-  
 milias. ff. de ritu nupt. & §. 1. instit. de nupt. correctæ sunt  
 per ius canonicum, vt tradunt Alex. in rub. & in. leg. 1. ff.  
 solut. matrimo. Couarruias in epit. de spon. p. 2. cap.  
 3. §. 8. Hastien. & Abb. in. cap. 1. de despon. impub. Decius  
 in. leg. Nuptias. ff. de reg. iuris. Abb. & Felinus, & Decius  
 in. cap. Ecclesiæ. de constit. Iason in. auth. Et si post. C. de  
 inoffi. testa. glossa in. cap. Hoc sanctum. 32. quæst. 2. glossa,  
 & Imola. in. cap. Accedens. de procura. Ioan. And. in. cap.  
 statutum. de hæret. lib. 6. glossa in. leg. Paulus. ff. de statu  
 homi. Felinus in. cap. 1. de spon. & matrimo. Bartolus  
 in. leg. 2. §. Quod si in patris. ff. solu. matri.

Item leges ciuiles, semper, & vbique prohibentes ma-  
 trimonium inter raptam, & raptorem, quales sunt. l. vni-  
 ca. C. de rap. virg. & auth. de rapt. mulier, quæ rapto-  
 nub, correctæ sunt per ius canonicum, vt tradunt glossa

in. c. De puellis. 36 q. 2. Abb. in. c. 1. de despon. impu. Abb. Felinus, & Decius in. c. Ecclesiæ. de constit. Decius in. l. Nuptias. ff. de reg. iur. Couarruias in epit. p. 2. c. 3. §. 9. Ioan. Lup. in. c. Per vestras. de donat. inter virum, & vxorem, Alex. in. l. Scius, & Augerius. ff. ad legem Falcidiam.

Quamobrem & si super matrimonij impedimentis, solo ciuili iure inductis, requireretur de iure ciuili olim imperatoris, vel regis dispensatio. l. Si tutor. C. de interdicto matri. quod etiam tradit Rebuffus in additionibus regul. cancell. reg. 50. ceterum postquam leges præfatæ ciuiles sunt per ius pontificium correctæ, nec de iure requiritur principis secularis, nec peti solet ab eo ex necessitate super eis dispensatio, vt idē Rebuffus eo fatetur loci.

### Tertia conclusio.

26 Matrimonium contractū a filia familias pubere coram parcho, & testibus, etiam ante. 25. annum, & cum indigno, inconsultisq; vel inuitis parentibus, validum est: nec potest a parentibus irritari, neq; per iudicis sententiā rescindi: filia autem propter tale matrimonium exhæredari, aut aliqua alia ciuili pœna puniri non debet. Conclusio hæc plurium calculis approbatur. Ioan. And. in. c. Statutū. de hæreti. li. 6. Abb. Felini. & Decij in. c. Ecclesię sanctæ Mariæ. de constit. Decij in. l. Nuptias. ff. de reg. iur. Abb. & Felin. in. c. 1. de spons. Alex. in rub. & in. l. r. ff. solu. matri. Couarr. in epit. de spons. p. 2. c. 6. §. 10. n. 16. & c. 3. §. 8. n. 5. glossæ in. l. Paulus. ff. de statu homi. Abb. & Hostiē. in. c. 1. de despon. impub. glos. in. c. Hoc sanctum. 32. q. 2. Iason in auth. Et si post. C. de in officio. testa. glos. & Imol. in cap. Accedens. de procu.

27 Prædictum matrimonium esse validum, & a parentibus non irritabile, probatur primo: quia de iure canonico, cui in materia matrimoniali standum est. c. fin. de secun. nup. & c. Euphemium. §. Hinc colligitur. 2. q. 3. solus consensus contrahentium in legitima ætate est necessarius ad matrimonij firmitatem. c. Sufficiat. 17. q. 2. explicitus tamen coram,

coram parochio spōsæ, & testibus, vt nouiter statutum fuit concil. Trid. sess. 24. c. 1. de reform. matri.

28 Secundo: quia quantum ad matrimonium contrahendum filius non est sub potestate parentum, vt ostendūt. D. Tho. 2. 2. q. 104. ar. 5. & glossa in. c. Accedens: de procu.

29 Tertio: quia ad matrimonium spirituale non est necessarius parentum consensus c. 1. & 2. 20. q. 2. & c. Cum virum. de regular. igitur neq; ad carnale.

30 Quarto ex illis concil. Tridentini verbis sess. 24. c. 1. de refor. matri. Iure damnandi sunt, & eos sancta synodus anathemate damnat, qui falso affirmant, matrimonia, a filiis familias sine consensu parentum contracta, irrita esse, & parentes ea, rata, vel irrita facere, posse.

31 Prædictum autem matrimonium non posse, per iudicis sententiam vel ante consummationem rescindi, confirmatur primo ex diffinitione matrimonij supra. c. 1. a nobis tradita. Matrimonium enim est legitima viri, foeminaq; coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. Quæ quidem finitione, substantiam matrimonij declarante, minimeq; carnalem copulam includente, satis ostenditur, matrimonij vinculum ex natura sua etiam ante consummationem indiuisibile, atq; inseparabile esse.

32 Secundo ex illis primi hominis verbis Gen. 2. Relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Quæ verba, dicta ab Adamo ante carnalem coniunctionem, retulit, cōfirmavitq; Christus Matthæi. 19. & Marci. 10. illud etiam adiungens, Quod Deus coniunxit, homo non separet. Cuius catholicam explicationem legitote in concil. Trid. sess. 24. in principio.

33 Tertio ex verbis apostoli ad Rom. 7. & 1. Corinth. 7. Mulier alligata est legi, scilicet matrimonij, quanto tempore vir eius viuit. Quem locum explicant egregie. D. August. lib. 2. de adult. coniug. & Dom. a Soto in. 4. sen. d. 33. q. 2. ar. 1.

34 Quarto ex verbis Diui Augustini libro de bono coniugali.



iugali. capitu. 17. vbi, Semel, ( inquit ) initum coniu-  
gium in ciuitate Dei nostri, vbi etiam ex prima duo-  
rum hominum copula quoddam sacramentum nuptiæ  
gerunt, nullo modo potest nisi alicuius eorum morte  
dissolui.

35 Quinto ex concilij Florentini verbis in decreto su-  
per vnione Iacobitar. & Armenior. Tertium bonum ma-  
trimonij est indissolubilitas propter hoc, quod signifi-  
cat indissolubilem coniunctionem Christi, & ecclesie.  
Matrimonij igitur vinculum, legitime contracti, perpe-  
tuum est. Idem fere habetur concilio Trident. sess. 24. in  
principio.

36 Sexto ex. c. Inter corporalia. de translatione episcopo-  
rum, vbi hæc verba habentur. Deus dissolutionem carna-  
lis coniugij, quod est inter virum, & foeminam, suo tantū  
iudicio reseruauit.

37 Septimo: quia id, quod prius legitime factum est, pro-  
pter superuenientem causam infringi non debet: etiam  
quanuis res deueniret ad eum statum, a quo incipere non  
poterat, vt notant glossæ in capitu. Ad limina. versic. Vi-  
xerit. 30. quæstio. 1. & in cap. Discretionem. de eo, qui  
cognouit. Et bene probatur per capitulum, Præcepta. di-  
stinct. 55. & per capitulum. Perlatum. 29. quæstio. 2. ( vbi  
idem notant finales glossæ ) item per capitulum. finale. 25.  
quæst. 2. & per. l. In ambiguis pro dotibus. §. Non est no-  
uum. ff. de regul. iur. igitur matrimonium, legitime con-  
tractum maxime inter Christianos, non potest per iudi-  
cis sententiam etiam ante consummationem quo ad vin-  
culum dissolui. Quod quidem corroboratur capitulo,  
Quanto. de diuor.

38 Octauo idem confirmatur: quia amicitia, quanto ma-  
ior est, tanto debet esse firmior, & diuturnior: sed in-  
ter virum, & vxorem maxima amicitia esse debet.  
Quam ob rem vxorem non & luto illo, quo virum,  
sed ex Adæ cratibus eduxit Deus Genesis. 2. quo prorsus  
intelligeremus, nihil nobis vxore carius esse debere,  
nihil

nihil coniunctius, nihil tenacius adglutinatum. Cum cæteris enim amicis, animorum duntaxat benivolentia coniungimur, cum vxore, & summa caritate, & corporum permixtione, & sacramenti fœdere, & fortunarum omnium communitate compulamur. Igitur ex natura sua matrimonium indissolubile est, atque esse debet.

39 Ultimo. Coniunctio maris, & sceminæ non solum est ordinata ad proles generationem, sed etiam ad bonos mores, quia ad id, quod est optimum in homine, alia ordinari oportet: sed ad bonos mores pertinet indiuidua coniunctio maris, & sceminæ, quia sic amor est fidelior vnus ad alterum, & vtriusque maior cura in rebus domesticis, firmiorque inter affines dilectio: igitur habemus intentum.

40 Filiam vero non posse, propter tale matrimonium exheredari, aut aliqua alia ciuili pœna puniri ostêditur primo: quia filiam ante vigesimum quintum annum nubere indigno, inconsultis, vel inuitis parentibus, non connumeratur inter causas exheredationis in authentic. Ut cum de appellat. cognoscitur. §. Causas. per quod correctâ est lex. 3. §. Si emancipatus. ff. de bonor. posse. contra tabulas, cum similibus.

41 Secundo. quia lex ciuilis neq; directo, neque indirecto disponere potest super matrimonio, argumento ex. c. Statutum el. 1. de hæreti. lib. 6. dato autem potestatis defectu in statuente, nihil operari potest rationabilitas, vel aperta iustitia statuti. cap. Ecclesia. de consti. & cap. Series. de testibus.

42 Tertio; quia sicut non valeret simplex statutû, prohibens matrimonium in prædicto casu defectu potestatis, quæ in quolibet legitimo actu requiritur. c. Cum super. de offi. de leg. 1. Cum in se. C. de donat. ante nupt. l. Nolle. ff. de acquir. hæred. ita neque pœnale. Quia in adiectione pœnæ maior potestas requiritur, quam in simplici prohibitione. Vnde qui non potest disponere simpliciter, non potest

potest disponere pœnaliter, vt notat Barto. per illum textum in. l. Scius, & Augerius. ff. ad. l. Falcid. & Bald. in. l. 1. n. 3. C. de ind. vidui. tollend. & in. l. Omnes populi. ff. de ius. & iur.

- 43 Quarto: quia nemo potest statuere, aut disponere super illis, de quibus cognoscere non potest secundum Bartol. in. l. Titia. ff. solut. matri. & in. l. 1. ff. de iurisdic. omni. iud. sed seculari potestati interdictum omnino est de matrimonii cognoscere, vt sæpe ostendimus: igitur eidem etiam prohibitum est super illis disponere.
- 44 Quinto: quia pœna imponitur a iure propter prohibitionem: pœna enim legis non potest incipere a permissis, argumento ex. l. Ab administratione. C. de legi. notat Baldus in. l. Omnes populi. ff. de ius. & iur. in. l. 1. n. 3. C. de indi. vidu. tollen. Quod enim fit, lege permittente, pœnam non meretur. l. Gracchus. c. de adulteriis. & c. Qui peccat. 24. q. 4. Sed in casu nostro quæcunque prohibitio de iure canonico, cui in materia matrimoniali standum est, cessat: igitur quæcunq; etiam pœna civilis cessare debet. c. Non debet. de cons. & affini.
- 45 Sexto: quia pœna conuentionalis in matrimonio reprobatur, ne eius libertas impediatur. c. Gemma. de spons. igitur & legalis reprobari debet propter eandem causam.
- 46 Septimo: quia matrimonium debet gaudere omnimoda libertate. c. Cum locum. de spons. & per quæcunq; pœnam intimidantur contrahentes, & impeditur, vel restringitur eorum libera contrahendi facultas. l. Titio centum. §. 1. ff. de condit. & demonst. & l. Titia, quæ. ff. de ver. obli.
- 47 Ex quibus recte deducitur id, quod tradunt glossa. c. fin. 32. q. 2. & Bartol. l. 2. §. Quod si in patris. ff. solu. matri. Ancha. consi. 21. Angelus consi. 29. Alex. consi. 97. in. 1. volu. Decius consi. 231. Nempe patrem teneri ad dotem filia, & omnia necessaria illi subministranda: tametsi eo inscio, connubium sit celebratum. Quorum opinionem vt communem firmat Paleotus de nothis, spurisq; filiis. c. 8. n. 3. quanuis multi teneant oppositum, quos citant, & sequuntur

quuntur Ioan. Lupus in. c. Per vestras. de dona. inter virū,  
& vxor. & Cassanęus in catalog. glorię. mūdi. p. 12. cōsi. 36

### Quarta conclusio.

48 Contrahentes defacto matrimonium iure canonico  
nullum possunt legibus ciuilibus puniri.

49 Hęc conclusio, cui communiter doctores consentiunt,  
probatu primo: quia licet crimen sit ecclesiasticum, pœ-  
næ temporales aduersus illud committentes, possunt in  
multis casibus a secularibus principibus statui, vt mon-  
strat Alfonsus a Castro, lib. 2. de iust. hæret. puni. c. 26.  
Exempla sunt de pœnis contra vsurarios, & periuros, &  
celebrantes incestas nuptias, &c.

50 Secundo. Quia tales leges canonibus non repugnant,  
sed potius suffragantur: & sicut leges non dedignantur sa-  
cros canones imitari, ita & sacrorum statuta canonum  
principum constitutionibus adiuuantur. cap. 1. de noui.  
ope. nunt:

Tertio. Quia similes pœnę, ciuili iure statutz, appro-  
bantur in. c. Vt inquisitionis. de hæret. lib. 6. & in. c. Cum  
secundum leges. eodem titulo & li.

51 Quarto. Quia in materia matrimonij possumus recurre-  
re ad leges canonibus non contrarias, vt notant Abb. in. c.  
2. de despon. impub. Fortunius in tractatu de vltimo sine,  
& Couarr. in epit. de spons. 2. p. c. 6. n. 18. & tenet glossa  
fin. in c. Qui. d. 10. & in. c. Siquis ancillam. 29. q. 2. & in. c.  
Quod autem. 27. q. 2. & bene probatur per illum textum,  
& per. c. 1. 31. q. 2. & per. c. 2. de despon. impub.

52 Verum enim dubitari merito posset, An prædicta con-  
clusio locum habeat in matrimonio, prohibito de iure ca-  
nonico, non tamen irrito?

53 Et ratio dubitandi est. Quia quando matrimonium est  
nullum, leges ciuiles, punientes illud contrahentes, nihil  
disponunt in materia matrimoniali, sed puniunt crimina,  
& prauos mores, quibus reipublicę pax perturbari potest.  
(Matrimonium enim irritum non est matrimonium). Sed  
casu

casu quo matrimonium, licet prohibitum de iure canonico sit, tamen validum est, si contrahatur, tunc si leges civiles punirent illud contrahentes, disponderent super matrimonio, quod seculari potestati est penitus interdictum, ut supra demonstrauius.

- 54 Sed hac ratione non obstante, respondeo, contrahentes matrimonium iure canonico prohibitum, sed non irritum, si mota graui pœna, puniri posse legibus, & statutis civilibus. Primum propter rationes, quibus confirmauimus. 4. conclusionem nostram. Iterum propter doctrinam glossæ supra relatam in argumēto nono. n. 10. Tertio propter plura, quæ in huius responsionis nostræ confirmationem tradunt Abb. Felinus, & doctores in. c. 1. de spons. & matri. & Couarruui. in. 2. p. epit. de sponsa. c. 6. n. 18.
- 55 Ad rationem autem dubitandi respondetur, seculari potestati interdictum esse, de matrimoniis aliquid disponere, sacris canonibus cōtrariū: non tamē ius canonicū adiuuare, fortificare, & defendere etiā in materia matrimoniali.

### Summaria.

- 56 *Impedimenta cognationis legalis, & erroris, quanuis adoptio iure civili, & seruitus partim civili, partim gentium iure sit introducta, a iure tamen canonico habent efficaciam.*
- 57 *Imperatores Christiani, condentes leges de matrimoniorum impedimentis, contrarias sacris canonibus, errauerunt.*
- 58 *Multa de Iustiniāno referuntur. n. 57. et 58. Siluerius, & Vigilus martyres. Tribonianus hæreticus fuit.*
- 59 *Matrimonium, & sacramentum, supponit matrimonium, ut contractum. Sacramenta nouæ legis efficiunt instrumentaliter gratiam, quam significant. Si matrimonium non esset sacramentum, subesset legibus civilibus.*
- 60 *Præmissa particulares inhabiles sunt ad syllogizandum.*
- 61 *De conditionibus matrimonio appositis remissiuæ.*
- 62 *In materia matrimoniali non procedit argumentum de parentibus ad principes seculares.*
- Ad parentes spectat filiorum matrimonij providere.*
- Casus euenire potest, quo matrimonium aliquibus magnatibus debeat ab ecclesiastico iudice interdici.*
- Ad validitatem matrimonij necessaria est parochi, & testium presentia.*

- 63 Quare ecclesia non punit in foro exteriori peccatum filiarum, quæ absq; parentum consensu indigno nubent.
- 64 Canones, in matrimonio filiarum consensum patris requirentes, explicantur.
- 65 Sententia glossæ in Clem. Ne Romani. de electione, declaratur.
- 66 Explicatur authenticum de rapt. mulier.
- Quando lex sub aliqua conditione concedit lucrum, conditione non purificata, lucrum non debetur.
- Amisio lucri acquisiti damno equiparatur.
- Amisio lucri, nondum acquisiti, proprie non est poena.
- 67 Cessante prohibitione, poena prohibitioni connexa cessat.
- Bona raptoris ipso facto sunt raptæ adiudicata, etiam si raptori nubat.
- 68 Quid sit in Tridentina Synodo sanctum de raptæ, raptoreq;.
- 69 Quare pro contrahendo matrimonio potest intervenire arrha, & non poena.
- Faciliores sunt homines ad promittendum, quam dandum.
- Mulier prohibetur obligari pro alio, non tamen dare aliquid actualiter alicui.
- Diuersa est ratio arrhæ, & poenæ.
- 70 Votû est aut reale, aut personale: vtriusq; descriptio: in quo differât, & conueniât.
- Matrimonium, ante pubertatem contractum, habet vim sponsalium.
- Minor vsq; ad. 25. annum non habet liberam bonorum dispensationem: in his autem, quæ ad propriam personam attinent, est suæ potestatis.
- 71 Matrimonium infidelium est contractus legitimus, ex natura sua in dissolubilis: non tamen est sacramentum.
- Explicantur verba Pauli. 1. Cori. 7. Si infidelis discedit, discedat.
- 72 Nonnulli, matrimonio rato, & non consummato, ad meliorem frugem transierunt.
- Religiosus profusus mortuus est mundo.
- 73 Error Erasmi confutatur.
- 75 Matrimonium ante consummationem non significat coniunctionem veri dei cum humanitate, neq; Christi cum ecclesia: sed Dei cum animo, quæ quidem coniunctio dissolubilis est.
- Coniuges ante matrimonij consummationem non sunt duo in carne vna.
- De dispensatione ad sententiam non valet argumentum: quia illa ad gratiam, hæc ad iustitiam spectat.

## Argumentorum responsa.

Ad primum principale respondetur. D. Thomam locis illic citatis non loqui de potestate legis ciuilibis in republica Christiana. sed de potestate legis ciuilibis absolute, & simpliciter, vel non stante prohibitione, & reservatione ab ecclesia factis. Quod quidem optime colligitur ex alijs eiusdem. D. Tho. locis, nempe ex. d. 40. lib. 4. sen. q. 1. ar. 4. in argumento, Sed cõtra. & ad. 2. & ex. d. 42. q. 2. ar. 2. ad. 4.

Ad

56 Ad secundum respondet. D. Thomas in. 4. sen. lib. d. 42. q. 2. ar. 2. ad. 4. prohibitiones legis ciuilibis non fuisse satis ad introducendum matrimonij impedimentum, nisi interueniret auctoritas ecclesie, quæ matrimonium ratione legalis adoptionis interdicit. c. Per adoptionem. & c. Ita diligere. 30. q. 3. & c. 1. de cogn. lega. cum similibus. Ita etiam & Abb. in rub. de cog. lega.

Ad illud de seruitute respondetur, seruitutem <sup>D</sup> quidem iure gentium, & ciuili introductam fuisse: verum tamen impedimentum erroris, ex ea resultans, a iure canonico habere virtutem, & efficaciam. 29. q. 1. & 2. & extra. de coniugio. seruo.

57 Ad tertium Respondeo, quod temporibus Iustiniani, videlicet, circa annum a Christi natiuitate. 530. cum non esset adeo clarum, ad solam ecclesiam pertinere, de causis matrimonialibus discernere, promiscue vtraq; potestas ciuilibis, & ecclesiastica de matrimoniis sanciebat. Insuper dico, Iustinianum, & alios imperatores Christianos, condentes leges de matrimoniorum impedimentis cõtrarias sacris canonibus, aberrasse, sicuti condendo plures alias, quarum dispositio ad suam non spectabat iurisdictionem. Tunc enim temporis imperatores abutebantur potestate & in personas, & in res ecclesiasticas. Pontifices vero defectu temporalis potentie suam liberam exercere iurisdictionem non poterant. In cuius rei confirmationem facit, quod tempore Iustiniani, eoq; sciente, ac cõsentiente, iussu Theodoræ Augustæ eius vxoris corona martyrij fuerunt laureati Siluerius, & Vigilius pontifices maximi, horum nominum primi: quia noluerunt Anthemium hæreticum in sedem patriarchalem Constantinopolitanam reuocare: Quem Agapetus papa ab ea deposuerat propter hæresim Eutychianam <sup>E</sup>.

Præterea Iustinianus Triboniani opera in condendis, congerendisq; legibus vsus fuit. Tribonianus autem, teste Suida, Græcus, & impius fuit, omnis religionis cõtempтор, alienus in omnibus a fide Christiana. Quo instigante, Iustinianus

nianus iam decrepitus lapsus est in Eutychnianam hæresim, ut affirmat Egidius Perrinus in vita eiusdem Iustiniani, institutionibus civilibus præposita. Quid igitur mirum, si Iustinianus de matrimonio leges condidit, aut confirmavit, ecclesiæ canonibus aduersas?

59 Ad quartum (posito ex Paludano in. 4. sen. lib. d. 26. q. 4: artic. 4. matrimonium, prout est sacramentum nouæ legis, supponere matrimonium, ut est quidam contractus personarum de iure naturali, & addere, quod est proprium sacramenti nouæ legis, scilicet, significationem gratiæ & efficientiam instrumentalem,) respondetur: quod si matrimonium non esset sacramentum, subesset legibus civilibus, sicut & contractus rerum: sed quia est sacramentum, & ut sacramentum supponit contractum, non subest nisi ecclesiasticis legibus, quæ de rebus ecclesiasticis, & sacramentalibus, spiritualibusque disponere possunt.

60 Quinti argumenti negatur consequentia. Primum, quia civilis potestas non extenditur ad tales causas, sed sola ecclesiastica propter rationes, quibus secundam, tertiamque conclusionem confirmauimus. Iterum, quia præmissæ illius syllogismi secundum dialecticam<sup>F</sup> neque in figura, neque modo habili sunt dispositæ, ac proinde ineptæ sunt ad concludendum aliquid necessario.

Ad sextum responderetur, quidquid fit per pactum, posse fieri per legem vel ecclesiasticam, vel civilem: seculari autem potestati esse interdictum, de matrimonio aut statuere, aut cognoscere. Quare ecclesia potest per leges inhabiles efficere personas ad exprimendum consensum in matrimonium efficacem: sicuti contrahentes ipsi possunt per conditionales pactus matrimonium ratum, vel irritum facere.

61 De conditionibus autem matrimonio, vel sponsalibus per contrahentes apposis, tractatur a iuris pontificij professoribus extra, titulo de cond. app. a theologis in. 4. sent. libr. d. 29, ubi a Dominico de Soto latius, & melius.

62 Ad septimum responderetur, non procedere argumen-



tum in materia matrimoniali de patre ad principes seculares: quia ad parentes spectat filiorum matrimoniis providere capit. Non omnis. & capit. Honorantur. 32. quæst. 2. & capit. Aliter. 30. quæst. 5. Statuere autem, vel disporre de subditorum matrimoniis in republica Christiana ad ecclesiam pertinet, & non ad principes seculares, ut supra ostendimus, & ex concilio Tridentino sessione. 24. cap. 9. de reformatio. matrim. clare deprehenditur. Quam ob rem quando matrimonium aliquibus magnatibus expedierit interdici, etiam inter eos canonico non existente impedimento, ut in exemplo per Sorum adducto, interdendum est non quidem a principe seculari, quia matrimonium non est sui fori: sed ab ecclesiastico prælato, iuxta titul. de matrim. contract. contra interdict. ecclesie. Quod quidem post concilium Tridentinum facile poterit fieri, cum ad validitatem matrimonij necessaria sit parochi, & testium præsentia, sessione. 24. capit. 1. de reformatione matrimonij.

63 Octavi argumenti negatur consequentia. Quoniam & si filia plerunque peccent, & parentibus iniuriam irrogent, eis inconsultis, & inuitis, matrimonium contrahentes: verumtamen potius permittitur ab ecclesia, tale peccatum remanere in foro exteriori impunitum, iniuriamque illam parentibus inferri, quam libertatem matrimonij, quæ omnimoda esse debet, pœnis impediri. Magisque reipublicæ pax perturbaretur, pœnis intimidando liberum contrahentium consensum, quam relinquendo impunita talia peccata. In cuius confirmationem facit. c. Cum locum. de spons. cum similibus.

64 Ad maiorem noni argumenti respondetur, leges quæ exigunt consensum patris in matrimonio filiorum, esse correctas per ius canonicum, ut tenet glossa capit. fina. 32. quæst. 2. & Decius in. l. Nuptias. ff. de regulis iuris. & nos ostendimus supra nume. 25. canones autem, qui talē consensum requirunt, intelligendos esse de honestate, & non de necessitate secundum glossam in capit. Cum virum, de regula.

regula. & in capit. Sufficiat. 27. quæst. 2. & Ancharranum  
 consil. 21. & Decium in. l. Nuptias, citata. Et bene pro-  
 batur per capit. Sufficiat, citatum, & capit. Nostrates. 30.  
 quæst. 5. Tertulianus vero, & Gratianus vel loquuntur  
 secundum ius ciuile: vel si secundum canonicum, de  
 honestate.

Præterea respondeo, per canones, in maiori noni argu-  
 menti citatos, significari quidem, filias plerunque delin-  
 quere, matrimonium absque parentum consensu contra-  
 hentes, vt in responsione octauæ argumenti concessimus:  
 non tamen per illos canones statui ex paterni consensu  
 defectu aliquod speciale matrimonij impedimentum.  
 Quod quidem ex eo confirmatur, quod nullus summarum  
 auctor inter matrimonij impedimenta illud, vt impedi-  
 mentum, recenset.

Ad maiorem eiusdem argumenti responderetur ex Feli-  
 no in cap. 1. de spons. nu. 13. sententiam illam glossæ pro-  
 cedere, vbi statuens disponit circa materiam, ad se perti-  
 nentem, & eius statutum non obuiat aliis iuribus: cuius  
 oppositum inuenitur in casu nostro. Matrimonium enim,  
 de quo loquimur, non est prohibitum iure canonico, sed  
 permissum. Vnde si ius ciuile taliter contrahentes puni-  
 ret, canonico aduersaretur, & falcem mitteret in messem  
 alienam.

Decimi argumenti distinguo consequens. Quando enim  
 lex sub aliqua honesta conditione promittit, vel concedit  
 lucrum etiam in materia matrimoniali, cōditione non pu-  
 rificata, lucrum non debetur: & hoc probant iura in argu-  
 mento allegata: secus in casu authentici de rap. mulier. vbi  
 priuatur rapta, si raptori nubat, lucro, quod iam absque ali-  
 qua conditione constitutum fuerat a lege, & pleno domi-  
 nio mulieri raptæ acquisitum. l. vnica. C. de rapt. virgin.  
 Est enim latum discrimen inter lucrum iam acquisitum,  
 & illud, quod sub aliqua conditione a lege promittitur:  
 Nam amissio lucri acquisiti damno æquiparatur. gloss. in.  
 l. 1. §. Si quis autem. in versiculo. Restitutionem. ff. de

itinere, actuque pri. notat Bartolus in l. Non amplius. §. 1. ff. de legat. 1. & est texus, & ibi Baldus in. l. Cum te sponsæ. in principio. C. de donat. ante nupt. Alexan. in l. 3. ff. de dam. infect. Decius in capit. Ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 120 de constitu. Amissio vero lucri nondum acquisiti proprie non est pœna, vt notat Baldus per illum textum in l. Titio centum. §. Titio el primero. ff. de conditionib. & demonstration. & ideo alia ratio damni, & alia lucri nondum acquisiti habetur. l. finalis. §. Licentia. C. de iure deliberand.

67 Præterea cum pœna illa amissionis lucri iam acquisiti, statuta sit in authentic. de rapt. mulier. propter matrimonij prohibitionem: prohibitio autem per capit. fina. de raptorib. sublata omnino sit. cessante prohibitione, pœna prohibitioni connexa cessare debet cap. Cum cessante. de appellationib. l. Adigere. §. Quanuis. ff. de iur. patro. cum similibus Quamobrem frequentiori calculo doctores tenent, bona raptoris in pœnam raptus ipso facto esse raptæ de iure civili adiudicata iuxta. l. Vni. C. de rap. etiam si iuxta sacros canones raptori nubat, non obstante auth. de rap. mulier. Consule Decium in. c. Ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. vbi egregie hanc quæstionem disputat.

68 Illud autem animaduertas, de iure canonico standum esse concilij Tridentini decreto sess. 24. cano. 6. de reformat. matrim. cuius verba sunt. Decernit sancta synodus inter raptorem, & raptam, quandiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium. Quod si rapta a raptoe separata, & in loco tuto, & libero constituta, illum in virum habere consenserit, eam raptor in vxorem habeat, & nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium, & fauorem præbentes, sint ipso iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces. & si clerici fuerint, de proprio gradu decendant. Tenenturque præterea raptor mulierem raptam, siue eam in vxorem duxerit, siue non duxerit, decenter arbitrio iudicis doctare. Hactenus concilium.

Ad. 11. sic respondeo. In. c. Gemma. de sponsal. laborant doctores, inquirentes, quare pro contrahendo matrimonio potest interuenire arrha, & non pœna, cum eadem videatur vtriusque ratio? Et relictis aliis, quæ a doctoribus ibi traduntur, eam mihi videor potissimam esse rationem, quod arrha traditur de præsentī, ac pro inde maturo consilio: sed pœna promittitur in futurum: vnde non ita facile arrha constituitur, sicut promittitur pœna: quia quilibet facilius est ad promittendum, quam ad extrahendum ex crumena iuxta illud vulgare, Aureos mōtes polliceri. Cui consonat Salustij narratio in Catilinario, Maria, montesq; polliceri cœpit. Talibus autem promissis respōdet Horatius, in arte poetica dicens,

*Parturient montes, nascetur ridiculus mus.*

Prædicta ratio traditur cōmuniter a doctoribus, vt fateatur Aretinus in. l. Titia. ff. de verbo. obligat. & speciatim a Goffre. Ioan. Andr. & Abb. in. c. Gēma. citato. Et pro ea facit tex. in. l. fin. ff. ad Velleia. vbi mulier prohibetur obligari pro alio: nō tamē dare aliquid actualiter alij. Quia præsumitur facilius ad promittendū, quam dandū. Sunt enim mulieres G & loquaces, & auaræ. Cum igitur diuersa sit ratio in arrhis, atq; in pœnis, interuentio arrhatū a iure canonico in sponsalibus approbatur. c. Si quis uxorem, & c. sequenti. 27. q. 2. & c. fin. de desponsa. impub. reprobatur autem pœna quæcunq; c. Gemma. de sponsa.

70<sup>o</sup> Concessa. 12. argumenti maiori, pro minoris intelligentia sciendum est, votum puerorum esse aut reale, aut personale. Personale est, quod ad personam attinet, vt votum religionis, orationis, ieiunij, castitatis, & c. Reale vero est, quod pertinet ad bona temporalia, puta, vbi sumptus requiruntur. Hæc duo votorum genera conueniunt in vno, & differunt in altero. Conueniunt, quia ante pubertatis ænos vtrunque potest a parentibus, vel tutoribus irritari. differunt, quia votum personale post decimum quartum annū in puero, & duodecimum in puella, irritari non potest a parentibus: votum autem reale vsque ad

vigesimumquintum annum irritari valet etiam a curatoribus, ex Domini. de Soto de iust. & iure, lib. 7. quæst. 3. arti. 2. Hoc explicito, consequentia duodecimi argumenti negatur: quia matrimonium, ante pubertatis annos contractum, inualidum est: non enim habet vim nisi sponsalium cap. fin. de despons. impu. contractum vero post pubertatis tempus, validum est, nec potest a parentibus irritari, sicuti nec votum personale, quanuis votum reale possit. Cuius ratio est, quia quantum ad bona temporalia minor vsque ad vigesimumquintum annum est sub cura, & potestate parentum, vel curatorum: nec habet liberam bonorum dispensationem. ff. de minoribus viginti quinque ann. per totum: In illis vero, quæ ad propriam personam attinent, vt matrimonium contrahere, votum religionis, aut castitatis emittere, & huiusmodi alia, post pubertatis tempus est sui iuris, nec censetur sub parentum potestate, vt Diuus Thomas docet secunda secundæ quæst. 88. artic. 8. ad. 2.

- 71 Ad decimum tertium respondetur, matrimonium, inter infideles contractum, non esse dissolubile in casu illo iure solo pontificio, sed etiam diuino. Pro cuius intelligentia sciendum est, infidelium matrimonium, quanuis sit contractus legitimus, & ex natura sua indissolubilis, vtroque coniuge viuente, vt contendit Domini. a Soto in. 4. senten. lib. d. 27. quæst. 1. artic. 4. non esse tamen sacramentum, neque tam perfectum, quin iure diuino ratione fidei catholicæ, quæ fortius est vinculum, dirimatur. Vnde vno coniuge ad fidem conuerso, si alter non vult manere cum ipso absque iniuria fidei, cum necessarium tunc sit, vt ad inuicem discedant, non debet conuersus citra suam culpam absque vxore in cælibatu perpetuo viuere. Ob idque tunc iure diuino causa fidei matrimonium dirimitur, vt aliud possit inire. Et in hoc casu, vt affirmat Innocentius in cap. Quanto. de diuort. locum habent verba Pauli. 1. Corin. 7. Si infidelis discedit, discedat. Non enim seruituti subiectus est frater, aut soror in huiusmodi. Et hanc eandem explanationem sequuntur

sequuntur Diuus Thomas, & doctores super eundem Pauli locum.

72 Ad decimumquartum respondetur, matrimonium non consummatum per professionem in aliqua religione approbata dissolui iure diuino, & non solo ecclesie statuto. Quod quidem significatur in c. Scripsit. 27. quæst. 2. & c. 2. & c. Ex publico. de conuer. coniuga. Et sufficienter confirmatur sanctorum exemplis, quos Deus ante matrimonij consummationem ad sanctiorem vitam euocauit. Ioannem enim euangelistam virginem de media nuptiarum sollemnitate ad apostolatam assumpsit, vt describunt. D. Hieronymus in prologis euangelij, apocalipsisque Ioannis, & qui scripsit præfationem tractatum Diui Augustini in euangelium eiusdem Ioannis. Fuit enim rationi consentaneum, vt Christus, qui nuptiis Ioannis H. interfuit. Ioa. 2. easdem per transitum sponsi ad vberiore frugem decoraret. Similia exempla referuntur de Macario, & Alexio. in c. Scripsit. 27. quæ. 2. Coniuges enim in transitu. Ad religionem non homo, sed Deus ipse interna inspiratione separat diuino iure, quo religio, tanquam spirituale connubium Dei, instituta est. Nam sicut carnalis coniunctio, quæ fit per copulam, morte corporali dirimitur, ita & coniunctio spiritualis, quæ mutuo fit consensu, per mortem spiritualem, quæ est religio, dissoluitur. Nam tunc cum matrimonium nondum consummatum sit, citra alterius iniuriam fieri potest.

73 Quam ob rem errauit Erasmus super. i. Corint. 7. vbi iniquo ferre videtur animo, quod ob professionem instituti humani, (vt eius verbis vtamur) & ob mutatum pallium legitimus sponsus sua fraudetur sponsa. Cuius sententiam approbat Carolus Molin addi. ad Decium. ff. de reg. iuri. l. Nuptias. v. Consummato, & alibi. Contra quos etiam militant. c. Verum. de conuer. coniuga. & can. 6. sessi. 24. Concil. Tridentini.

74 Ad. 15. respondetur, controuersiam esse inter doctores An in matrimonio rato, & non consummato papa dispensare

Q. iiii valeat?

valeat? Cuius partem negatiuam plures theologi cum canonistis nonnullis defendunt, videlicet, Diuus Thomas in 4. sentent. libr. dist. 33. quæst. 2. artic. 2. quæstionum. 1. ad. 3. Dominicus a Soto in 4. senten. libr. dist. 27. quæst. 1. artic. 4. Tabiena verb. Impedimentum, in principio. num. 7. Co-uarruu. 2. par. epit. de sponsalib. cap. 7. §. 4. nu. 14. vbi alios citat, Tabiena rursus, verb. Dispensatio. num. 3. Paludanus in 4. senten. lib. d. 27. quæst. 1. artic. 3. Almain in 4. senten. lib. dist. 30. quæst. 2. & Erasmus super. 1. Corint: c. 7. Antonius Cordubensis, qui egregie quæstionem disputat. lib. 1. q. 25. sui quæstionarij.

75 Partem vero affirmantem canonistæ communiter tuentur cum nonnullis theologis, nempe gloss. Hostiens. & Abbas in cap. Ex publico, de conuer. coniug. Doctor Nauar. in manua. cap. 22. num. 21. vbi alios citat: Syluest. verb. Diuortium. 4. Caieta. in quolibet. 29. quæstionum. quæst. 13. & in opuscu. 27. quæstionum. q. 25. Ambrosius Catharin. in eius impugnationibus. Angelus v. Impedimentum. 13. §. 3. Michael a Medina libr. 5. de sacrorum hominum continentia. Rosella. v. Papa. §. 2. Florentin 3. par. tit. 1. cap. 21. §. 3. Quorum duæ potissimæ sunt rationes. Prior, quia coniuges ante matrimonij consummationem non sunt duo in carne vna. cap. Ex publico. de conuer. coniug. ac proinde tunc matrimonium non habet omnimodam indissolubilitatem. Posterior, quia matrimonium ante consummationem non significat coniunctionem verbi diuini cum humanitate, neque Christi cum ecclesia. cap. Cum societas. 27. q. 2. sed coniunctionem Christi cum animo, quæ dissolubilis est. Quibus fautores prioris opinionis vt cūq; respondent, suam sententiam corroborantes rationibus supra traditis. Vnde controuersia in medio relicta, negamus consequentiam. 15. argumenti. Quia de dispensatione ad sententiam non valet argumentum cap. Inter corporalia. de transla. episco. Illa enim ad gratiam, hæc ad iustitiam pertinet.

## Annotationes ad capit. 3.

## CXI. DE INCESTV. A.

1 Hippolytus Thesei filius quum a Phædra nouerca adamaretur, nullis tamen precibus, aut minis adduci potuit, vt ei congrederetur. Quæ, amore in odium propter repulsam commutato, apud Theseum maritum priuignum detulit, quod sibi vim inferre voluisset. Quam ob rem castissimus Hippolytus vique ad mortem profugus elaborauit.

2 Clematius Alexandrinus a socru sua de stupro interpellatus, animo inuincibili restitit. Illa autem monili gemmato Conitantiæ, Constantini maximi filiam, & Galli Cæsaris, qui in oriente regnabat, vxorem corrupit, vt Clematium, indicta causa, emedio tolleret. Quod & factum est. Fulgofius. lib. 9. c. 4.

3 Varro, lib. 4. rei rust. c. 2. Cum equus, matrem vt saliret, adduci non posset, & cum capite obuoluto peroriga adduxisset, & coegisset matrem inire, cum descendenti velum peroriga dempsisset ab oculis, equus impetum fecit in eum, ac mordicus interfecit. Idemque de elephante scripsit Lyranus tum in Matth. c. 19. tum in priorem Pauli epistolam ad Corin. c. 5. Equam eadem ex causa in Reatino agro lacerasse pariter aurigam, legimus apud Plinium. lib. 8. c. 4.

4 Ioannes Lupus in tract. de matris. & legitimat. refert, equum in provincia Vandaliz, cum matrem personatam compressisset, ea detecta, & a filio cognita, confestim capite reclinato, sibi genitalia amputasse.

5 Ioannes Vignatimillium marchio Giraciensis equam habuit, quæ cum filium ad coitum minime admitteret, tandem arte decepta, sustinuit. At vbi dolum agnouit, inedia confecta, ad paucos dies vitam finiuit. Pontanus de immanitate. c. 17.

6 Iouiano Pontano canicula fuit, quæ neque arte, neque vi passa est a filio iniri, vt ipse eo loci refert.

Alia ad rem pertinentia leges in hoc tractatu nostro de cognat. spirituali. cap. 16.

## CXII. DE ADVLTERIO. B.

1 Mariti adulteri vxores adulteras faciunt. Lactantius libr. de vero cultu. Vxor eius, qui circa corrumpendas alienas vxores occupatur, exemplo incitata, aut imitari se putat, aut vindicare.

Ouidius li. 2. de arte amandi, de Agamemnone & Clytemnestra loquens.

*Dum fuit Atrides vna contentus, & illa  
Casta fuit: vitio est improba facta viri.*



- 2 L. Si vxor. §. Iudex. ff. de adulteriis. Periniquum esse videtur, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat. Concordat. c. Si ducturi. 31. q. 6.
- 3 Lucij Syllæ Metella coniux palam erat impudica: & quia nouissime mala nostra discimus, id Athenis cantabatur, & Sylla ignorabat, secretaque domus suæ primū hostiū conuicio didiscit iuxta illud Iuuenalis.  
*Dedecus ille domus sciet vltimus.*  
Legito Plutarchum in vica Lucij Syllæ, & D. Hieronymum aduersum Iouinianum lib. 1. & Erasmus in eius scholiis.
- 4 Elephantes nulla nouerunt adulteria, vt tradunt Plinius lib. 8. c. 5. & Solinus. c. 38. Quin & ipsi hominum adulteria detestantur. Nam Ælianus lib. 11. historię animalium. c. 15. scribit, quendam elephantem vxorem sui domini cum mæcho adulterantē simul occidisse: & alium Romæ, imperante Tito, idem quoque fecisse, ac stragula veste adulteros retexisse, dominoque redeunti ostendisse. Sed & idem libr. 8. eiusdem historię. c. 2. memorat, ciconiam quandam vxori domini adulteræ, impetu in eam facto, oculos eruisse.
- 5 Plinius lib. 10. cap. 46. & Ælianus lib. 14. ca. 35. commemorant, porphyriionem muliebris pudicitie obseruatorem esse, matrisque familias adulterium suspendio suo domino indicare. Quod etiam Athenæus lib. 9. c. 13. confirmat.
- 6 Plinius item lib. 8. c. 16. narrat, leonem adulterium leonæ cum pardo maxime vindicare.
- 7 Gregorius Nazianzenus, & Guillelmus Parisiensis referunt, siconiam quādam adulterio coniunctam, per olfactum masculi cognitam, congregata a masculino multitudine siconiarum, ac detecto foenellæ crimine, ipsam a tota illa multitudine, tanquam omnium iudicio coniunctam, deplumatam, ac laceratam fuisse.
- 8 Ælianus lib. 1. de animalibus. c. 13. memoriæ prodidit, ætuzū picem, postquam parem fortitus est, aliam non attingere.
- 9 Columbæ fidem coniugij non violant, vt a Plinio scriptum est. libr. 10. c. 34. & Æliano lib. 3. citato. c. 5. & lib. 15. & Tertuliano. libr. de monogamia, & Aristotele lib. 9. de histo. animalium. c. 7. vbi de palumbibus, & turturibus idem affirmat.

### CXIII. DE AMORE CONIUGALI. C.

- 1 Tiberius Gracchus anguibz domi suæ, mare, ac fœmina apprehensis, certior factus ab aruspice, mare dimisso, vxori eius, fœmina, ipsi celorem obitum instare: salutarem cōiugi potius, quam sibi partem securus  
augurij

augurij, marem necari, foeminâ dimitti iussit. sustinuitq; deinde patientissime augurij euentum. Itaque Corneliam, nescio, vtrum feliciorẽm dixerim, quod talem virum habuerit, an miserioẽm, quod amiserit. Valerius Maxim. li. 4. c. 6.

2 Alcestis maritum suum Admetum regẽ Thessaliæ tanto amore dilexit, vt quũ Admetus morbo laboraret, consultaq; oracula respõdissent, futurum eum incolumẽ, si quis amicorũ pro eo mori vellet, sola vxor, recusantibus pietatẽ illam cæteris amicis, pro viri salute morti se deuouerit. Val. Maxi. li. 4. c. 6. & Textor in officio. sub tit. Amor coniugalis.

3 Tantis fuit Penelopsis in Vlyssẽm amor, vt, eo absente, per annos viginti castitatem seruauerit impolutam, nullisque procorum blandimentis succubuerit. Propertius lib. 2. Homerus in Odyssæa.

4 Hypsicratea regina Mithridatem coniugẽ suum effusis caritatis habentis amauit: propterquẽ personẽ suã decorẽ in habitũ virilẽ cõuertere voluptatis loco habuit. Tonsis enim capillis equo se, & armis assuefecit, quo facilius laboribus, & periculis eius interesset: quinetiam victum a Gneo Pompeio per efferatas gẽtes fugientẽ, animo pariter, & corpore infatigabili secuta est. Cuius tanta fides asperarum, atque difficilium rerum Mithridati maximum solatium, & incundissimum lenimentum fuit. Valerius Maximus lib. 4. c. 6.

5 Artemisia Cariæ regina Mausolum virum defunctum tãto profecuta est amore, vt eius cineres vino mixto ebiberit, eiq; sepulcrũ inter septẽ orbis miracula connumerarũ extruxerit, ad funus quoq; encomiis honestandum principes oratorũ ex tota Græcia euocarit: in perpetuo luctu, & mœrore vixit, quo etiam confecta, contabuit. Valeri. Maxi. vbi supra. Sabel. li. 3. c. 5. Textor loco citato. Cicero. 3. Tuscul.

6 Minyæ, inter Spartas cohabitantes, tyranidis insimulati, publica custodia inclusi, capitali seruabantur supplicio: quorum coniuges, velut allocutura perituros viros, impetrato a custodibus aditu, carcerem intrarũt, vbi commutatis vestibus, & vxorum instar velatis maritorum capitibus, eos inde abire passæ sunt. Valerius Maximus. lib. 4. c. 6.

7 Baptista Fulgosius refert, agricola quodam in regno Neapolitano agrum maritimum colente, eius vxorem, quæ longule a marito telure etiam colluctabat, fuisse a Mauris piratis captam. Quod cũ vir animaduertisset, mox vociferãdo, de maris litore ad piratarum triremem pernatauit. Vbi coniuges lachrymabiliter, & arctissime sese medios sunt mutuo complexi. Colonus autem exultans sæpe dicebat, se malle simul cum vxore captiuum, & mancipium esse, quam sine illa viuere in libertate. Amorem igitur coniugum admirãtes, piratæ Cartaginẽm remearunt: vbi historiam mutux coniugalis amicitie regi, vt memorandam, recenserunt. Qua exaudita, rex, vt agricolæ liberi ad patrios agros transfretarent, clementissime imperauit.

## CXIII. DE SERVIS. D.

1     *Seruitus iure gentium fuit introducta, inst. de iure perso. §. Seruitus & sequenti. instit. de iure natu. gentium, & civili. §. Ius autem gentium. Nam iure naturali ab initio omnes homines liberi nascebantur, dein vero bellis inter homines ortis, captiuitates ex eis sunt sequutæ, & seruitutes. Eo etenim serui appellantur, quod imperatores vendere iubeant captiuos, ob idq; seruare. Qui etiam mancipia dicta sunt, quia ab hostibus manu capiuntur. Seruitium vero Plinius li. 7. suæ historiæ, c. 56. vt primæuis inuentoribus tribuit Lacedæmonijs. Cæterum multo antiquius habet initium. Nam de Abrahamo Gene. 12. dicitur, Fuerunt ei serui, & famulæ. Et Noe Gene. 9. maledicens Chanaan, dixit: Chanaan seruus seruorum eris fratribus tuis.*

2     *Scimus præterea, primum qui bellum gesserit gratia dominandi, & ampliandi suum regnum, fuisse Ninum Assyriorum secundum regem, vt tradunt Iulianus, Trogus Pompeius, Fabius Pictor li. 1. & D. Augustinus lib. 4. de ciuit. Dei. c. 6. & ibi Ludouicus Viues: tametsi ante Ninum pugna, & bella inter homines fuerint ob alios fines.*

3     *Sunt serui frugi, sunt item & nequam: de his vulgo dicitur: Quot seruos habemus, totidem habemus hostes: de illis, & si pauca, selectissima tamen exempla subiiciam.*

4     *Caius Plotinus Plancus cum a triumuiris proscriptus in regione Salernitana lateret, odore vnguentorum occultam salutis custodiam persequentibus lictoribus detexit. A quibus comprehensi serui, multumque, & c. diu torti, negabāt, scire, vbi dominus adhuc latitaret. Non sustinuit tamē Plancus, tam fideles seruos vltius cruciari: sed processit in medium, iugulumque gladiis apparitorum obiecit. Quod mutæ benevolentia certamen quæstionem gignit, Vtra maior fuerit, domini misericordia erga seruos, an seruorum fidelitas erga herum? Valerius Maxim. lib. 6. c. 8.*

5     *Antius Restio proscriptus etiam ab eisdem triumuiris, cum omnes domesticos suos circa rapinam, & prædam bonorum occupatos videret, quam maxime potuit dissimulata fuga se penatibus suis intempesta nocte subduxit. Cuius furtiuum gressum seruus ab eo vinculorum pœna coercitus, inexpressibilique literarum nota per mediam faciem inultus, curiosis specularis oculis, atque vestigia huc, atque illuc errantia beneuolo studio subsecutus, lateri voluntarius comes adhæsit. Nec hætenus serui beneuolentia processit, sed in domino conseruando miraque quoque arte usus est. Nam vt sensit, cupidos sanguinis milites superuenire, amoto domino, rogam extruxit, eique egentem a se comprehensum, & occisum senem superiecit. Interrogatibus deinde lictoribus, vbi nam esset Antius, manum rogo intendens, ibi illum, datis sibi crudelitatibus*

tatis piaculis, vri respondit. Et quia verissimilia loquebatur, habita est voci fides. Quo euenit, vt Antius statim querendæ incolumitatis occasionem assequeretur. Valerius loco citato.

6 Urbini Panopionis seruus, cum ad dominum proscriptum occidendum domesticorum indicio certiores factos milites in Reatinâ villam venisse, cognosceret, commutatis eû domino & veste, & annullo, illum postico clam emisit. se autem in domini cubiculum recepit, eiusque lecto decubuit, & nomine Panopionis se occidi, passus est. Valer. Maxim. loco citato. Dion, & Xiphilius duo alia similia ex epla cōmemorant. Seruorum fides ad domini felicitatem refertur.

### CXV. DE EUTYCHE HÆRETICO. E.

Eutyches Constantinopolitanus abbas, tertius post Manetem, & Apollinarem, aliud affirmabat esse Christum, aliud verbum Dei; negabatque Christi carnem nostræ similem: nec duas in eodem supposito naturas esse: sed de cælo corpus descendisse dictitabat, ac in virginis uterum tanquam solis radios penetrasse, &c. auctore Suida. Huius hæresis concilio Chalcedonensi damnata fuit, Leone. i. papa, ac Martiano, & Valentiniano imperatoribus, anno a Christi natiuitate. 450.

### CXVI. DE DIALECTICA. F.

1 Zeno Eleares, Parmenidis auditor, dialectices inuertor fuit secundum Aristotelem apud Laertium lib. 9. Aristoteles vero dialecticis scriptis vniuersos superauit.

2 Dialectica, quatenus modus sciendî, omnibus scientiis est necessaria: quam, nescio quare, vnum, vel alterum ius profitentes ediscere prætermittant: maxime cum ex eius ignoratiâ eorum multi nec stricte disputent, nec scribant methodice. Consulo igitur omnibus, alterum ius ediscere cupientibus, vt prius dialecticæ incumbant.

3 Dialecticæ est ars differendi, cuius officium est verum a falso discernere. Vnde Cicero. 4. Academ. Quid sit verum, & aut falsum, dialecticus indicabit.

4 Sophista quidam, volens apud Diogenem ostentare acumen ingenij, & dialecticæ peritiâ, ita ratiocinatus est: Quod ego sum, tu non es. Cum annuisset Diogenes, Ego, inquit, sum homo: igitur tu non es homo. Tunc Diogenes a me, ait, incipe, & recte collegeris.

5 Cicero li. 2. de finibus. Zeno omnem vim loquendi in duas partes distributam esse, & rethoricam palmæ, dialecticam pugno similem esse dicebat. Quod latius loquantur rethores, dialectici autem compressius.

CXVII. DE MULIERVM LOQUACI-  
tate, & auaritia. G.

Plautus in Aulular.

*1 Mulum loquaces merito omnes habemur:  
Nec mutam profecto repetam  
Et odie dicunt mulierem villo in secundo.*

*2 Prouerbiu Germanorum est, Tres mulieres nundinas faciunt: ex loquacitate mulierum ortum. Et Græcorum adagium, Mulieri de- sunt verba?*

*3 Mulierum genus, vt ait Cicero libr. 1. de inuentione, auarissimum est: Et Aristoteles in œconom. affirmat, auaritiam in sexu fœmineo pecu- liariter debachari, & inualescere. Diuusq; Augustinus libr. de sermone Domini in monte tradit, fœminas viris pecuniarum esse cupidiores.*

CXVIII. DE SPONSO NVPTIARVM  
quibus Christus adfuit: Ioannis. 2. H.

Nizephorus lib. 8. c. 30. dicit, Simonem quendam Cananem, & non Ioannem Apostolum, fuisse nuptiarum sponsum, de quibus Ioan. 2. c.

CXIX. QUI POST MATRIMONIUM  
ratum, & non consummatum regularem vitam  
professi sunt. I.

*1 Vando abbas, Pipini Gallorum regis nepos, cum a Dagoberto regni successore compulsus, vxorem duxisset, nuptæ perpetuâ virginitatem persuasit. Itaq; illa sacrarum virginum collegium inuit, ipse monachorum, &c. Marul. lib. 4. c. 7.*

*2 Amos Ægyptius abbas, a parentibus accipere vxorem coactus, virgini virginitatem, vt seruaret, persuasit. Diuisis ergo lectulis vsu, sedta- men eodem contubernio, cum iam decem, & octo annos corpore, ac mente integri vna peregissent, tutius sibi visum est, alterum ab altera digredi. Itaq; illa mansit domi: ipse vero ad Nitrix solitudinem confu- git. Marul. lib. 4. c. 7. Sabel. lib. 5. c. 6.*

*3 Nuptiis inter Iulianum martyrem, & Basilissam virginem celebra- tis, cum Iulianus continentiz votum suscepisset, brunz tempore ro- sarum, & liliorum fragrantiam in cubili senserunt. Stupescentiq; puel- la*

le sponsus dixit, Hic odor mundicie virginalis est. Cuius quidem suavitate illa capta, vna cum ipso in virginitate perseverare decrevit. Quumq; diu simul caste, sancteque vixisset, religioni se tradidere, &c. Marulus lib. 4. c. 7. Sabel. lib. 5. c. 6.

4 Amator Antisiodorensis episcopus, parentum suorum voluntati cedens, inuitus virginem & genere, & forma insignem cum in matrimonium accepisset, suadendo induxit, vt secum castitatem profiteretur. Deinde illa virginum monachium ingreditur, ipse autem iniciatus Eladio in episcopatum successit.

5 Vandegisillo comiti Palatino, (qui sub Dagoberto rege floruit) cum per vim data esset vxor, eam ad amorem castitatis induxit. Quo factū est, vt vterq; in cœnobio se incluserit. Rauisus Textor in officina.

6 Margarita Ægyptiavirgo de sponsi thalamo ad thalamum peruenit Christi. Prima quidem nocte, illo ex lassitudine altius dormiente, vt qui diem totum in choreis, & tripudiis defudasset, ipsa dormire non poterat, assidue secum voluens, quomodo virginitatis suæ thesaurum subtraheret eius rapinæ. Clanculum ergo, pedetentimq; sese de cubili proripuit, & dibusq; excessit, & virū assimulauit, monachorumq; collegium ingressa, inter monachos latuit, vocata Pelagius, vbi per sancte vixit, neq; vt fœmina vlli ante eius mortem cognita fuit.

7 Edeltrudis virgo, vt Sigibertus, & Beda tradunt, Annæ regis Anglorum filia, primum Candeberto Girgiuorum principi in coniugium tradita, cum eodem pari voto virginitatem seruauit. Deinde eo defuncto iterum a patre inuita desponsatur Caphordo regi. Sed cum ipso quoq; in virginitate annos duodecim vixit. Postea vero eius permissu religioni se consecrauit. Marul. lib. 4. c. 8. & Egnatis. lib. 6. c. 1.

## CXX. DE MATRIMONIO. L.

1 In matrimoniis contrahendis primum omnium consideranda est persona, cuius mores, si fieri possit, probandi sunt. Deinde origo natalium examinatur. Nam nobilis ignobilem in vxorem ducens, vt qui & futuros filios, & proprium sanguinem contaminat, dignus quidem est insigni quacuq; nota. Mulier autem nobilis, ignobili nupta, nobilitatem amittit. Qua de re Tiraquellum de nobilitate capit. 18. consulto. Itaque nobilitate pares coniungamini, hortor. Postremo de dotis quantitate tractetur, ne in illud incidamus, quod grauitè, & seuerè reprehendit Iuuenalis, de alia re loquens satyra. 3.

2 *Protinas ad censuram, de moribus vltima fiet*

*Questio.*

*Cui*

Cui concinit Plautus in Persa.

3 *Quo ius modi hic cum mala fama facile nabitur?  
Dum dos sit, nullum vitium vitio vertitur.*

4 *Menander.*

*Mores praeponere pecuniis ducturum uxorem oportet.*

5 In materia item matrimoniali non placet mihi sententia Horatij lib. epistolarum. 1.

*Et genus, & formam regina pecunia donat.*

Sed potius, quod in odis dixerat.

6 *Fortuna non mutat genus.*

7 Vir ex nostratibus primarius primogenium ea lege instituit, vt quicumque eius successor, si cum ignobili, & potissimum Iudaeorum sanguine contaminato, vel contaminata matrimonium contraheret, eo ipso tanquam incapax primogenium amitteret, & cō sanguineo sibi propinquiori puro, & immaculato adiudicatum censeretur. Quae lex si illustrissimorum primogeniis addita esset, familiae aliquot praeclarissimae nec Iudaeorum, nec haereticorum, neque vilissimo sanguine pollutae fuissent.

8 Apud Liuium lib. 10. primae deca. Virginiam Auli filiam patriciam, Volumnio plebeio nuptam, matronae a sacris pudicitiae patriciae arcuerunt, quoniam desisset esse patricia, quae plebeio nupserat.

9 Menestheus, Iphicratis nobilissimi Atheniensis, & Tarsae Thraesae humilis foeminae filius, interrogatus, vtrum magis faceret, & coleret patrem, vel matrem? respondit, Matrem. Quia Iphicrates ex matre ignobilem me genuit, & Thracem: Tarsae vero ex patre nobilem, & Atheniensem. Probus in vita Iphicratis.

10 Plutarchus de liberis educandis Quibus enim vlla ex patre, vel matre innata est macula, eos, quoad vita supersit, indelēda quaedam ignobilitatis conuicia comitantur, quae increpare, carpereque volentibus in promptu magnopere sunt.

11 Socrates rogatus ab adolescente quodam, vtrū melius censeret, uxorem ducere, an non ducere? Vtruncunque, inquit, feceris, poenitebit. Indicans et caelibatum, et cōiugium habere suas molestias. Calibatam comitatur solitudo, orbitas, haeres alienus: matrimonium perpetua sollicitudo, iuges quarelae, incertus liberorum euentus, & c.

12 Diuus Hieronymus aduersus Iouinianum. Graue equidem est viro sapienti, venire in dubium, vtrum bonam, an malam ducturus sit?

13 Idem eo loci. In nuptiis raro vniuersa concordant. Adde, quoniam nulla est vxoris electio, sed qualiscunq; obuenerit, habenda. Si iracunda, si fatua, si deformis, si superba, si foetida: quodcunque virij est, post nuptias discimus. Equus, alinus probatur prius, & sic emitur: sola igitur sponsa

sponsa non ostenditur, ne antea displiceat, quam ducatur.

14 Idem ibidem. Quid prodest etiam diligens custodia, cum vxor seruari impudica non possit, pudica non debeat?

15 Qui non litigat cælibes est.

16 Lycurgus cuidam, percontanti quam ob causam legecauisset, vt sine dote virgines elocarentur? Vt, inquit, neq; propter inopiam vllæ relinquerentur inuptæ, neque ob diuitias expeterentur: sed iuuenû quisq; ad puellæ mores respiciens, ex virtute faceret electionem. Eadē de causa fucos, & ornamenta, quibus aliz formam vel fingere, vel commendare solent, ab vrbe submouit. Erasmus in apoh.

17 Chilo. Sator dotata venit puella, quæ pudicitiam, & honestos mores secum adfert.

Plautus in Aulularia.

18 *Dum morata recte venit, dotata est satis.*

19 Prouerb. c. 19. Domus, & diuitiæ dantur a parentibus: a Domino autem proprie vxor prudens.

20 Hieronymus contra Iouinianum. Legimus, quendam apud Romanos nobilem, quum eum amici arguerent, quare vxorem formosam, & castam, & diuitem repudiaisset: protendisse pedem, & dixisse eis: Et hic forularis, quem cernitis, videtur vobis nouus, & elegans: sed nemo scit præter me, vbi me præmat.

21 Ecclesiastici c. 7. Trade filiam, & grande opus feceris: & homini sensato da illam.

22 Et. c. 25. In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus. Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir, & mulier, sibi bene consentientes.

23 Leo Byzantius, cum obeso, ac præpingui, vt erat, corpore prodiisset ad populum Atheniensem, suasurus concordiam, statimque populus, enormi crassitudine hominis inspecta, ridere cœpisset, ille nihil commotus, Ridetis, inquit? est mihi vxor me crassior. Et, cum ad hæc populus maiorem risum substulisset, protinus addidit: Et tamen vnus lectus nos tales capit concordēs, discordes nec tota quidem domus. Atque ita fortuitum risum vertit in argumentum suadendæ concordie.

24 Qui ab vxoribus amari volunt, eas quoq; amore prosequatur. Seneca epist. 9. ad Lucillum. Ego tibi monstrabo amatorium sine medicamēto, sine herba, sine vlius veneficæ carmine. Si vis amari, ama.

Epigrammatarius lib. 6. ad Marcum:

25 *Vt præstem Pyladem, aliquis mihi præstet Orestem.*

*Hoc non fit verbis, Marce, vt ameris, ama.*

Quidam poeta.

26 *Ardet amore pari, qui scit se amari.*



Diuus Ambrosius lib. 2. offic. Quid tam inustum naturæ, quam vt diligentem diligas?

Diuus Augustinus. Nulla est maior ad amorem inuitatio, quam pruenire amando.

Cicero in. 1. ad Marcum Brutum epistol. Nihil enim mihi minus hominis videtur, quam non repêdere in amore iis, a quibus prouocere.

27 Si fundum vxorium frequenter colueris, tamen si fueris horridus, deformis, squalidus, ab vxore tamen non vulgariter amaberis.

Apud Plautum in Truculento, cum Stratophanes miles miraretur, Phronesium mulierem rusticam quædam ardentè deperire, mox eam audit, vt admirari desineret, hæc dicentem.

*Quanquam hic squalidus est, quanquam hic horridus, citus bellum init.*

Contra apud Apuleium lib. 5. de asino aureo fœmina quedam virum odio prosequitur, quod raro palestram Veneream exerceret. Ego vero (inquit illa) maritum rarissime Venerem meam recolentem ægro animo sustineo.

28 Caueat vxor ne temere virum, coire volentem repellat.

Catullus in epitalamio Iuliæ, & Malij.

*Nupta tu quoque que tuus*

*Vir petet, caue ne neget,*

*Ne petitam aliunde eat.*

29 Quæ damnum sunt, aut discrimen, si publicètur, allatura, apud vxorem quantumuis taciturnam ne temere deponas. Michæ. 7. Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, id est vxore, custodi claustra oris tui. Memeritote Sansonis, &c. Iudicum. c. 14. & 16.

Plautus in Trinummo.

*Vxorem quoque ipsam hanc rem, vt cales, face.*

*Nam Pol tacere, nunquam quicquam est, quod queat.*

Cato senior tria per omnem vitam sibi accidisse dixit, quorum potuit. Primum, si quid arcani fœminæ credidisset: secundum, si quopiam nauigio vectus esset, quo pedestri itinere peruenire licuisset: tertium, si quis dies ipsi per negligentiam absque fructu effluxisset.

30 Plautus in Stichus. *Bonæ mulieres æquum est facere, vt absentes viros perinde habeant, quasi præsentés sint.*

31 En sunt nonnulli, qui cum maritis falsam incunt amicitiam vxorum gratia: & tempus obseruant vel absentix maritalis, vel quo vxor zelotipia inardescat, vel quo a viro iniuria sit affecta, vel quo grauefcatur. Et cætera. Sunt etiam mulieres, quæ cum alijs eiusdem farinae fœ-

minis conuersantur, vt vicissim vtrarumque domibus mutua occultentur adulteria, &c.

- 32 Vxores ancillas pulcras, nimisq; elegantes domine habeant: neq; viri similes domesticos. Ancillæ sint & honestissimæ, & fidelissimæ: domestici, ac familiares minime suspecti: necessarii vxi spectariissimæ foemine.
- 33 Socrates. Quemadmodum piscium qui nondum intra nallas sunt, volunt intrare: qui autem iam intus sunt volunt exire: sic in matrimonio hominibus vsu euenit.

### Summaria capit. 4.

- 1 Consuetudo pro lege habetur.
  - 2 Opiniones diuersæ, An consuetudo possit matrimonij impedimentum introducere?
  - 3 Consuetudo ecclesiæ, quæ scandalum generat, inhabiles facit ad matrimonium in quibusdam casibus. n. 3. & 13.
  - 4 De matrimonio spiritali ad carnale valet argumentum. n. 4. & 15.
  - 5 Consuetudo debilitat ad matrimonium spirituale. n. 4. & 15.
  - 6 Consuetudo, per summum pontificem approbata, potest impedimentum, quod matrimonium dirimat, introducere.
  - 7 Consuetudo habet vim legis, in quantum per eos approbatur, ad quos pertinet populo super tali materia legem sancire.
  - 8 Consuetudo potest inducere impedimentum, quod contrahendum matrimonium impedit. Ratione scādali, vel causa agentis pœnitentiæ, possunt coniuges ad tēpus separari.
  - 9 Consuetudo, per summum pontificem non approbata, non potest inducere impedimentum, dirimens matrimonium.
  - 10 Consuetudo non potest tollere impedimentum, de iure canonico dirimens matrimonium. Consuetudo aequalem habet vim & constituendi denuo legem, & derogandi legi iam constitutæ.
  - 11 Opinio pro matrimonio conseruando præualefcere debet, si probabilis sit.
  - 12 Consuetudo non potest diuino iuri derogare. n. 11. & 15.
  - 13 Qui expresse nō prohibetur cōtrahere, admittendi sunt ad matrimonium. n. 11. & 15.
  - 14 Consuetudo debet esse rationalis, ac præscripta: & quando talis dicatur. Consuetudo absq; papæ approbatione non potest in sacramentalibus aliquid introducere.
  - 15 Explicatur cap. 1. & 3. de cognatione spiritali. & c. Quod dilectio. de cons. & affi. n. 3. & 11.
- Tolerabilis est, aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitime contra statuta Domini separare.

14 Fraternitas spiritalis per concilium Tridentinum totaliter est sublata.

Consanguinitas vsq; ad. 4. duntaxat gradum impedit matrimonium.

15 Quando procedit argumentum de matrimonio spiritali ad carnale.

minis conuersantur, vt vicissim vtrarumque domibus mutua occultentur adulteria, &c.

- 32 Vxores ancillas pulcras, nimisq; elegātes domine habeāt: neq; viri similes domesticos. Ancillæ sint & honestissimæ, & fidelissimæ: domestici, ac familiares minime suspecti: necessariæ vxi spectariissimæ fœminæ.
- 33 Socrates. Quemadmodum piscium qui nondum intra nallas sunt, volunt intrare: qui autem iam intus sunt volunt exire: sic in matrimonio hominibus vsu euenit.

### Summaria capit. 4.

- 1 Consuetudo pro lege habetur.
- 2 Opiniones diuersæ, An consuetudo possit matrimonij impedimentum introducere?
- 3 Consuetudo ecclesiæ, quæ scandalum generat, inhabiles facit ad matrimonium in quibusdam casibus. n. 3. & 13.
- 4 De matrimonio spiritali ad carnale valet argumentum. n. 4. & 15.
- 5 Consuetudo debilitat ad matrimonium spirituale. n. 4. & 15.
- 6 Consuetudo, per summum pontificem approbata, potest impedimentum, quod matrimonium dirimat, introducere.
- 7 Consuetudo habet vim legis, in quantum per eos approbatur, ad quos pertinet populo super tali materia legem sancire.
- 8 Cōsuetudo potest inducere impedimentū, quod contrahendū matrimonij impedit. Ratione scādali, vel causa agendi pœnitentiæ, possunt coniuges ad tēpus separari.
- 9 Consuetudo, per summum pontificem non approbata, non potest inducere impedimentum, dirimens matrimonium.
- 10 Cōsuetudo non potest tollere impedimentū, de iure canonico dirimens matrimonij.
- 11 Consuetudo a qualem habet vim & constituendi denuo legem, & derogandi legi iam constitutæ.
- 12 Opinio pro matrimonio conseruando præualefcere debet, si probabilis sit.
- 13 Consuetudo non potest diuino iuri derogare. n. 11. & 15.
- 14 Qui expresse nō prohibētur cōtrahere, admittendi sunt ad matrimonij. n. 11. & 15.
- 15 Consuetudo debet esse rationalis, ac præscripta: & quando talis dicatur. Consuetudo absq; papæ approbatione non potest in sacramentalibus aliquid introducere.
- 16 Explicatur cap. 1. & 3. de cognatione spiritali. & c. Quod dilectio. de cons. & affi. n. 3. & 11.
- 17 Tolerabilis est, aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitime contra statuta Domini separare.
- 18 Fraternitas spiritalis per concilium Tridentinum totaliter est sublata.
- 19 Consanguinitas vsq; ad 4. duntaxat gradum impedit matrimonium.
- 20 Quando procedit argumentum de matrimonio spiritali ad carnale.

Matrimonium carnale est de iure diuino, & naturali, institutum ad multiplicationem generis humani.

Institutio beneficiorum est de iure pontificio: & finis huius institutionis est animorum regimen.

Propter scandalum non est recedendum a veritate iuris diuini, & naturalis.

Finis potissimum est considerandus.


In matrimonio spirituali attenduntur qualitates personarum, non sic in carnali.

Quando sunt diuersæ rationes, non potest esse idem ius.

- 16 Consuetudo, quæ scandalum generat, quando debilitat ad matrimonium carnale, & spirituale.

## Caput quartum.

Consuetudo, si per summum pontificem non sit approbata, non potest introducere impedimentum, quod matrimonium dirimat inter personas habiles de iure naturali, & pontificio contractum.

- 1  **V**ONIAM consuetudo merito pro lege habetur. l. De quibus. ff. de legibus capi. Consuetudo. d. 1. ideo in presenti inquirimus, An consuetudo possit introducere aliquod matrimonij impedimentum?

- 2 De hac quaestione quinque inueniuntur inter doctores opiniones. Prima est quorundam dicentium, consuetudinem posse, introducere impedimentum, quod matrimonium contrahendum impediatur, non tamen contractum dirimat.

Secunda est Ioa. Driedo. in li. de liber. Christ. vbi docet, consuetudinem posse, introducere impedimentum, non solum impediens, sed etiam dirimens matrimonium.

Tertia affirmat, consuetudinem posse, introducere impedimentum, impediens matrimonium, & dirimens non perpetuo, sed ad tempus. Et hæc falso tribuitur Innoc. in c. Super eode. de cog. spi. vbi doctores hanc disputant quaestionem.

Quarta

Quarta est glossæ in. c. Quod super his. de cons. & affinitate. & in. c. fin. de spon. duorum, & Abbatis in. c. Super eo. de cog. spirit. dicentiū, consuetudinem, ex cuius præteritione generatur scandalum, posse introducere impedimentum, & impediens, & dirimens matrimonium. Et hanc opinionem potius approbat, quam reprobat Couarruu. in epit. de sponsal. p. 2. c. 6. §. 10. declarans, consuetudinem debere, esse introductam a clericis pariter, & laicis: & tunc non ratione consuetudinis, sed propter scandalum matrimonium dirimi. Glossa tamen in. c. Super eo. de cognatio. spirit. verb. Consuetudo, adhibet, consuetudinem istā consurgere ex gradibus antiquitus prohibitis ad contrahendum, postea tamen per nouam cōstitutionem sublatis: quod si nulla inter tales personas fuisset prohibitio, contractum matrimoniū non dissolueretur propter solum scandalum. Et hanc glossæ sententiam amplectitur Angelus in. v. Matrimonium. 3. impedimento. 17. nu. 1.

Quinta opinio est Hostiensis in summa, tit. de cog. spirit. ubi ait. Si consuetudo sit scita, & approbata a summo pontifice, poterit quidem introducere impedimentum dirimens matrimonium: si autem scita, & approbata ab ipso non fuerit, nequaquam tale impedimentum introducere valet. Et hanc opinionem sequuntur communiter doctores & canonistæ, & theologi. Videlicet Hugo, & Bernardus glossatores, vt refertur in glo. fi. c. 1. de cog. spirit. Gofredus in summa, tit. de cog. spirit. §. penult. Ioan. Andr. in. c. Super eo. de cog. spirit. Palud. in 4. sent. lib. d. 26. q. 3. ar. 3. Rosella. v. Impedimentum. 1. nu. 7. Astensis. li. 8. tit. 18. Tabiena v. Impedimentum. 1. nu. 4.

3 Pro quarta opinione duo potissimū militant argumenta. Vnum. Consuetudo ecclesiæ, cuius transgressio scandalum generat, inhabiles facit ad matrimonium personas de iure habiles. c. 1. & 2. de cog. spirit. & c. Quod dilectio. de consangu. & affin. agitur.

4 Alterum. De matrimonio spirituali, ad carnale est bonum argumentum, quia iure æquiparantur. c. Quoniā frequenter

quenter. §. Porro. vt lite non contest. c. Inter corporalia, & c. fin. de transla. epif. c. Cum inter canonicos. de electio. c. Sicut alterius. 7. q. 1. & auth. Nisi rogati. C. ad Trebellian. Sed consuetudo, cuius præteritio generat scandalum, inhabilem facit aliquem ad matrimonium spirituale. c. Cum olim. de cler. conu. vbi hoc notant glo. & doctores, ergo pari ratione potest inhabilem efficere ad matrimonium carnale.

9 Sed his nõ obstantibus, pro quæstionis decisione sit prima conclusio. Consuetudo, si sit scita, & approbata a summo pontifice, potest quidem impedimentum introducere, non solum impediens, sed etiam dirimens matrimonium. Confirmatur conclusio primum iuribus in primo argumento allegatis.

6 Iterum: quia sicut ipse papa potuisset tale impedimentum per suam constitutionem inducere: ita & cõsuetudo, postquam est ab ipso approbata. Consuetudo enim, in populo præualens, obtinet vim legis, in quantum per eos approbatur, ad quos pertinet, populo super tali materia legem imponere: vt docet. D. Thomas. 1. 2. q. 97. ar. 3. ad. 3.

### Secunda conclusio.

7 Consuetudo, & si non sit vniuersalis, nec expresse approbata per summum pontificem, potest tamẽ introducere impedimentum, impediens matrimonium contrahendum, præfertim scandalo interueniente. Imo etiam ratione scādali, vel causa agēdi pœnitētiã pro peccato commisso, possent quidẽ cõiuges cohabitatione ad tēpus separari. Et ita est intelligēdus Innoc. in. c. Super eo. de cog. spirit.

Conclusio hæc, quæ communis est, probatur ex c. i. iuncta glossa si. & ex. c. Super eo. de cog. spirituali. ex. c. Cum olim. de cleri. conu. ex. c. Aliter. 30. q. 5.

### Tertia conclusio.

8 Quæcunque sit consuetudo, si per summum pontificem non sit approbata, non potest introducere impedimētum, dirimens matrimonium contractum inter personas habiles iure naturali, & pontificio.

Conclusio hæc cōfirmatur in primis. c. Licet. & c. Tuas dudū. de spons. duorū. vbi matrimoniū iure diuino, & pontificio validū non dissoluitur per contrariā consuetudinē.

Secundo: quia consuetudo, quæcunq; sit, absque scientia summi pontificis approbāte nō potest tollere impedimentum, quod iure pontificio dirimit matrimonium. c. Quod super his, & c. Non debet. de consang. & affinit. igitur nec potest introducere impedimentum, quod illud dirimat, si contractum fuerit inter personas iure naturali, & pōtificio habiles, & legitimas. Consequentia probatur primū: quia consuetudo æqualem habet vim & constituendi denuo legem, & derogandi legi, iam constitutæ, secundum. D. Thomam. 1. 2. q. 97. ar. 3. Syluestr. & summā Armillam, v. Consuetudo. Ioa. Vigue. in theologi. institut. c. 17. §. 2. ver. 10. Domin. a Soto de iust. & iure. li. 1. q. 7. ar. 2. Abb. in. c. si. de consuetud. & cæteros. Iterū, quia ex opposito sequeretur, consuetudinem esse efficaciorē cōtra ius naturale, quam contra pontificiū: siquidem consuetudo, lege naturali iurata, non potest vincere legem pontificiam, prohibentē matrimonium: & per se solam posset vincere naturalem, & pontificiam, illud permittentes.

Tertio eadē conclusio confirmatur: quia in materia matrimoniali illa opinio est tenēda, quæ stat pro matrimonio conseruando, dummodo probabilis sit, etiam si cōmuni aduersetur, vt docent Hostien. & Abb. in. c. Si vir. de cog. spirit. Abb. rursus in. c. si. de re iud. Decius in cōf. 501. xosella. v. Impedimentū. 1. n. 7. Quorum opinio confirmatur ex. c. Licet ex quadā. de test. Sed hæc nostra opinio magis, quā opposita, fauet matrimonio, & est communis: igitur.

Quarto. Cōsuetudo nequaquā potest diuino iuri derogare. c. si. de consue. vbi iuris pōtificij professores id vno ore fatentur. Tradit etiam. D. Thom. 1. 2. q. 97. ar. 3. ad primū. Sed matrimonium, cōtractum inter personas expresse non prohibitas, iure diuino, & naturali est validum: igitur habatur intentum. Subsumptum confirmatur ex capit. Cum apud. de sponsal. vbi hæc verba habentur. Cum edictum de

matrimonio non contrahendo sit prohibitorium, quicumque expresse non prohibentur, admittendi sunt.

**12** Ultimo tertia conclusio confirmatur: quia consuetudo, ut legitime aliquid introducere possit, debet esse rationalis, ac præscripta. c. fin. de consuetud. Sed consuetudo dirimendi matrimonium, inter personas contractum iure habiles, si non esset per summum pontificem approbata, non esset rationalis, neque legitime præscripta: igitur habetur intentum. Minor propositio ostenditur primum: quia ut consuetudo in sacramentalibus aliquid legitime valeat, exigit scientiam principis approbantem, ut tenent glo. & cõmuniter scribentes in. c. Vir autẽ. de sec. nup. Iterũ, quia consuetudo tunc dicitur rationalis, quando habet conditiones bonæ legis, ut explicat Sylvester. verbo, Consuetudo: & tunc dicitur legitime præscripta, quando introducta, & continuata est a maiori parte populi per discursum temporis præscriptioni necessarium, principe consuetudinem, sciente, & potente legem consuetudini similem statuere. Non enim solum frequentia actus, sed præcipue consensus principis facit, ut consuetudo vim legis obtineat, ut. D. Tho. 1. 2. q. 97. ar. 3. sapienter docet.

**13** Ad primum argumentum ita respondetur. Consuetudo ecclesiæ, cuius transgressio scandalum generabat, inhabiles faciebat ad matrimonium in casibus. c. 1. & 3. de cogn. spirit. & c. Quod dilectio. de consan. & affin. propter scientiam summi pontificis approbantem. Non tamen protrahenda sunt illa iura ad alios casus in iure non expressos absque tali summi põtificis scientia. Præsertim cum decisum sit. c. Cum apud. de spons. quoscunq; ad matrimonium esse admittendos, qui expresse a iure non prohibentur. Et c. Licet ex quadam. de testi. tolerabilius esse, aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitime contra statuta Domini separare.

**14** Est tamen animaduertendũ, abrogata esse cap. primum, & tertium de cogn. spirit. per coneci. Trident. sess. 24. c. 2. de refor. matr. vbi fraternitas spiritualis ab impediẽdo matrimonio-



matrimonio penitus remouetur. Capitulo autē, Quod dilectio. de cons. & affin. esse derogatum per. c. Non debet reprehensibile. eodem tit. vbi vsque ad quartum gradum, & non vltra consanguinitas impedit matrimonium.

15 Ad maiorem secundi argumenti responderetur: argumentum de matrimonio spiritali ad carnale procedere, quando eadem est vtriusq; ratio, & contrariū non reperitur expresse decisum a iure, vt notat Euerardus in eodem loco. Diuersitas enim rationis diuersitatem iuris inducit. l. Cum pater. §. Dulcissimis. ff. de legat. 2. & l. Adigere. §. Quauis. ff. de iure patro. Reperitur autem diuersa ratio in alterutro quantum ad propositum nostrum: & ideo non procedit illud argumentum. Nam primo differunt: quia matrimonium carnale est de iure diuino Gen. 2. & Matth. 19. c. vnico. de voto, & voti redemp. li. 6. spiritali vero quantum ad institutionem, & collationem beneficiorum, de quibus loquitur: c. Cum olim. de cleri. coniu. est de iure positiuo, vt declarat Abb. in. c. Postulasti. de rescrip. & in. c. Episcopus. de preb. Quate consuetudo, cuius transgressio scandalum generat, hoc impedit, & non illud. Propter scandalum enim non est recedendum a veritate iuris diuini, & naturalis. c. 2. de noui ope. nunt. & c. Quiscandalizauerit. de reg. iuris. Et consuetudo preualere potest cōtra ius positiuum: sed non contra diuinum. c. fin. de consuetu. Præterea matrimonium carnale institutum est ad multiplicationem generis humani Gene. 1. & §. His ita. 32. q. 2. spiritali vero ad regimen fidelium, & animorum curam cap. Cum sit ars artium. de ætate, & qualitate. Scandalum igitur, quia obstat fini spiritalis matrimonij, inhabilitat ad illud: non tamen ad carnale, quia eius fini non aduersatur. Finis enim potissimum consideratur in re quacunque, vt ostendit Euerardus in loco a virtute finis. Vltimo in matrimonio carnali qualitas personarū regulariter non attenditur. c. Cum apud. de spons. c. 1. de coniu. seruo. c. 2. de coniug. leprof. Omnes enim, qui legitimam ætatem habent, & carent impedimento canonico, ad matrimonium admittuntur cap.

Cū apud. de spons. in matrimonio autē spirituali attēditur qualitas personarū. c. Cū in cunctis .c. Inter canonicos. c. Innotuit. de elect. titul. de filiis presb. titu. de bigamis. cū similibus. Hæc differentię diuersitatem iuris inducunt inter matrimonium carnale, & spirituale.

- 16 Si autem prædicta non sufficiant, pro secundi argumenti solutione, ad minorem eiusdem respondeo, consuetudinem regionis, cuius transgressio scādalum generat, debilitare ad utrunq; matrimonium, postquam scita, & approbata fuerit a summo pontifice: de talique consuetudine esse interpretandum. c. Cum olim. de cleri. coniug.

### Summaria. c. quinti.

- 1 Ecclesie potestas data est non in destructionem, sed ædificationem.  
An ecclesia conuenienter instituerit cognationis spiritualis impedimentum?  
Multa licent, quæ non expectant.
- 2 Quelibet res per suum contrarium impeditur.
- 3 Contrariorum contrarij sunt effectus.  
Cultus disparitas impedit matrimonium.
- 4 In synagoga fuit circumcisionis sacramentum.  
In synagoga non fuit cognationis spiritualis impedimentum?  
Impedimentorum multitudo in matrimonio nocua iudicatur, cum declaratione. un.  
c. 14.
- 5 Ecclesia catholica conuenienter statuit cognationis spiritualis impedimentum.
- 6 Consanguinitas est matrimonij impedimentum.  
Maior coniunctio est inter cognatos spirituales, quam inter consanguineos.
- 7 Adoptio legalis est matrimonij impedimentum.
- 8 Patrinus vere est spiritualis pater baptizati.  
Turpe est inter patres, & filios carnales matrimonium contrahi.
- 9 Homo per carnis propagationem esse accipit naturale, & per baptismum, & confirmationem, quæ sunt sacramenta regenerationis, esse spirituale gratiæ.
- 10 Ecclesia a sui initio statuit, ut cognatio spiritualis matrimonium impediret.  
Si quid necessario, vel agendum, vel vitandum ecclesia diffinit, in eo errare nequit, sicuti nec in fide.
- 11 Spiritualis cognatio est sufficiens ratio amicitie.
- 12 Duo adinuicem contraria interdum contrariantur eidem.  
Disparitas cultus, & cognatio spiritualis specie differunt.
- 13 Multa sunt de sacramentis in ecclesia statuta, quæ non fuerunt in synagoga.

Cū apud. de spons. in matrimonio autē spirituali attēditur qualitas personarū. c. Cū in cunctis .c. Inter canonicos. c. Innotuit. de elect. titul. de filiis presb. titu. de bigamis. cū similibus. Hæc differentię diuersitatem iuris inducunt inter matrimonium carnale, & spirituale.

- 16 Si autem prædicta non sufficiant, pro secundi argumenti solutione, ad minorem eiusdem respondeo, consuetudinem regionis, cuius transgressio scādalum generat, debilitare ad utrunq; matrimonium, postquam scita, & approbata fuerit a summo pontifice: de talique consuetudine esse interpretandum. c. Cum olim. de cleri. coniug.

### Summaria. c. quinti.

- 1 Ecclesie potestas data est non in destructionem, sed ædificationem.  
An ecclesia conuenienter instituerit cognationis spiritualis impedimentum?  
Multa licent, quæ non expectant.
- 2 Quelibet res per suum contrarium impeditur.
- 3 Contrariorum contrarij sunt effectus.  
Cultus disparitas impedit matrimonium.
- 4 In synagoga fuit circumcisionis sacramentum.  
In synagoga non fuit cognationis spiritualis impedimentum?  
Impedimentorum multitudo in matrimonio nocua iudicatur, cum declaratione. un.  
c. 14.
- 5 Ecclesia catholica conuenienter statuit cognationis spiritualis impedimentum.
- 6 Consanguinitas est matrimonij impedimentum.  
Maior coniunctio est inter cognatos spirituales, quam inter consanguineos.
- 7 Adoptio legalis est matrimonij impedimentum.
- 8 Patrinus vere est spiritualis pater baptizati.  
Turpe est inter patres, & filios carnales matrimonium contrahi.
- 9 Homo per carnis propagationem esse accipit naturale, & per baptismum, & confirmationem, quæ sunt sacramenta regenerationis, esse spirituale gratiæ.
- 10 Ecclesia a sui initio statuit, ut cognatio spiritualis matrimonium impediret.  
Si quid necessario, vel agendum, vel vitandum ecclesia diffinit, in eo errare nequit, sicuti nec in fide.
- 11 Spiritualis cognatio est sufficiens ratio amicitie.
- 12 Duo adinuicem contraria interdum contrariantur eidem.  
Disparitas cultus, & cognatio spiritualis specie differunt.
- 13 Multa sunt de sacramentis in ecclesia statuta, quæ non fuerunt in synagoga.

## Caput quintum.

Ecclesia conuenientissime instituit  
impedimentum spiritualis cog-  
nationis.

**I** V M P O T E S T A S ecclesie data sit non in de-  
structionem, sed ædificationem. 2. Corint. 10. &  
13. concil. Tridentin. sessione. 14. cap. 7. posi-  
to ecclesiam posse matrimonij impedimēta stabilire, quod  
quidem supra capit. 1. sufficienter ostendimus, in præsentī  
nobis est inquirendum, An conuenienter instituerit cog-  
nationis spiritualis impedimentum? De qua omnis dispu-  
tatio futura est. Multa enim licent, quæ non expediunt, vt  
docet apostolus. 1. Corint. 6.

§. Conradus Lagus in methodica iuris titulo de nuptiis  
autumat, prohibitionem matrimonij ex cognatione spiri-  
tuali sine causa factam esse ab ecclesia, &c.

**1** Pro istius errore primum argumentum. Nihil potest  
matrimonium impedire, nisi ei fuerit contrarium: quia vna  
quælibet res per suum conerarium impeditur: cognatio  
vero spiritualis non est matrimonio contraria, quia  
nulli eius bono, aut fini repugnat: igitur non est ei im-  
pedimentum.

**2** Secundum. Contrariorum contrarij sunt effectus. polit.  
libr. 5. capit. 8. in principio. sed spiritualis cognatio dispa-  
ritati cultus videtur contraria, ( quia illa est sacramento-  
rum communio, hæc vero sacramentorum discrepantia )  
cultus autem disparitas impedit matrimonium: ergo cog-  
natio spiritualis illud non impedit.

**4** Tertium. In synagoga, quauis fuerit circumcisionis sa-  
cramentū, non fuit tamen cognationis spiritualis impedi-  
mentum: ergo neq; in ecclesia debebat institui: presertim  
cum prohibitorum multitudo in materia matrimoniali

potius

potius nocua, quam utilis iudicetur concii. Trid. sess. 24. c. 2. de reformat.

5 Quibus non obstantibus, conclusio veluti diuinum oraculum est. Ecclesia catholica conuenienter statuit cognationis spiritualis impedimentum.

6 Confirmatur primo ratione decidendi. c. 2. 30. q. 3. Nam cum a propriis consanguineis iubeamur abstinere, multo magis ab illis abstinendum est, qui nobis sunt spirituali cognatione coniuncti. Quia, vt habetur. c. 1. eadem causa, & q. maior connexus, & proximitas est inter eos, quos sacramentum, & diuina gratia vinxit: quam inter eos, quos voluntas humana per carnis propagationem copulauit.

7 Secundo ex altera decidendi ratione. c. 1. 30. q. 3. Nam si inter eos non contrahitur matrimoniū, quos legalis adoptio coniugauit: quanto potius a carnali oportet inter se contubernio cessare illos, quos per cæleste sacramentum regeneratio spiritus sancti connexuit.

Tertio ex. l. Si quis alumnam in fine. C. de nup. vbi hæc verba habentur. Nihil aliud sic inducere potest paternam affectionem, & iustam nuptiarum prohibitionē, quam nexus spiritualis cognationis. Per quem, Deo mediante, animæ eorum, inter quos spiritualis cognatio contrahitur, copulatae sunt.

8 Quarto, quia patrinus, & matrinx vere sunt spirituales parentes baptizati, vel confirmati: & baptizatus, vel confirmatus vere est, & dicitur spiritualis filius patris, & matrinx. c. Ita diligere. 30. q. 3. igitur sicut turpe est inter patres, & filios carnales matrimonium contrahi Leui. 18. ita & inter cognatos spirituales.

9 Quinto, quia quemadmodum homo per carnis propagationem esse accipit naturale, sic etiam per sacramenta suscipit esse spirituale gratiæ: & ideo sicut vinculum ex carnis propagatione contrahitur, ita quoque vinculum ex sacramentis regenerationis resultat, qualia sunt baptismus, & confirmatio, vt Diuus Thomas explicat in. 4. senten. li. d. 42. q. 1. at. 2. ad primum. Vnde sicuti carnalis cognatio

matrinx

- marrimoniū impedit, similiter spiritualis debet impedire.
- 10 Sexto ecclesia a sui initio tanquam conuenientissimum statuit, vt cognatio spiritualis matrimonium impediret, dirimeretq; vt. c. sequēti patebit: si autem quid necessario vel agendū, vel vitandum firmo iudicio ecclesia diffinit, in hoc errare nequit, sicut neque in fide, vt demonstrat Melchior Canus libr. 5. de locis theolo. c. 5. q. 5. in confirmationibus primæ, secundæq; conclusionis: igitur.
- 11 Primo argumento sic respondet. D. Thomas in. 4. sent. lib. d. 42. q. 1. ar. 1. ad primum. Quauis spiritualis cognatio non impediat aliquod principale matrimonij bonum, impedit tamē aliquod secundarium, nempe amicitie multiplicationem. Quia spiritualis cognatio est sufficiens ratio amicitie per se. Vnde oportet ad alios familiaritatem, & amicitiam per matrimonium extendi. Faciunt in huius doctrine confirmationem multa, quæ ex Augustino refert Gratianus. 35. quæst. 1. cap. 1.
- 12 Secundo argumento respondet idem Thomas articulo citato ad quartum, non esse inconueniens, duo ad inuicem contraria eidem aduersari, sicuti magnū, & paruum æquali, & ita disparitatem cultus, & spirituales cognationem matrimonio repugnare: quia in vno est maior distantia, & in altero maior propinquitas, quā matrimonium requirit, atque ideo ex vtraque parte matrimonium impeditur. Ex hoc autem non infertur, contrariorum esse eundem effectum in specie: quia impedimenta resultantia ex disparitate cultus, & cognatione spirituali, diuersa sunt, quauis in genere impediendi conueniant.
- 13 Tertij argumenti negatur consequentia. Multa enim sunt de sacramentis in ecclesia instituta, quæ non fuerunt in synagoga propter maiorem excellentiam & ecclesie, & sacramentorum eius.
- 14 Ad illud concilij Tridentini respondetur, prohibitorum multitudinem in materia matrimoniali quantum ad impedimenta hæctenus sublata, quæ antea vigeabant, iudicari parum vtilem, non tamen quantum ad impedimenta, quæ remanent


remanent confirmata. Ad rem facit. c. Non debet reprehensibile. de consan. & affini. & c. i. 35. q. 1.

## Summaria. c. 6.

- 1 Antiquitati sancti patres sanxerunt reuerentiam.  
Profanae hereticorum nouitates antiquissimis ecclesiae traditionibus retunduntur.
- 2 Spiritualis cognatio ab ipsis apostolis originem habet.  
In catechismo, baptismo, & confirmatione, vnus atq; idem patrinus esse potest.
- 3 Si originem alicuius consuetudinis, diu in tota ecclesia obseruatae, neque ad papam, neq; ad concilia deferre possumus, conficitur ab apostolis esse profectam.
- 4 Multa matrimonij impedimenta ab ipsis apostolis originem ducunt, vt impedimentum voti sollemnis: sacri ordinis, & consanguinitatis in nonnullis gradibus.
- 5 Reprehenditur Alciatus.
- 6 Explicatur locus Pauli ad Romanos. 16.
- 8 Officiu[m] patrinorum erga spirituales filios.
- 9 Penitentia cognoscentis carnaliter spiritualem cognatam. n. 7. & 9.

## Caput sextum.

### De initio, & antiquitate spiritualis cognationis.

- 1  Antiquitati sancti patres sanxerunt reuerentiam. c. Conquestus. 9. q. 3. & c. Contra statuta. 25. q. 1. Priscorumq; legibus, & consuetudinibus plurimum defertur honoris. c. Quia. 10. q. 3. Atq; profanae hereticorum nouitates antiquissimis ecclesiae traditionibus retunduntur, auctoribus diuo Ignatio apud Eusebium. 3. libr. ecclesiasticae historiae cap. 36. & Vincentio Lirinensi in suo aureo libello aduersus profanas hereticorum nouitates. Et ideo postquam in praecedentibus diffinimus, ecclesiam conuenienter instituisse cognationis spiritualis impedimentum, inquirimus in praesenti originem, & antiquitatem huius instituti.
- 2 Higinus papa octauus sub Petro, qui sedit circa annum


remanent confirmata. Ad rem facit. c. Non debet reprehensibile. de consan. & affini. & c. i. 35. q. 1.

## Summaria. c. 6.

- 1 Antiquitati sancti patres sanxerunt reuerentiam.  
Profanae hereticorum nouitates antiquissimis ecclesiae traditionibus retunduntur.
- 2 Spiritualis cognatio ab ipsis apostolis originem habet.  
In catechismo, baptismo, & confirmatione, vnus atq; idem patrinus esse potest.
- 3 Si originem alicuius consuetudinis, diu in tota ecclesia obseruatae, neque ad papam, neq; ad concilia deferre possumus, conficitur ab apostolis esse profectam.
- 4 Multa matrimonij impedimenta ab ipsis apostolis originem ducunt, vt impedimentum voti sollemnis: sacri ordinis, & consanguinitatis in nonnullis gradibus.
- 5 Reprehenditur Alciatus.
- 6 Explicatur locus Pauli ad Romanos. 16.
- 8 Officium patrinorum erga spirituales filios.
- 9 Penitentia cognoscentis carnaliter spiritualem cognatam. n. 7. & 9.

## Caput sextum.

### De initio, & antiquitate spiritualis cognationis.

- 1  Antiquitati sancti patres sanxerunt reuerentiam. c. Conquestus. 9. q. 3. & c. Contra statuta. 25. q. 1. Priscorumq; legibus, & consuetudinibus plurimum defertur honoris. c. Quia. 10. q. 3. Atq; profanae hereticorum nouitates antiquissimis ecclesiae traditionibus retunduntur, auctoribus diuo Ignatio apud Eusebium. 3. libr. ecclesiasticae historiae cap. 36. & Vincentio Lirinensi in suo aureo libello aduersus profanas hereticorum nouitates. Et ideo postquam in praecedentibus diffinimus, ecclesiam conuenienter instituisse cognationis spiritualis impedimentum, inquirimus in praesenti originem, & antiquitatem huius instituti.
- 2 Higinus papa octauus sub Petro, qui sedit circa annum



num Domini. 155. patrinum, & matrinam baptismo, & confirmationi adhibuit, vt refert Baptista Platina in eius vita. Huius autem pontificis extat decretum de consecra. dist. 4. cap. In catechismo, vbi meminit cognationis spiritualis, tanquam rei ante ipsum vsu, consuetudineq; obseruatae hisce verbis. In catechismo, baptismo, & confirmatione vnus patrinus fieri potest, si necessitas cogit: non est tamen consuetudo Romana: sed per singulos singuli suscipiantur. Habetur idem decretum apud Burchardum libr. 4. cap. 24. Quare arbitror, cognationem spirituales ab ipsis apostolis originem habuisse. Quod quidem confirmari posset primum ex capit. Non oportet. 30. quæst. 3. vbi Zacharias, & Deus dedit pontifices affirmant, decretum spiritualis cognationis ex diuina sententia haberi.

3 Iterum ex doctrina Diui Augustini. 4. libro de baptif. cont. Donatis capit. 24. & libro. 2. cap. 7. & sancti Leonis in sermone quatuor temporum, quæ talis est. Si originem alicuius consuetudinis, diu in tota ecclesia obseruatae, nec ad summos pontifices, neque ad concilia episcoporum referre possumus, conficitur sane, illam ab apostolis esse profectam.

4 Tertio: quia plura alia matrimonij impedimenta ab ipsis apostolis originem trahunt, vt impedimentum voti sollemnis, sacri ordinis, & consanguinitatis in nonnullis gradibus: quod in locis, & apud auctores. c. 1. num. 13. a nobis citatos, poterit studiosus inquirere.

Vltimo, & potissimo: quia Diuus Dionysius de ecclesiast. hierarch. capit. 7. testificatur, susceptores, qui patrini vocantur, adhibendos esse baptismo ex apostolorum traditione.

5 Quamobrem optimo iure Didacus Couarruias in epit. de spons. p. 2. c. 6. §. 8. nu. 18. reprehendit Alciatum, qui in. c. Cum contingat. de iur. iur. affirmat, tempore Iustiniani imperatoris, videlicet, circa annum a Christi natiuitate. 525. nondum ius canonicum coniugalem prohibitionem induxisse.

6 Post Higinij tēpora Origenes, (qui florere cœpit temporibus Baliani imperatoris, & Calixti papę huius nominis primi,) explicans illum Pauli locum ad Romanos cap. 16. Lucius, Iason, & Sosipater cognati mei, &c. Hanc, inquit, cognationem, arbitror, esse ex baptismo contractam.

Item Syluester primus circa annum a Christi natiuitate 320. spiritualis cognationis, tanquam rei antiquissimę mentionem fecit: referuntur eius verba. c. Omnes. 30. q. 1.

Præterea Iulius primus circa annum Domini. 338. & Innocētius primus circa salutis annum. 408. & Cælestinus primus circa annum a Christi natiuitate. 430. ad quæstiones de spirituali cognatione, sibi propositas, responderunt, vt testificatur Deus dedit papa in epist. ad Gordianus Hipalensem episcopum, quam refert Burchardus libr. 17. c. 44. & eius fragmentum habetur. 30. quæst. 1. cap. 1. Innocentij quoque reperitur de spirituali cognatione decretū in epistole ad Exuperantium Toletanum episcopum, cuius verba referuntur. c. Si quis ex vno coniugio. 30. quæst. 4.

7 Cælestinus etiam primus sacerdotibus, se carnaliter commiscentibus cum spiritualibus filiabus, grauissimas imposuit pœnitentias. Eius canones habentur cap. pen. & fin. 20. quæst. 1.

8 Deinde Augustinus in sermone post pascha Domini, qui incipit, Hodiernus dies, pulcram de spirituali cognatione doctrinam nobis tradit, inquit. Vos ante omnia tam mulieres, quam viros, qui filios in baptismo suscepistis, moneo, vt vos cognoscatis fidei iussores apud Deum extitisse pro illis, quos iussi estis de sacro fonte suscipere. Ideoque semper eos admonete, vt castitatem custodiant, iustitiam diligant, caritatem teneant, ante omnia Symbolum, & orationem Dominicam & vos ipsi tenete, & illis, quos suscepistis de sacro fonte, ostendite. Referuntur cap. Vos ante omnia, de cons. d. 4. Alia eiusdem Augustini verba, ad cognationem spirituales pertinentia, referuntur. c. Paruuli el. 2. & c. Quæris & c. Cū pro paruulis, de cons. d. 4. floruit autē. D. Aug. circa annū a Christi natiuitate. 400.

Leo quoque primus, qui sedit circiter annum Domini. 440. de spirituali cognatione statuit: eius decretum extat de consec. d. 4. c. Non plures, refertur a Burchardo libr. 4. c. 25. verba decreti sunt. Non plures ad suscipiendum de baptismo infantem accedant, quam vnus, siue vir, siue mulier: in confirmatione quoque id ipsum fiat.

9 Et in concilio vniuersali Chalcedonensi, tempore huius pontificis celebrato, cognationis spiritualis, tanquam rei antiquissimæ, fit mentio sub his verbis. Si cum duabus commatibus aliquis concubuerit, secūdum antiquam definitionem octo annis pœniteat. Referuntur capitulo, Si pater. 30. quæst. 4.

Vltimo Symmachus papa circa annum a Christi natiuitate 500. spiritualis cognationis meminit: extat eius verba. c. Omnes. 30. q. 1.

Prædicta sunt antiquiora de spirituali cognatione testimonia, prætermitto autem plura eis tempore posteriora, quæ locis supra. c. 1. nu. 13. citatis reperiuntur.

## Ad Caput sextum annotationes, siue ab eo digressiones.

### CXXI. DE HONORE, ET LAVDE. A.

3 Si vis ab aliis honorari, illos honore auge. Scitū est illud Lucij Crassi senatoris ad Lucium Philippum consule: Non es mihi Philippe consul, quia nec tibi senator sum. Quod a Valerio Max. traditum est libr. 6 cap. 2. & Quintiliano lib. 8. oratori. instit. sub titulo de ornatu, & iterum lib. 11. sub titulo. 1. & Cicerone libr. 3. de oratore. Cui simile est, quod scripsit Plato ad Dionysium Syracus. Honoratus enim a te, & te honorabo: non honoratus autem conquiescam. Legito præterea. c. Cum beatus. d. 45. & c. Esto. d. 95. Et seruate Paulinum præceptum ad Rom. 12. Honore inuicem præuenientes. Nam qui alios honorat, se ipsum honorat.

Cato.

*Saluta libenter.*

3 Virtus apud Romanos pro dea colebatur, cuius templum ita con-  
iunctum erat cum æde honoris, vt in hanc non nisi per illud pateret  
aditus. Quo commento significare volebant, veram, vnicamq; parandi  
honoris viam esse virtutem. Honos enim virtutis præmium est, vt post  
Aristotelem tradit Cicero. 1. lib. de orato.

4 Rogatus Socrates, quo pacto quis posset honestam assequi famam?  
Si talis, inquit, esse studeas, qualis haberi velis.

5 Psalm. 31. Rectos decet collaudatio.

6 Aristoteles lib. 3. rhetori. Neq; solum laudis causa rectum sequi, cõ-  
uenit: sed si laus consequitur, duplicatur recti appetendi voluntas.

7 Honos alit artes. Virtus laudata crescit.

Iuuenalis Satyra. 1. *Probitas laudatur, & alget.*

Ouidius de Ponto.

8 *Laudataque virtus crescit, & immensum gloria calcas habet.*

9 Diuus Gregorius. 6. lib. epist. 109. Sicut ignis, aura flante, fit gradior,  
ita bonæ mentis studia commendatione proficiunt.

10 Martialis. *Sint Mæcenates, non deerunt Flace Marones.*

11 Alexander, præcipitari in Hydaspem amnem Aristobolũ, iussit, quod  
falsas ipsius laudes scripserat, & vna cum eo librum demergi. Fulgo-  
sius lib. 8. cap. 15.

Cato.

12 *Nemo nisi vanus falso letatur honore.*

13 Gregorius magnus cuidam, ipsum extollenti, respondisse fertur:  
Deũ deprecare frater, vt his, quæ de me prædicas dignus efficiar: sicuti  
& tu dignus est, cuius opinio improbari non debeat: sed plerunq; eue-  
nit, vt ea, quæ de aliis, quos amamus, in mediũ proferimus, maiora vero  
sint. Itaq; quanuis ista commendatione tua longe inferiorem me esse,  
agnoscã, caritati tamen tuæ gratias ago. Sabe. lib. 10. c. 1.

Cato.

14 *Cam quis te laudat, iudex tuus esse memento.*

15 Pytho Atheniensibus, ob res feliciter gestas ipsum admirãtib; Diis,  
inquit, habẽda est gratia, vt auctõrib; Nam ego nihil aliud, quam ma-  
nus meas commodãui, euentus autem rei ex Deo fuit. Erasmi in apoph.  
& Plutarch. in politicis.

16 Antisthenes cuidam dicenti, Pleriq; te laudant. At quid (inquit) mali  
feci? Significãs, quæ recta sunt, semper paucissimis placuisse. Erasmus in  
apoph.

17 Aristoteles, teste Laetio de vita, & moribus philoso. demirabatur  
rum illorum, qui virtutibus vacui, si de ipsis prædicentur, arident, &  
maxime gaudent: tum etiam eorum, de quibus vel maleuoli, vel in-  
uidi vitia mentiuntur, & inde perturbantur.

Agelilaus

- 18 Agesiſlaus cum a Thafijs ſe vitium adhuc in deorum numerum relatum audiuiſſet, reſponſiſſe fertur: Thafij ſi poteſtatem faciendi deos habent, cur non potius ſeipſos, quam me, in deos conſecrant? Alex. ab Alex. lib. 6. c. 4.
- 19 Pylii cum decreto ſtatuiffent Theopompo ſummos honores, ipſe reſpuit: mediocres honores tempus augere, dicēs, immodicos vero abolere. Plutarch. in Lacon.
- 20 A piſcatoribus, in Mileſia regione verriculum trahentibus, quidam iactum emerat: extracta deinde magni ponderis aurea menſa, orta cōtrouerſia eſt: illis piſcium ſe capturam vendidiſſe affirmantibus, hoc fortunæ ductus emiſſe dicente: qua contentione propter nouitatem rei, & magnitudinem pecuniæ ad vniuerſum ciuitatis populum delata, placuit, Apollinem Delphicum conſuli, cui nam adiudicari menſa deberet? Apollo cecidit, illi eſſe dandam, qui ſapientia cæteros præſtaret: Tunc illi communi conſenſu Thaleti menſam dederunt: qui eam ceſſit Bianti: Bias Pittacoiſ protinus alij: deincepſq; per omnium ſeptem ſapientium orbem vltimo ad Solonem peruenit: qui & titulum ampliffimæ ſapientiæ, & præmium ad ipſum Apollinem tranſtulit. Valerius Maxi. lib. 4. c. 1.
- 21 Agesiſlaus iterum, quum nationes, quæ id temporis Græciam incolebant, decreuiſſent, in clariffimis quibuſcunq; ciuitatibus honoris cauſa eius ſtatuas erigi, reſcripſit illis hūc in modum: Mei nulla ſit imago neque picta, neque ficta, neque vilo alio artificio parata. Plutarch. in apoph. Lacon.
- 22 Marcus Cato ſenior, conſpiciens, multorum erigi ſtatuas: Malim, inquit, vt de me querant homines, quam obrem Catoni non ſit poſita ſtatua, quam quare ſit poſita? Plutarch. in Roma. apoph. & Plinius de viris illuſt.
- 23 Tiberius Cæſar, cum multa reſtituiſſet in vrbe ædificia, quæ corruerāt, eis nomina reddidit eorum, a quibus prius ædificata fuerant. Dion.
- 24 Quintus Fabius cum in æde Salutis, quam Caius Iunius Bubulcus dedicauerat, parietes pinxiſſet, nomen hiſ ſuum inſcripſit. Valerius Max. lib. 8. c. 15.
- 25 Alexander edicto vetuit, ne ab alio, quam Apelle, depingeretur, ne a quoquam ſculperetur niſi a Lyſippo, artificibus illius ætatis præſtantiffimis.
- 26 Cato.
- Nec te collaudes, nec te culpaneris ipſe.*
- 27 Quum genethlioci Chaldæi Agrippinæ matri Neronis reſpōdiſſent, imperaturum quidem filium, ſed occiſurum matrem. Occidat, inquit, modo imperet. Et habuit, quod optauit.
- 28 Paulus Samofatenus epiſcopus Antiochenus hæreſiarcha circa annum

num a Christi natiuitate. 262. psalmos, qui in Christi honorem Antiochie canebantur, sustulit: & alios de se ipso ambitionis causa in suis ecclesijs a mulierculis cantari iussit: & se tanquam angelum coli precepit. Iste omnium Christianorum sacerdotum primus proluxa famulorum caterua ante, retroque comitatus pompose incedebat, & talem vsu inter Christi sacerdotes introduxit. Ex theatro vitæ humanæ lib. 1. sub titulo. Hæretici, & Gundisaluo de Illescas. lib. 1. hist. pontif. c. 28.

29 Patauij mos est, (vt & in reliqua Italia) eorum nomina, qui publice scientiam aliquam profitentur, & eruditione excellunt, parietibus ciuitatis publice inscribere. Profitebatur quidam notus homo dialecticæ. Is cum mirum in modum sibi placeret, expectabat quoq; discipulorum suorum, quos per paucos habebat, encomia in parietibus depicta. Verum cum illi nihil scriberent, nocte quadam solus arrepta scala, & pyxide atramento referta, per urbem discurret, suumque nomen authenticæ per compita describit. Accurrunt vigiles, furem arbitrantur, in carcerem coniciunt. Quod nisi misero illi pyxis cum penicillo innocentiæ fidem fecisset, scala profecto exitium peperisset. Noua hæc res mirifice omnium animos delectauit, ita quidem vt etiamnum hodie ambiciosa hæc scala pro uerbo circumferatur, vulgique fabula existat.

30 Cato dolenter dicere solebat. Omnia virtutum præmia ambitio possidet.

## Summaria. c. 7.

- 1 **A**D quatuor veluti capita omnes, que de aliqua re moueri possunt questiones, reducuntur: & quo ordine tractandæ sint.
- 2 Diffinitio cognationis spiritualis.
- 3 Due solæ sunt spiritualis cognitionis species, paternitas, & compaternitas. Ratio vtriusque speciei cognationis. nu. 5. & 7. Confraternitas sublata censetur per concilium Tridentinum. n. 3.
- 4 Inter quot, & quas personas spiritualis cognatio contrahitur. n. 4. 6. & 8.
- 8 Qui baptizat, vel confirmat, vnus solus debet esse. Patrini duo ad summum possunt esse vel in baptismo, vel confirmatione.
- 9 Episcopus non potest dispensare, vt plures duobus sint susceptores, aut patrini. Episcopus non potest dispensare super faciendo aliqua contra canones concilij vniuersalis, cum duplici limitatione. Episcopus non potest concedere, ut duo siue viri, siue mulieres loco viri, & mulieris sint patrini.
- 10 An plures simul possint vnam baptizare.
- 11 Parentes legales non contrahunt spirituales cognationem. n. 11. & 12.
- 12 Spirituales filij possunt cum adoptiuis contrahere. Aui baptizati non contrahunt spirituales cognationem. nu. 11. & 14.
- 13 Analogum, per se sumptum, st. t. pro famosiori significato.

num a Christi natiuitate. 262. psalmos, qui in Christi honorem Antiochie canebantur, sustulit: & alios de se ipso ambitionis causa in suis ecclesijs a mulierculis cantari iussit: & se tanquam angelum coli precepit. Iste omnium Christianorum sacerdotum primus proluxa famulorum caterua ante, retroque comitatus pompose incedebat, & talem vsu inter Christi sacerdotes introduxit. Ex theatro vitæ humanæ lib. 1. sub titulo. Hæretici, & Gundisaluo de Illescas. lib. 1. hist. pontif. c. 28.

29 Patauij mos est, (vt & in reliqua Italia) eorum nomina, qui publice scientiam aliquam profitentur, & eruditione excellunt, parietibus ciuitatis publice inscribere. Profitebatur quidam notus homo dialecticæ. Is cum mirum in modum sibi placeret, expectabat quoque discipulorum suorum, quos per paucos habebat, encomia in parietibus depicta. Verum cum illi nihil scriberent, nocte quadam solus arrepta scala, & pyxide atramento referta, per urbem discurret, suumque nomen authenticæ per compita describit. Accurrunt vigiles, furem arbitrantur, in carcerem coniciunt. Quod nisi misero illi pyxis cum penicillo innocentiæ fidem fecisset, scala profecto exitium peperisset. Noua hæc res mirifice omnium animos delectauit, ita quidem vt etiamnum hodie ambiciosa hæc scala pro uerbo circumferatur, vulgique fabula existat.

30 Cato dolenter dicere solebat. Omnia virtutum præmia ambitio possidet.

## Summaria. c. 7.


- 1 **A**D quatuor veluti capita omnes, que de aliqua re moueri possunt questiones, reducuntur: & quo ordine tractandæ sint.
- 2 Diffinitio cognationis spiritualis.
- 3 Due solæ sunt spiritualis cognitionis species, paternitas, & compaternitas. Ratio vtriusque speciei cognationis. nu. 5. & 7. Confraternitas sublata censetur per concilium Tridentinum. n. 3.
- 4 Inter quot, & quas personas spiritualis cognatio contrahitur. n. 4. 6. 8.
- 8 Qui baptizat, vel confirmat, vnus solus debet esse. Patrini duo ad summum possunt esse vel in baptismo, vel confirmatione.
- 9 Episcopus non potest dispensare, vt plures duobus sint susceptores, aut patrini. Episcopus non potest dispensare super faciendo aliqua contra canones concilij vniuersalis, cum duplici limitatione. Episcopus non potest concedere, ut duo siue viri, siue mulieres loco viri, & mulieris sint patrini.
- 10 An plures simul possint vnam baptizare.
- 11 Parentes legales non contrahunt spirituales cognationem. n. 11. & 12.
- 12 Spirituales filij possunt cum adoptiuis contrahere. Aui baptizati non contrahunt spirituales cognationem. nu. 11. & 14.
- 13 Analogum, per se sumptum, st. t. pro famosiori significato.

- 14 *Spiritualis cognatio non habet gradus.*
- 15 *Spiritualis cognatio non contrahitur inter baptizantem, & confirmantem, neque inter hos, & paternos: neque inter paternos adinuicem: neque eam transmittit vna in aliam personam: non maritus in uxorem, non pater in filios, nec baptizatus in suos fratres.*
- 16 *Abrogata sunt multa iura antiqua in materia matrimoniali per concilium Tridentinum.*
- 17 *Cognatio spiritualis, quæ ex catechismo oritur, non est per decretum concilii Tridentini sublata.*  
*A iure antiquo non est recedendum, nisi quo ad excepta in nono.*  
*Lex non corrigitur, nisi exprimat.*
- 18 *An spiritualis cognatio ex catechismo censeatur post concilium Tridentinum ad easdem personas restricta, ad quas ea arctata est, quæ ex baptismo, confirmatione ve nascitur?*
- 19 *Quoties duo, vt mensura, & mensuratum se habent, lex corrigens, vel limitans vnum, censeatur alterum etiam limitare.*
- 20 *Catechismus, baptismus, & confirmatio parificantur quantum ad cognationem spiritualem.*  
*Dispositum in vno ex equiparatis censeatur dispositum in reliquis.*  
*Idem Acti, quod Titij.*  
*Æquitas paribus in causis paria iura desiderat.*
- 21 *Sublato, vel limitato principali, accessorium censeatur similiter limitatum.*
- 22 *Quando duo se habent consequenter, vno sublato, alterum intelligitur sublatum.*
- 23 *Plus semper in se continet, quod est minus.*  
*Cui, licet, quod est plus, licet utique, quod est minus.*
- 24 *Sublato, vel limitato consequenti, in quo stat ratio antecedentis, aufertur, limitaturue antecedens.*
- 25 *Ita se habet catechismus ad baptismum, sicut sponsalia ad matrimonium.*  
*De matrimonio ad sponsalia procedit argumentum.*
- 26 *Quando ecclesia sumouet aliquem gradum prohibitum, non instaurat illorum matrimonium, qui in illo contra ecclesie prohibitionem contraxerant: tamen si possint absque dispensatione in facie ecclesie denuo contrahere.*  
*Quando actus quispiam fuit nullus propter aliquam causam, non reconualefcit propter cessationem cause.*  
*Cessante prohibitione, cessat effectus impedimenti.*  
*Si modo prohiberetur vnus gradus, qui nunc est concessus, illi, qui sunt in illo gradu matrimonialiter coniuncti, non essent separandi.*
- 27 *Leges præterita non respiciunt, sed prospiciunt futura: & specialiter constitutiones matrimoniorum.*  
*Absque consensu viri, & vxoris legitimum matrimonium iniri non potest.*



## Caput septimum.

### Quid, & quotuplex sit spiritualis cognatio.

1  D quatuor, veluti capita, omnes, quæ de aliqua re moueri possunt quæstiones, reducuntur, auctore Aristotele. 2. post. li. tex. 1. Nimirum ad quæstionem, An est? Quid est? Qualis est? & Propter quid est? Inter quas, vt docet Boethius in principio prædicabiliũ, talis est ordo, vt quæstio, An sit? omnium existat prima: quæstio, Quid sit? duas alias præcedat: Qualis sit? tertio loco veniat inquirenda: & Propter quid? ultimo. Nam primum, quod de re inquitimus, est, An sit? mox, Quid sit? deinde, Qualis sit? ultimo, Propter quid?

2 Egimus hæctenus de pertinentibus ad quæstionem, An sit? deinceps agendum erit de spectantibus ad quæstiones, Quid, & Quilibet sit res, de qua tractandum est? Cognatio spiritualis est attinentia, siue propinquitas duarum personarum, iure ecclesiastico proueniens ex eo, quod quis confert sacramentum baptismi, vel confirmationis, aut suscipit illum, cui tale sacramentum confertur. Ita sententiose diffiniunt cognationem spirituales iuris pontificij professores in rubr. de cognatione spirituali. theologi. in. 4. sen. li. d. 42. glossa in. c. 1. de cogna. spiri. li. 6.

Pro perfecta huius finitionis intelligētia, per quam bene declarata tota spiritualis cognationis natura innotescet, operæpretium erit explicare, quotuplex sit spiritualis cognatio, inter quas personas, per quas sacramenta, & qualiter contrahatur, ac demum eius effectus. Quibus explanatis, hic tractatus suis numeris absoluetur.

3 A concilij Tridentini tempore duæ solæ sunt spiritualis cognationis specis, paternitas, videlicet, & cōpaternitas.

Antea

Antea vero erat etiam confraternitas. de qua. 30. quæst. 3. per totam & in. c. 1. & c. Ex literis. de cognatione spirituali. quæ sublata censetur per. c. secundū de reformatione matris. sess. 24. concil. Trid. cuius verba infra referam.

4 Paternitas contrahitur inter baptizantem, vel confirmantem ex vna parte, & baptizatum, vel confirmatum ex altera. Præterea inter baptizatum, vel confirmatum, & qui ipsum in baptismo tenet, vel in confirmatione suscipit, qui vulgo patrini appellantur. de qua in. c. De eo. & c. Nosse. 30. q. 1. & c. Siquis cum matre. 33. q. 2. & cap. 1. de cogn. spirit. lib. 6.

5 Ratio huius speciei cognationis est: quia sicut in generatione carnali aliquis nascitur ex matre, & patre, ita in generatione spirituali aliquis nascitur filius Dei, tanquā patris, & ecclesiæ, sicuti matris, quæ in suo gremio eum suscipit. Quemadmodum autem ille, qui sacramentum confert, gerit personam Dei, cuius instrumentum, & minister est, ita ille, qui baptizatum suscipit de sacro fonte, aut confirmandum tenet, gerit personam ecclesiæ, quæ eum ad fouendum, & educandum, & instruendum suscipit. Quamobrem ab utroq, videlicet, baptizante, & tenente paternitas spiritualis respectu baptizati, vel confirmati contrahitur.

6 Compaternitas autem contrahitur inter parentes carnales baptizati, vel confirmati ex vna parte, & baptizantem, vel confirmantem ex altera. Deinde inter parentes carnales baptizati, vel confirmati, & eius paternos, tenentes in baptismo, vel suscipientes in confirmatione, de qua in. c. Super eo. & in. c. Veniens de cognatione spirituali.

7 Ratio huius speciei cognationis est: quia cum baptizans & susceptor sint patres spirituales baptizati, vel confirmati, & qui eum genuerunt, sint patres carnales: fit, vt inter se sint compadres, id est, simul patres eiusdem filij diuersis rationibus.

8 Ex prædictis deducitur, quinque, vel sex esse personas, quæ ex baptismo spiritualem cognationem contrahere possunt,

& totidem, quæ ex confirmatione. Nempe pater, & mater, genitores immediati baptizati, vel confirmati: baptizans, vel confirmans, qui vnus solus in alterutro sacramento debet esse iuxta formam vtriusque sacramenti, Ego te baptizo, &c. & Signo te signo crucis, &c. ex concilio Florentino in decreto super vnione Iacobinorum, & Armeniorum. Baptizatus, vel confirmatus: tenentes in baptismo, vel suscipientes in confirmatione, qui in alterutro sacramento duo ad summum possunt esse. c. 2. de reformat. mat. sess. 24. concil. Trident.

9 Et quanuis Angelus. v. Matrimonium. 3. impedimento. 7. nu. 19. & Tabiena. v. Impedimentum. 5. nu. 2. & Rosella. v. Impedimentum. 6. nu. 7. tenuerint, episcopum posse dispensare, vt in baptismo, vel confirmatione sint plures susceptores: ( quorum opinio ante concilium Tridentinum vera fuit: quia per contrariam consuetudinem derogatum erat capitulo Non plures. de conse. d. 4. vt deprehenditur ex. c. fi. de cognatione spirit. li. 6. ) verum tamen stante decreto concilij Trident. dicens est oppositum. Episcopo enim dispensare non licet super faciendo aliquid contra canones concilij vniuersalis. 25. q. 1. c. Contra statuta patrum. Nisi vel dispensatio expresse fuerit ei permessa. c. Dilectus. de tem. ord. vbi gl. & Innocent. vel iam per contrariam consuetudinem fuisset canoni derogatum, secundum eosdem, & Syluestrum. v. Dispensatio. nu. 3. & 14. quibus concordat Rebuffus in praxi benef. p. 2. tit. de dispensatione ad plura beneficia. nu. 26. & sequentibus.

Ex quibus deducitur, episcopum non posse contra concilij Tridentini decretum, infra transcribendum, concedere, vt duo vel viri, vel mulieres loco viri, & mulieris sint susceptores, aut patrini in baptismo, neq; in confirmatione. Atque ita fuit ab illustrissimis cardinalibus sacri concilij Tridentini interpretibus declaratum.

10 Vtrum vero plures simul possint vnum baptizare, singuli diuisim proferentes verba formalia, effundentesque aquam super baptizandum? disputant Diuus Thomas in

3.p.q.67.arti.4.& Dominicus a Soto in.4.sen. lib.d.4.q. vnica. artic.4.

11 Dubitari etiam posset, An parentes legales contrahant compaternitatem cum baptizante, confirmanteue filium suum adoptiuum, vel cum eius patrinis? Præterea, An per patrem, & matrem baptizati, confirmatiue, intelligantur etiam aui, & proau eius, aliiquem maiores, qui nomine patris, matrisque comprehenduntur? de quibus Alexand. ab Alex. li. 1. dierum genia. c. 15.

12 Et vtrique quæstioni respondeo negatiue. Priori, quia spirituales filij poterant etiam de iure antiquo cum adoptiuis contrahere. c. Verum. de cogn. lega. glossa communiter recepta. 30. q. 3. in principio quæstionis. §. Quod autem. Innocentius, & Abbas in rubr. de cogn. spirituali. Angel. v. Matrimonium. 3. impedimento. 7. nu. 17. Tabiena. v. Impedimentum. 5. nu. 2. Gabriel in supplemento. 4. sen. li. d. 42. q. 1. ar. 1. in. 3. specie cognationis spiritualis. Supplementum Pisanelle verbo, Cognatio spiritualis. Rosella. v. Impedimentum. 6. n. 3. & 7. glossa Raimundi. tractat. 7. c. 18. Si igitur per fratres in contrahenda spirituali cognatione non intelliguntur legales: neque per parentes intelligendi sunt legales.

13 Corroboratur argumento ex. c. 1. 30. q. 1. & ex. c. Illud. 30. q. 3. Et vltimo confirmatur, quia analogum per se sumptum, stat pro famosiori significato, vt dicitant logici.

14 Posteriori autem quæstioni respondi etiam negatiue: quia spiritualis cognatio non habet gradus. Non enim habemus auos, nec nepotes spirituales, vt docent glossa finalis in. c. 1. de cognatione spirituali lib. 6. & Innocentius communiter receptus in rub. de cogn. spirituali. Quorum sententia confirmatur argumento ex. c. 1. 30. q. 1. & ex. c. Illud. 30. q. 3. atq; ex decreto, & bulla infra transcribendis.

15 Cognatio igitur spiritualis ad alias, præter personas declaratas non extenditur. Non enim contrahitur inter baptizantem, & confirmantem, neque inter hos, & paternos, neque inter paternos adinuicem: neq; eam transmittit vna

in aliam personam, non maritus in propriam uxorem, neque conuerso: non pater in filios carnales, nec baptizatus, aut confirmatus in suos fratres, aut sorores, prout ex decreto concilij Tridentini, & ex bulla Pij. 5. edita pro eius declaratione, mox scribendis clarissime deprehendetur.

## Cap. 2. de reformatione matrimonij concilij Tridentini sessio. 24.

**D**Ocet experientia<sup>a</sup>, propter multitudinem prohibitionum multoties in calibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia: in quibus vel non sine magno peccato perseueratur, vel ea non sine magno scādalo dirimuntur. Volens itaque sancta synodus huic incommodo provide-  
re, & a cognationis spiritualis impedimēto incipiens, statuit, vt vnus tantum siue vir, siue mulier iuxta sacrorum canonum instituta, vel ad summum vnus, & vna baptizatum de baptismo suscipiant: inter quos, ac baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem, nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizati que patrem, ac matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur. Parochus, ante quam ad baptismū cōferendū accedat, diligēter ab iis, ad quos spectabit, sciscitetur, quem, vel quos elegerint, vt baptizatum de sacro fonte suscipiant, & eū, vel eos tantū ad illū suscipiendum admittat, & in libro eorum nomina describat, doceatque eos, quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excusari valeant. Quod si alij vltra designatos baptizatum tetigerint, cognationē spiritualem nullo pacto contrahant, constitutionibus in contrarium facientibus non obstantibus. Si parochi culpa, vel negligētia secus factum fuerit, arbitrio ordinarij puniatur. Ea quoque cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem, & matrem, ac tenentem nō egrediatur: omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis.

Bulla sanctissimi Domini nostri Pij  
quinti super declaratione præscripti decreti.

**C**VM illius vicem, &c. Sane licet ex eo, quod in cō-  
cilio Tridentino decretum fuerit, cognationem spi-  
ritualem inter eos tantum contrahi, qui suscipiunt bap-  
tizatum de baptismo, ac baptizatum ipsum, & illius patrē,  
& matrem, nec non baptizantem, & baptizatum, bap-  
tizatiq; patrem, & matrem, in reliquis personis, quæ per anti-  
quos canones occasione cognationis huiusmodi contra-  
here prohibebantur, omne impedimentum sublatum esse  
videatur: adhuc tamen ab aliquibus dubitari accepimus,  
An saltem impedimentum cognationis spiritualis huius-  
modi inter maritum, vel vxorem suscipientis, & patrem,  
ac matrem baptizati vigeat? Propterea quod prohibitum  
de vno coniuge, de altero etiam prohibitum esse videatur.  
Nos piarum mentium quieti, & matrimoniorum fauori  
(quanto ex alto nobis permittitur) consulere volentes, a  
præcis verbis concilij minime discedendum in præmissis  
esse censuimus. Et propterea nullum amplius impedimen-  
tum ratione cognationis huiusmodi subesse decernimus,  
& declaramus, quominus inter dictos maritum, vel vxorē  
suscipientis, & baptizatum, baptizatiq; patrem, & matrē,  
& quascunque alias personas tam ex parte suscipientis,  
quam baptizatis, & baptizati in dicto concilio nominatim  
non expressas, matrimoniū libere, & licite cōtrahi possit.

16 Per hæc noua iura censentur abrogata multa antiqua,  
quæ habentur. 30. quæst. 3. & 4. & cap. 1. & 3. & 4. & 7. &  
fin. extra de cognatione spiritua.

17 Verū enim cognatio spiritualis, quæ ex catechismo ori-  
tur, de qua infra. c. 10. agemus, non est per decretum Tri-  
dentini concilij sublata. Concilium enim Tridentinum  
de ea tantum spirituali cognatione loquitur, quæ ex Bap-  
tismo confirmatione ve innascitur: haud tamen de ea, quæ  
ex catechismo. A iure autem antiquo non est recedendū,  
nisi

nisi quo ad excepta in nouo. l. Præcipimus in fine. C. de appellation. Et lex non corrigitur, nisi expresse dicatur authent. Quibus mod. natu. effi. sui. §. Ergo sancendum prope finem. Quamobrè Doctor Nauarrus in manuali. c. 22. n. 72. sentit, cognationem, ex catechismo ortam, adhuc permanere. Idem videor sensisse doctissimum Didacum a Couarr. in epit. de spons. 2. p. c. 6. §. 4. n. 11, in vltima suorum operum impressione Cæsaragustana.

18 Dubitari autem posset, An spiritualis cognatio, ex catechismo nascens, censeatur post concilium Tridentinum ad tot personas restricta, ad quot ea artata est, quæ ex baptismo, vel confirmatione oritur? Ratio vero dubitandi est, quia concilium Tridentinum in. c. 2. de reformatione matri. sess. 24. non loquitur expresse nisi de ea, quæ ex baptismo, confirmationeue proficiscitur.

Cui dubio Doctor Nauarrus in manuali. c. 22. nu. 72: respondet affirmanter. Primo, quia glossa in. c. Non debet. de confa. & affin. quam Abbas ibi, & doctores amplectuntur, in casu simillimo affirmate etiam respondet.

Secundo propter doctrinam Dominici in. c. 1. de temp. ordin. li. 6. quam ibi recipit Perusinus, videlicet, Quoties duo, vt mensura, & mensuratum se habent, lex corrigens, vel limitans vnum, censeatur alterum etiam limitare, si eadem sit vtriusque ratio. Sed cognatio ex catechismo orta, & ea, quæ ex baptismo, confirmationeue nascitur, vt mensura, & mensuratum se habent: igitur.

Idem, quod doctor Nauarrus, sensit Couarru. in epito. de spons. p. 2. c. 6. §. 4. in fine. in vltima suorum operum impressione Cæsaragustana. Hæc doctoris Nauarri, & Didaci a Couarruias responsio potest tertio corroborari argumento ex. c. Miramur. de seruis non ordi. cuius decisio simillima est eorum responsioni.

Quarto in eius confirmationem faciunt multa, a Panor. tradita in. c. Non debet. de conf. & affin.

Quinto. In. c. Si quis ex vno coniugio. 30. q. 4. & c. In catechismo. de conse. d. 4. catechismus, baptismus, & confirmatio

- 20 firmatio parificatur quātū ad cōtrahēdā spiritualē cognationē: igitur dispositū in vno cēsetur dispositū in reliquis. l. Si socer a genere. & ibi glo. ff. solut. matri. & l. Pōponius scribit, si negotiū, & ibi glossa, & doctores. ff. de negotiis gestis. l. De quibus, & ibi Angelus. ff. de legib<sup>o</sup>. l. Si de eo. §. fin. & ibi glossa, Castren. & doctores. ff. de acqui. posses. l. i. §. Veteres, & ibi glossa eodem titulo. Vnde vulgo de rebus, nihil inter se distātibus, dici solet, Idem Acij, quod Titij, vt refert Aulus Gellius lib. 3. noctium atti. cap. 16. Atque Cicero in topi. & post eum ibi clarius Boethius inquit: Æquitas paribus in causis paria iura desiderat.
- 21 Sexto. Sublato, vel limitato principali, accessorium cēsetur similiter limitatum. c. Accessorium. de reg. iur. lib. 6. l. Cum principalis. ff. de reg. iur. l. Labeo. ff. quemadmodum serui. amit. l. Sicui. ff. de fund. instru. Sed cognatio ex catechismo, & ea, quæ ex baptismo nascitur, vt principale, & accessorium se habent: igitur.
- 22 Septimo. Quando duo ita se habent, vt vnum veniat consequenter ad alterum, vno mutato, seu sublato, etiam alterum intelligitur mutatum, seu sublatum, prout Abbas in. c. Non debet. de cons. & affin. colligit ex c. Miramur. de seruis non ordin. & ex glossa. c. Non debet citati. Sed cognationes ex catechismo, & baptismo consequenter se habent: igitur.
- 23 Octauo. Plus semper in se continet, quod est minus. c. Plus semper. de reg. iuris. lib. 6. cum similibus. Sed maior, & fortior cognatio, propinquitasq; nascitur ex baptismo, confirmatione ve, quam ex solo catechismo: igitur hæc, postquam illa restricta est, non extenditur ad plures personas, quam illa. Confirmatur: quia ex opposito sequeretur, matrimonium licite contrahi posse inter fratrem, & sororem spirituales ex baptismo, & illicite inter eosdem ex catechismo, cōtra regulam iuris, Cui licet, quod est plus, licet vt; q; quod est minus. c. Cui licet. de reg. iuris. lib. 6. & l. Non debet, cui plus licet, quod minus est, non licere. ff. de reg. iuris.



- 24 Nono. Sublato, vel limitato consequenti, in quo stat ratio antecedentis, aufertur, limitaturve antecedens. l. 2. §. Mutui datio, & ibi glossa. ff. Si certum petatur. l. Apud antiquos, & ibi Cinus, & Albericus. C. de furtis. c. fin. & c. Et si Christus. de iure iurā. c. Solitæ, & ibi Cardin. & Imola. de maiorit. & obed. c. Tuæ, & ibi Præpositus, de spon. l. 1. & ibi glossa, & Ioan. de platea. nu. 3. C. de dela. lib. 10. sed cognatio ex baptismo consequitur eam, quæ ex catechismo, & huius radix, & ratio in baptismo cõstitit: igitur.
- 25 Decimo. Ita se habet catechismus ad baptismum, sicut sponsalia ad matrimonium, vt infra. c. 10. explicabimus: Igitur quemadmodum de matrimonio ad sponsalia procedit argumentum. l. Oratio. ff. de spons. ita de cognatione ex baptismo ad eam, quæ ex catechismo nascitur.
- 26 Illud præterea aduertendum est, & maxime notandum, nempe, quando ecclesia submouet aliquem gradum prohibitum, non instaurare neque integrare illorum matrimonium, qui in illo gradu antea contra ecclesiæ prohibitionē cõtraxerant. Quoniã quãdo actus quispiã fuit nullus propter aliquam causam, non reconualescit propter cessationem causæ. §. 1. instit. de exhære libero. iuncta. l. Papinianus in prin. ff. de inoffici. test. & §. Præterea instit. Quibus non est permissum facere testam. & §. 1. instit. de inutilib. instip. & c. 1. de despons. impube. & l. Filiã. ff. de Senato. & l. Generali. §. fin. ff. de ritu nupti. & l. Eius, qui ff. de testam. Quamobrem illi, qui in quibusdam gradibus prohibitis, postea per concilium Tridentinum sublatis, ante concilium cõtraxerant, tanquam illegitime coniuncti, debent denuo in facie ecclesiæ contrahere. Quod quidem poterunt absque aliqua dispensatione facere, quãdoquidē impedimẽta illa per cõci. Trid. decreta sess. 24. sunt omnino sublata, & cessante prohibitione, cessat effectus impedimenti. c. Non debet de conf. & affin. vbi videnda est glossa in v. De cætero. & doctores. Hæc doctrina est. D. Thom. in. 4. sen. lib. d. 40. quæst. vnica. ar. 4. ad. 6. & in addit. 3. p. q. 54. ar. 4. ad. 6. vbi dicit: Si modo prohiberetur

vnus gradus, qui nunc est concessus, illi, qui sunt in illo gradu matrimonialiter coniuncti, non essent separandi. Et similiter si aliquis gradus concederetur, qui nunc est prohibitus, illa coniunctio non efficeretur matrimonialis ex statuto ecclesiæ ratione primi contractus, quia possent separari, si vellent: sed tamen possunt denuo contrahere. Hæc. D. Thomas, quem sequitur Dominicus Soto in. 4. sen. lib. d. 40. quæstione vnica. ar. fin. Ita etiam Baldus in. l. Et si contra. n. 2. C. de nup.

27 Doctrina prædicta confirmatur primum: quia leges præterita non respiciunt, sed prospiciunt futura c. 2. & fin. de conlit. & in eisdem glossæ, & doctores. Et speciatim constitutiones matrimonij non trahuntur ad præterita matrimonia. c. De incestis. 35. q. 3. c. Ante triënum. d. 31. auth. de nupt. circa principium in. §. Duo igitur, glossa communiter recepta, & ibi Abb. Panor. in. cap. Non debet. de cons. & affin. Cum igitur consensus antiqui matrimonij, stante ecclesiæ prohibitione, fuerit nullus, nouus consensus, sublata eadem prohibitione, legitime explicitus requiritur: absque quo consensu matrimonium iniri non potest. c. Veniens. de eo, qui duxit in mari. & l. Si manente. ff. de præcario. & l. Et si contra mandata. in summano. C. de nup. Videte etiam de hac re. c. 19. huius tractatus.

Iterum eadem doctrina confirmatur ex declaratione Pij. 5. publicata anno a Christi natiuitate b. 1566. cui<sup>9</sup> verba subscribã. Sãctissimus in Christo pater, & D. N. dominus Pius, diuina prouidẽtia papa quintus, ad cuius notitiã peruenit, quod cum in decretis facti concilij Tridentini certæ tantum personę enumerentur, inter quas dumtaxat cognatio spiritalis deinceps contrahatur, ab aliquibus reuocatur in dubium, An qui vltra personas indictis decretis enumeratas, quo quo modo cognatione spiritali ante confirmationem dicti concilij coniuncti erant, absq; dispensatione apostolica matrimonium post dictam cõfirmationem contrahere potuerint, ac hodie, & de cætero contrahere possint, cum ante prædictam confirmationem

id facere de iure minime liceret? Sãctitas sua ad tollẽdum omne dubium, eos, qui ante confirmationem prædicti concilij cognationem spirituales contraxerunt, (dummodo non sint ex personis in dictis decretis enumeratis, & inter quos tantum concilium voluit deinceps contrahi hanc cognationem spirituales) matrimonij vinculo inter se absq; dispensatione aliqua libere, & licite copulari posse, ac matrimonia, etiam post confirmationem huiusmodi absque dispensatione sedis apostolicę inter eas iam contracta, valere, plenamque roboris firmitatem obtinere, declaravit, &c.

## Ad cap. 7. Annotationes, siue ab eo digressiones.

### CXXII. DE EXPERIENTIA A.

Ecclesiastici. 34. Qui non est tentatus, quid scit? Vir in multis expertus, cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectum. Qui non est expertus, pauca recognoscit. Multa vidi errando, &c. Horum verborum explicacionem legitote apud Iansenium.

Expertum hominem faciunt primum longa vita. Nam,

*Discipulus est prioris posterior dies.*

Et tempus omnium sapientissimum appellavit Thales. Secundum aduersę fortunę tolerantia. Quoniam multa docuit fames. Et

Virg. 1. Georg. *Labot omnia vincit*

*Improbis, & duris vicens in rebus egestas.*

Et Mimus.

*Hominem experiri multa, paupertas iubet.*

Tertium. Per diuersas regiones peregrinatio. Quanquam non est cuiuslibet Corinthum appellere.

Quartum. Afsidua historiarũ lectio. Quod qui historias non legerit, semper erit infans, auctore Cicerone

Quintum. Frequens cum sapientibus, & senibus conuersatio. Ac demum magna, & ardua tractare negotia.

Experto crede, & expertos consule. Nam feliciter sapit, qui periculo alieno sapit.

*Felix, quem faciunt aliena damna peritum.*

Terentius

Terentius in Eunucho.

*Omnia prius experiri consilio, quam armis sapientem, docet.*  
Manilius.

*Per varios vsus artem experientia fecit,  
Exemplo monstrante viam.*

Quintilianus lib. 3. c. 8. Facillime ad consentiendum hominos ducuntur experimentis.

### CXXIII. DE CHRISTI NATIVITATE. B.

- 1 Die Dominica Christus seruator noster de sancta Maria virgine natus est, vt ex Vincentio in speculo historiarum diuus Antoninus. 1. p. histori. titulo. 5. c. 1. in principio commemorat.
- 2 Sibyllæ omnes de Christi natiuitate vaticinatæ sunt. Earumque vaticinia inuenietis apud Canisium de Maria Deipara virgine lib. 1. c. 7. & Cassanæum in catalogo gloriæ mundi. p. 12. consider. 10. & Sixtum Senesem in bibliothecæ sanctæ lib. 2. ver. Sibylla. qui ex antiquis illa repetunt.
- 3 Martinus Polonus lib. 4. Chronici scribit, Romæ auream statuam a Romulo positam in palatio fuisse cum hac inscriptione : Non cadet, donec virgo pariat: cecidisse autem, vt primum virgo Maria Christum peperit.
- 4 Petrus Damianus in epist. 4. c. 13. ait: Intra Romana mœnia celeberrima fama vulgatur, quod Romulus, qui conditor vrbis fuit, cum palatium, cuius parietes, licet semirutæ, ex magna adhuc parte cernuntur, ædificasset, in hanc vocem quasi de firmamento operis eruperit: Certum est, quia si virgo pepererit, domus ista non corruet. Idque vaticinium rei probauit euentus: nam nocte corruit palatium, qua saluator ex virginali aluo processit. Hæc ille.
- 5 Olim Romanorum monarchia vix inchoata templum Pacis Romæ fuit constructum, quod quidem Romani perpetuum existimabant. Nam cum ipsi post templi ædificationem, oraculum Apollinis Delphicum consulere, quantumne esset templum duraturum? Apollo, respondi: quousque virgo pareret. Quod quidem Romani impossibile omnino iudicantes, ianuis templi insculpi fecerunt: Templum Pacis æternum. Ceterum nocte Dominicæ natiuitatis templum funditus corruisse memorie prodiderunt Petrus Comestor in scholast. hist. & D. Antoninus. 1. p. hist. titulo. 4. c. 6. §. 10.
- 6 Quum Romani Octavianum Augustum secundum imperatorem, adhuc viuentem, inter deos referre voluissent, ipse mortalem se agnoscens, non consentit. Cumque populus super eo nimis importunus eide fuisset, quandam pythonissam aduocauit, scire per eius oracula desideras

si alius maior ipso esset nasciturus. Die igitur medio Dominicę natiuitatis circulum aureum, qui virginem pulcherrimam, quę infantem lactabat, fulgentissime circundabat, supra suum palatium in cęlo suspexit: vocemque audiuit dicentem, Hęc est ara cęli. Atq; pythonissa, infantem indicās, Augusto dixit: Infans ille longe te maior est, ipsum adora. In cuius perpetuam rei memoriam postea sub illo cęli loco ædes Franciscanorum constructa fuit, quę vulgo dicitur, sancta Maria de Ara cęli. Hęc ex Innocentio. 3. refert Diuus Antoninus. 1. p. histo. titulo. 4. c. 6. §. 10. in principio. Eodę etiam die, auctore nostro Paulo Oroño, idem Augustus edicto vetuit, ne quisquam hominum deinceps dominus vocaretur.

- 7 Tempore Constantini imperatoris, & Helenę matris eius repertum fuit Constantinopoli quoddam sepulcrum, (vt refert. D. Thomas. 2. 2. q. 2. ar. 7. ad. 3.) in quo iacebat homo, laminā aureā in pectore habēs, in qua scriptum erat, Christus nascetur ex virgine, & credo in eum. O Sol Helenę, & Constantini temporibus iterum me videbis.

In Platonis sepulcro inuenta fuit similiter lamina super pectus eius aurea, in qua insculptum erat, Credo in Christum nasciturum de virgine, passurum pro humano genere, & tertio die resurrecturum. Ex Casfanzo in catalogo glorię mundi. p. 12. confid. 20.

- 8 Apud Gallos in ciuitate Cornotensi ante Christi aduentū fuit templum ædificatum in honorem virginis pariturę, vt Cassianus eo loci testificatur. Vbi etiam refert, Heduę, (quę ciuitas quoque Gallię est) sepulcrum fuisse repertum antiquissimum, in quo vna cum aliis erat Christi imago nati in præsepio inter bouem, & asinum: & ad Christi pedes homo sculptus genibus flexis, & manibus iunctis, cui circumscriptio erat. Credo in Iesum inter animalia ex virgine nasciturum.

- 9 Toleti sub quodam saxo repertus fuit liber vetustissimus Hebraice, Gręce, & Latine conscriptus, in quo inter alia scriptum erat, Christus filius Dei nascetur de Maria virgine, & pro salute hominum patietur. Cassianus in catalogo glorię mundi. p. 12. confid. 20.

- 10 Inter miranda beatę Margaritę, (cui cognomen est a Castello, Italię vrbe, vbi nata, atque sepulta fuit) illud memoratur, quod cum frequentissime Dominicanam natiuitatem animo contempleretur, & post mortem intestina ab eius corpore extraherentur, quo eadauer aromatibus condiretur, vbi cor eius ab ea, qua pendeat, intestinorum parte abscissum fuit, vnio quzdam insigni & magnitudine, & pulchritudine inde erupit: in qua Dominicę natiuitatis imago insculpta erat, eademque virgo genibus flexis ibidem ante Dominicum præsepe collocata. Quę quidem vnio ad hunc vsque diem in sacrario ædum sancti Dominici, (cuius illa tertium ordinem professa erat) seruetur, vt frater Ludouicus Granatenis in conci. 3. natalis Domini. §. 3. testificatur.

## Summaria. c. 8.

- 1 **D**iverse doctorum sententiæ de questione, An non baptizatus spiritualem cog-  
nationem contrahere valeat?
- 2 Ex catechismo contrahitur spiritualis cognatio.
- 3 Bigamia est sacris ordinibus suscipiendis impedimentum. n. 3. c. 19.
- 4 Non baptizatus spiritualem cognationem contrahere nequit.
- 5 Vbi fundamentum non est, super edificari non potest.
- 6 Cognatio spiritualis fundatur in baptismo.
- 7 Cognatio spiritualis fundatur in aliqua ecclesiastica unitate.
- 8 Cognatio carnalis fundatur in carnali copula.
- 9 Prima unio ecclesiastica fit per baptismum.
- 10 Baptismus ianua sacramentorum.
- 11 Per baptismum efficitur homo membrum ecclesiæ.
- 12 Baptismus est regenerationis sacramentum.
- 13 A generatione carnali ad spiritualem deducitur argumentum.
- 14 Vinculum cognationis spiritualis iure solo pontificio est introductum.
- 15 Non baptizati non subduntur ecclesiæ legibus.
- 16 Infideles in gradibus solo iure pontificio prohibitis licite possunt contrahere: qui  
ad fidem postea conuersi, in tali matrimonio, ante baptismum contracto, per-  
manere debent.
- 17 Qui inter se cognationem contrahunt spiritualement, necessario debent esse baptizati.
- 18 Quidquid impedit matrimonium in vno coniuge, impedit in altero.
- 19 Paternitas, & compaternitas sunt mutua cognationes, reale[s]q[ue] relationes.
- 20 Relatio realis requirit duo extrema, quæ correlatiua dicuntur.
- 21 Ex vno ad alterum correlatiuum destructiue, vel constructiue valet argumentum.
- 22 Cognatio spiritualis, quæ defectu baptismi non fuit contracta, post baptismum non  
reuiuiscit.
- 23 Quod a principio nullum fuit, conualescere nequit.
- 24 Vbi est eadem ratio, idem ius esse debet.
- 25 Hæreticus, vel apostata a fide bene possunt contrahere spiritualement cognationem.
- 26 Hæreticus, & apostata a fide licet amittant fidem, retinent baptismi characterem,  
& legibus, & iurisdictioni ecclesiæ subduntur.
- 27 Non solum per fidem, sed etiam per fidei sacramentum, quod est baptismus, perti-  
net quis ad ecclesiam.
- 28 Explicantur verba Pauli. 2. ad Timot. 2. In magna domo non solum sunt vasa au-  
rea, & argentea, sed etiam lignea, & fictilia.
- 29 Cognatio spiritualis ex catechismo est imperfecta.
- 30 In generatione carnali præcedunt dispositiones, & subsequitur generatio: atque ita  
etiam in spirituali generatione, quæ fit per baptismum.
- 31 Catechismus est dispositio ad baptismum.
- 32 Spiritualis cognatio ex catechismo impedit, sed non dirimit matrimonium.

- 20 Quandoque non procedit argumentum de spirituali matrimonio ad carnale.  
An bigamia sit sacramento ordinis impedimentum iure diuino, vel pontificio?
- 21 An bigamia tollatur per baptismum?
- 22 Ratio propter quam bigamia post baptismum durat.  
Cum bigamo raro dispensatur a papa.
- 23 Infideles, ad fidem conuersi, si velint initiari, debent carere defectibus, qui de iure canonico sacris ordinibus sunt impedimenta.

## Caput Octauum.

Non baptizatus spirituales cognationem  
contrahere non potest.



**R**ABITA in præcedenti capitulo cognationis spiritualis finitione, qualitates, & conditiones eorum, qui inter se spirituales cognationem contrahunt, inuestigandæ sunt. Quæ quidem inquisitio ad tertiam Aristotelis quæstionem reducitur: Qualis videlicet sit res, de qua tractandum est. In hoc autem capitulo disputabimus, An inter non baptizatos cognatio spiritualis contrahi possit? In sequentibus vero de nonnullis aliis requisitis differemus.

**I** Glossa Rainerij in summa sub titulo de cognatione spirit. q. 5. tenet, cognationem spirituales contrahi posse inter non baptizatos.

Glossa. c. In baptisate. de cons. d. 4. ait, Baptizans, quando non baptizatus, contrahit spirituales cognationem: susceptor vero non baptizatus nõ ita. Sequuntur Angelus. v. Matrimonium. 3. impedimento. 7. n. 10. & Rosella. ver. Impedimentum. 6. n. 26.

Guilhelmus de monte laud. in suo sacramentali docet ex diametro contra prædictam glossam: Baptizans, inquit, non baptizatus, non contrahit spirituales cognationem: secus autem susceptor, etiam si baptizatus nõ sit. Sequuntur Florētinus. 3. p. theo. titulo. 1. c. 15. §. 3. & supplementum Pisanellæ. v. Impedimentum. 6. §. penultimo.

Glossa in. c. 1. 30. q. 1. affirmat, quod si baptizatus baptizet filium Iudæi, vel gentilis, contrahit cum baptizati parentibus

rentibus cognationem spiritualem. Sequuntur Angelus, & Rosella locis citatis.

Paludanus in. 4. sen. lib. d. 42. q. 1. art. 1. conclusione. 3. in fine autumat, catechumenum, si baptizet, vel in baptismo teneat, contrahere cognationem spiritualem: secus alios non baptizatos.

Communis tamen opinio est, non baptizatum cognationem spiritualem nequaquam contrahere posse. D. Tho. in. 4. sen. lib. d. 42. q. 1. ar. 3. quæstion. 1. ad. 3. cuius sententia refertur in addit. ad. 3. p. q. 56, ar. 3. Ricardus in. 4. sent. lib. d. 42. ar. 1. q. 3. Duran. eadem. d. q. 1. ar. 2. in fine Gabri. eadem. d. q. 1. ar. 3. dub. 2. Tabiena. v. Impedimentum. 5. n. 1. Domi. a Soto in. 4. sen. lib. d. 42. q. 1. ar. 3. doctor Nauarrus in manu. c. 22. n. 36. Ioan. Andre. in. c. Ex eo. de reg. iur. lib. 6. vbi quæstionem disputat.

3 Contra quorum opinionem primum argumentum est. Ex catechismo contrahitur spiritualis cognatio. c. Per catechismum. de cogn. spirit. lib. 6. & c. Contracto, extra eodem titulo. verum enim qui catechizatur, nondum est baptizatus: igitur non baptizatus cognationem spirituaalem contrahere potest.

3 Secundum. Bigamia, quæ est sacris ordinibus suscipiendis impedimentum iuxta Paulum, 1. ad Timoth. 3. & toto titulo de biga. contrahitur a non baptizato. c. Deinde. & c. Accutius, d. 26. igitur & cognatio spiritualis ab eodem contrahi potest. Argumentum procedit per locum de matrimonio spirituali ad carnale.

4 Quibus non obstantibus, pro resolutione quæstionis sit prima conclusio. Non baptizatus spirituaalem cognationem contrahere nequit, etiam si baptizet, vel in baptismo teneat, vel pater sit baptizati.

5 Confirmatur primo: quia vbi fundamentum non est, super ædificari non potest. c. Veniēs. de presb. non bapt. sed cognatio spiritualis fundatur in baptismo (ratione enim baptismi, vel confirmationis, contrahitur, vt. c. 10. ostendimus): igitur non baptizatis nequaquam competere potest.

T iij Secundo



- 6 Secundo. Cognatio spiritualis fundatur in aliqua ecclesiastica vnione, sicuti carnalis in carnali copula: sed prima vnio ecclesiastica fit per baptismum: tum quia est ianua omnium sacramentorū. c. Veniēs de presb. non bapt. & c. Per catechismū. de cognatione spirituali. libr. 6. tum etiā quia per baptismū efficitur homo pars, & membrum ecclesie, & ad eam pertinet cap. Gaudemus. de diuort. igitur.
- 7 Tertio. Quia sicut vinculum, quod ex carnis propagatione contrahitur, competit homini per generationem: ita vinculum, quod contrahitur ex sacramentorum susceptione, competit ei per baptismum, qui est regenerationis sacramentum iuxta Christi verba apud Ioannem. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, & cætera. & conc. Florētini in decreto super vnione Iacob. & Armeniorū.
- 8 Quarto. A generatione carnali ad spiritualem deducitur efficaciter argumentum, quia coequantur. c. Debitum. de bapt. & c. 1. & 2. & c. Post susceptam. 30. q. 3. & 1. Post mortem. §. fin. ff. de adoptio. igitur quemadmodū qui nondum carnaliter natus est, nemini potest aut pater, aut cognatus esse, ita qui nondum baptisate regeneratus est, pater, aut compater spiritualis esse nequit.
- 9 Quinto. Vinculū cognationis spiritualis iure solo pōtificio introductū est: igitur nō potest ligare eos, qui ecclesie legibus, & iurisdictioni non subduntur, quales sunt nō baptizati. c. Gaudem<sup>9</sup>. de diuort. Et cōfirmatur illis Pauli verbis. 1. Cori. 5. Quid mihi de his, qui foris sunt iudicare? Et ad Romanos. 14. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum?
- 10 Sexto. Vincula consanguinitatis, & affinitatis in gradibus, iure solo pontificio prohibitis, non ligant non baptizatos: nam in illis possunt licite, & valide contrahere. c. si. qui filij sint legitimi. Vnde postmodum ad fidem conuersi in tali matrimonio, ante baptismum contracto, permanere debent. c. Gaudemus. & c. fin. de diuort. & c. De infidelibus. de cons. & affin. & c. 7. conc. Aureli. 3. Igitur similiter dicendum est, de vinculo spiritualis cognationis quæ, vt solo iure pontificio introducta, non ligat non baptizatos.

## Secunda conclusio.

11 Qui inter se cognationem contrahunt spiritualem, necessario debet esse baptizati. Itaque si baptizetur filius ethnici cuiuscunque, inter baptizantem, vel tenentem ex vna parte, & baptizati parentes ex altera non contrahitur spiritualis compaternitas. Similiter si baptizans, vel tenens in necessitatis euentu sint non baptizati, non contrahunt cum baptizato, vel eius parentibus, paternitatem, aut compaternitatem spiritualement, neque eduerso.

12 Probatur primum ex doctrina. D. Thom. in. 4. sen. lib. d. 29. q. 1. ar. 3. quaest. 2. vbi dicit: Quidquid impedit matrimonium in vno coniuge, impedit & in altero: quia matrimonium claudicare non potest. Sequitur Sylues. v. Matrimonium. 6. n. 1. Sed non baptizatus cognationis spiritualis impedimentum contrahere nequit, vt prima conclusione demonstrauius: igitur neque baptizatus respectu eius.

13 Iterum, Paternitas, & compaternitas sunt mutuae cognationes, realesque relationes. sed realis relatio requirit duo extrema, actu inuicem correspondentia, quae correlatiua dicuntur, ex quorum altero ad alterum vel affirmando, vel negando, valet argumentum iuxta Arist. doctrinam in praedicamento ad aliquid textu. 5. Vnde posito vno correlatiuo, ponitur & alterum, vt notat glossa in Clem. vnica. ver. Aeternaliter. de sum. trinit. & fid. catho. Et remotio- nem vnus consequitur remotio alterius. l. fin. ff. de accepti- la. & l. fin. C. de indicta vidui. tollend. igitur.

## Tertia conclusio.

14 Cognatio spiritualis, quae de effectu baptismi non fuit contracta, post baptismum non reuiuiscit.

15 Probatur quoniam illud quod a principio nullum fuit, conualescere nequit. Non firmatur. de reg. iuris. l. 6. & l. 1. Quod ab initio, & l. penul. ff. eodem. Quamobrem parentes infideles alicuius baptizati, si postmodum ad fidem con-

uerſi, baptizentur, poterunt matrimonium cōtrahere cum patrino, vel matrina filij ſui, ante ſuam conuerſionem baptizati. Et idem dicendum eſt de baptizante, vel tenente non baptizatis. Quia ubi eſt eadem ratio, idem ius eſſe debet. l. Illud. ff. ad. l. Aquilā. & l. A Titio. ff. de verb obligat.

#### Q V A R T A C O N C L U S I O.

- 16 Hæreticus, vel apoſtata a fide poſſunt contrahere ſpiritua-  
 tualem cognationem ſecundum omnes doctores.
- 17 Ratio eſt: quia ſunt baptizati, & licet amittant fidem, re-  
 tinent tamen baptiſmi characterem concil. Florent. in de-  
 creto ſuper vnione Iacob. & Armeniorum. §. Hæc omnia  
 ſacramenta. & concil. Trid. ſeſſ. 7. can. 9. de ſacramentis in  
 communi. & ſeſſ. 23. c. 4. de materia ſacramenti ordinis. D.  
 Tho. 3. p. q. 63. ar. 5. ratione autem characteris pertinent  
 ad eccleſiam, cuiusque legibus, & iuriſdictioni ſubduntur.  
 Non enim ſolum per fidem, ſed etiam per fidei ſacramen-  
 tum, nempe baptiſinum, pertinet quis ad eccleſiam, vt in-  
 nuit Innocentius in. e. Veniens. de preſb. non bapti. Vnde  
 Paulus cum dixiſſet. 2. ad Timoth. 2. Hymenæum, & Phile-  
 tum a veritate excidiſſe, & ſubuertiſſe quorundam fidem,  
 ſubiunxit, In magna domo non ſolum eſſe vaſa aurea, & ar-  
 gentea, ſed etiam lignea, & fictilia: & quædã quidem in ho-  
 norem, alia vero in contumeliam. Quibus verbis, vt. D.  
 Aug. lib. 3. de baptiſ. c. fin. & lib. 4. c. 12. ait, eos etiam, qui  
 a fide aberrauerunt, in magna eccleſiæ domo eſſe ſignifi-  
 cat, non vt vaſa in honorem, ſed vt vaſa in contumeliam.  
 Hac enim de cauſa eccleſia in hæreticū potest ſuã iuriſdi-  
 ctionẽ etiã ſpiritualẽ exercere, illū excōicando, ſuſpēden-  
 do, priuando, deponēdo, de gradando, aliisq; pœnis puniē-  
 do. Qua de re legito in ſuper diſputationẽ noſtram. 18. n. 27.
- 18 Ad primum argumentum reſpondeo, illam, quæ ex ca-  
 techiſmo contrahitur ſpiritualis cognatio, non eſſe perfe-  
 ctam: ſi quidem ſolū modo impedit matrimonium. Quare  
 potius eſt quoddam vinculum debile, & veluti diſpoſitio  
 ad perfectam cognationem ex baptiſmo contrahendam.  
 Nanque ſicut in generatione carnali præcedunt diſpoſi-  
 tiones, & ſubſequitur generatio: ita & in ſpirituali antee-  
 dit

dit catechismus, qui est veluti vltima dispositio, & subsequitur baptismus, per quem fit spiritualis generatio. Quæ admodum igitur catechismus est quædã dispositio ad baptismum, sic ea, quæ ex baptismo contrahitur cognatio, est quædam dispositio ad perfectam, consummatamque spirituales cognationem, quæ ex baptismo contrahitur.

19 Secundo sic respondetur. Sicut ante baptismum contrahitur irregularitas bigamix, <sup>a</sup> quæ etiam post baptismum durat, impeditque sacrorum ordinum susceptionem, non tamen sacramentum irritat. c. Quicumque el. 2. d. 50. ita etiã ante baptismum ex catechismo cõtrahitur quædã spiritualis cognatio, quæ impedit, sed nõ dirimit matrimoniũ.

20 Item. Argumentum de spirituali matrimonio ad carnale non procedit, quotiescunque inter vtrunque diuersa ratio reperitur prout in proposito nostro. Bigamia enim secundum iuris pontificij professores, (licet Dominicus a Soto in. 4. sent. lib. d. 27. q. 3. ar. 1. & theologialiter, & rectius sentiant,) est impedimentũ ordinis iure diuino iuxta Paulũ. 1. ad Timoth. 3. & c. Super eo. de bigamis. cognatio vero spiritualis est impedimentũ matrimonij iure solo pontificio: vnde illud cõtrahitur a nõ baptizatis, nõ tamẽ hoc.

21 Præterea controuersia est inter theologos, An per baptismum bigamia tollatur? Cuius partem negatiuam defendunt. D. Aug. in. li. 6. de bono cõiugali. c. 18. eius verba referuntur in. c. Accutius. d. 26. D. Ambrosius lib. 1. de offi. e. vltimo: referuntur eius verba. c. penultimo. d. 26. sequuntur D. Tho. & alii scholarum doctores. in. 4. sen. d. 26.

Pro parte vero opposita. D. Hieronymus propugnat in epist. ad Oceanum, cuius verba referuntur. c. 1. d. 26. rursus idẽ Hieronymus super epist. 1. ad Timoth. c. 3. sequuntur Maior in. 4. sen. lib. d. 27. q. 7. & Almain. d. 25. quæst. 1.

22 Et quanuis. D. Augustini opinionem, quæ cõmunis est, amplectamur, nihilominus argumentum illud secundum non concludit. Quia ratio, propter quam ante baptismum contrahitur bigamia, quæ post baptismum susceptum a sacris arcet ordinibus, est: quia cum sacramentum  
matri-

matrimonij in noua lege indiuiduam coniunctionē Christi, & ecclesiæ significet, decentissimum fuit, vt qui ad sacros ordines promouerentur, si eandem integram significationem non haberent, quæ in singulari matrimonij unitate perficitur, ad eos non admitterentur. Cum igitur irregularitas bigamiæ consequatur significationis defectum, qui remanet post baptismum, non potest bigamus, qui perfectam sacramenti significationem non retinet, ad sacros ordines absque summi pontificis dispensatione, quæ raro in tali casu conceditur, promoueri. Non tamen ita res se habet in cognatione spiritali, quæ baptismum sequitur, in eoque fundatur, vt ostendimus supra.

- 23 Et licet lex pontificia non afficiat eius vinculo infideles, dum infideles sunt: tamen si ipsi ad catholicam fidem conuertantur, & velint sacris ordinibus insigniri, non sunt ad eos admittendi, si habuerint eos defectus, qui iure canonico impedimentum præstant, cuius rei exemplum est in corpore<sup>b</sup> vitiatis.

## Ad. c. 8. Annotationes.

### CXXIII. DE BIGAMIA. A.

- 1 Lamech fuit primus bigamus. Gene. 4.
- 2 Pausanias commemorat, Gorgophonem Persei filiam omnium primam, mortuo priore coniuge Oebalo, nupsisse, atque initium dedisse secundis nuptiis.
- 3 Irregularitas bigamiæ originem ducit a veteris testamenti legibus. Leuiti. c. 21. Sacerdos scortum, & vile prostibulum non ducet vxorem nec eam, quæ repudiata est a marito.
- 4 Apud ethnicos, auctore Aulo Gellio lib. noct. Attic. 19. c. 15. flamen, si vxorem amittebat, non poterat secundam accipere. Quod etiam refert Tertulianus lib. de exhortatione ad castitatem, & lib. 1. ad vxorem. & li. de monogamia, & lib. de præscriptionibus aduersus hæreticos. D. autē Hieronymus in epist. ad Gerontianam de monogamia ita scribit: Flamen vnus vxoris ad sacerdotium admittitur, flaminia quoque vnus mariti eligitur vxor. Ad tauri Ægyptij sacra semel maritus adsumitur. Hæc Hieronymus. Apud Magos quoque a sacerdotio bis nupti arcebantur,

vt ex Diodoro Siculo lib. 2. c. 3. repetit Alex. ab Alex. lib. 4. dierum Genial. cap. 17.

Bigamia ab apostolis in lege euangelica fuit instituta sacris ordinibus impedimentum. 1. ad Timoth. c. 3. Oporter enim, episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum. Idem & in canonibus apostolorum. c. 18. sancitum est.

## CXXV. DE CORPORE VITIATIS. B.

Irregularitas, ex corporis deformitate, aut mutilatione proueniens, a lege veteri ortum habet. Leuitici. c. 21. Apud Romanos quoque corpore deformes, aut mutili a sacerdotio arcebantur. Nam Dionysius Halicarnaseus. lib. 1. antiquit. Roman. laudat Romulum, quod sacerdotia non venalia, nec sorte diuidenda fecit: sed cuiuscunque curiæ binos creauit supra annum quinquagesimum natos, excellentes & genere, & virtute, neque tamen inopes, aut corpore vlla ex parte trunco. Et Plinius lib. 7. cap. 28. narrat, Sergium sacris remotum fuisse a collegis, vt mancum, & mutilum. Præterea virginem vestalem sacrari fas non erat, quæ aliqua corporis labe insignita esset, vt memoriæ prodidit Aulus Gellius lib. noct. Atti. 1. c. 12. & Fenestella de magistr. Rom. c. 7. Iuxta quam sancti ionem. D. Hieronymus parentes arguit, qui deformes filias virginitati consécrant, ita scribens ad Demetriadem virginem. Solent miseri parentes deformes, & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, virginitati tradere.

## Summaria. c. 9.

- 1 **P**atrini & baptizati, & confirmati esse debent.  
An si non confirmatus suscipiat aliquem in confirmatione, contrahat spiritua-  
lem cognationem?
- 2 **Q**uando procedit argumentum de vno ad alterum iure parilem.
- 3 **P**atrini debent memoriter tenere Symbolum, & orationem Dominicam.
- 4 **R**ecitare debent patrini coram paracho, antequam ad tenendum in baptismo, vel  
suscipiendum in confirmatione admittantur, Symbolum, & orationem Dominicam  
vulgari lingua.
- 5 **P**atrini tenentur spiritualem filium doctrina Christiana instruere.
- 6 **P**atrinus vnus, vel ad summum vnus, & vna esse debent.
- 7 **M**onachi prohibentur tenere in baptismo, vel suscipere filium in confirmatione: &  
similiter omnes religiosi, etiam canonici regulares.  
Canon de monachis loquens, fundatus super religione, extenditur ad omnes reli-  
giosos, etiam canonicos regulares.

vt ex Diodoro Siculo lib. 2. c. 3. repetit Alex. ab Alex. lib. 4. dierum Genial. cap. 17.

Bigamia ab apostolis in lege euangelica fuit instituta sacris ordinibus impedimentum. 1. ad Timoth. c. 3. Oporter enim, episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum. Idem & in canonibus apostolorum. c. 18. sancitum est.

## CXXV. DE CORPORE VITIATIS. B.

Irregularitas, ex corporis deformitate, aut mutilatione proueniens, a lege veteri ortum habet. Leuitici. c. 21. Apud Romanos quoque corpore deformes, aut mutili a sacerdotio arcebantur. Nam Dionysius Halicarnaseus. lib. 1. antiquit. Roman. laudat Romulum, quod sacerdotia non venalia, nec sorte diuidenda fecit: sed cuiuscunque curiæ binos creauit supra annum quinquagesimum natos, excellentes & genere, & virtute, neque tamen inopes, aut corpore vlla ex parte trunco. Et Plinius lib. 7. cap. 28. narrat, Sergium sacris remotum fuisse a collegis, vt mancum, & mutilum. Præterea virginem vestalem sacrari fas non erat, quæ aliqua corporis labe insignita esset, vt memoriæ prodidit Aulus Gellius lib. noct. Atti. 1. c. 12. & Fenestella de magistr. Rom. c. 7. Iuxta quam sancti ionem. D. Hieronymus parentes arguit, qui deformes filias virginitati consécrant, ita scribens ad Demetriadem virginem. Solent miseri parentes deformes, & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, virginitati tradere.

## Summaria. c. 9.

- 1 **P**atrini & baptizati, & confirmati esse debent.  
An si non confirmatus suscipiat aliquem in confirmatione, contrahat spiritua-  
lem cognationem?
- 2 **Q**uando procedit argumentum de vno ad alterum iure parilem.
- 3 **P**atrini debent memoriter tenere Symbolum, & orationem Dominicam.
- 4 **R**ecitare debent patrini coram parcho, antequam ad tenendum in baptismo, vel  
suscipiendum in confirmatione admittantur, Symbolum, & orationem Dominicam  
vulgari lingua.
- 5 **P**atrini tenentur spiritualem filium doctrina Christiana instruere.
- 6 **P**atrinus vnus, vel ad summum vnus, & vna esse debent.
- 7 **M**onachi prohibentur tenere in baptismo, vel suscipere filium in confirmatione: &  
similiter omnes religiosi, etiam canonici regulares.  
Canon de monachis loquens, fundatus super religione, extenditur ad omnes reli-  
giosos, etiam canonicos regulares.

- 8 *Maritus, & vxor, quanuis ex eo non contrahant ad inuicem spirituales cognationem, verum tamen prohibentur tenere simul in baptismo, vel suscipere in confirmatione propter decentiam, & causa vitandi scandalum pusillorum.*
- 9 *Vnus, & idem non est admittendus, vt teneat infantem in baptismo, suscipiatque eandem in confirmatione: & quare.*
- 10 *Mater patrini officio fungi non potest: & quomobrem. Officium patrinorum erga filiolum.*
- 11 *Quo modo sunt intelligende predictae patrinorum qualitates.*

## Caput. 9.

### De qualitatibus vltra baptismum requisitis in patrino, vel matrino.

I



**P**ATRINVS, & matrino, vt ad tenendum in baptismo, vel suscipiendum in confirmatione admittantur, non solum baptizati, sed etiam confirmati esse debent ex decreto concij. Maguntiaci, eius verba referunt Gratianus in c. In baptismo. de cons. d. 4. & Burchardus lib. 4. cap. 26. Verba sunt: In baptismo, vel chrismate non potest alium suscipere in filiolum ipse, qui non est baptizatus, vel confirmatus. Ex quibus dubium oritur, An si non confirmatus suscipiat aliquem in confirmatione, contrahat spirituales cognationem? Cuius partem negatiuam tenet Angelus. v. Confirmatio. nu. 11. vbi falso pro sua sententia citat. D. Thomam, & Plaudanum.

Pro Angeli opinione facit, quia non baptizatus, tenens in baptismo, & non confirmatus, suscipiens in confirmatione, videntur precipitato canone coæquari: vnde quemadmodum non baptizatus, tenens in baptismo, cognationem spirituales minime contrahit: ita neque ille, qui nondum est confirmatus, suscipiens aliquem in confirmatione.

Sed



Sed hoc argumento non obstante, oppositum defendit communis opinio videlicet Palud. in. 4. sen. lib. d. 42. q. 1. artic. 1. conclusione. 3. Syluest. v. Impedimentum. 8. nu. 7. Tabie. ver. Impedimentum. 5. nu. 1. Rosella. v. Impedimentum. n. 27. Domin. a Soto in. 4. sen. lib. d. 42. quæst. 1. ar. 3. Quorum ratio potissima est, quia per susceptionem in confirmatione contrahitur spiritualis cognatio, cuius baptizatus, quanuis confirmatus non sit, capax est.

Ad argumentum pro Angeli opinione propositum respondetur, æqualiter prohiberi in illo canone, non baptizatum tenere in baptismo, & non confirmatum suscipere in confirmatione: non tamen fieri parilitatem in contrahenda, vel non spirituali cognatione.

Præterea dico, non præcedere argumentum de vno ad alterum iure parile, quando inuenitur diuersa ratio in vtroq; vt ostendit Euerardus in loco de minori ad furiosum. n. 8. & in loco a minoribus ad ecclesiam. nu. 2. Quamobrem cum non baptizatus sit omnino incapax spiritualis cognationis, secus autem non confirmatus, nihil valet illud argumentum.

Sed vltius procedendo in qualitatibus patrini, vel matrinæ, patrinus debet memoria tenere symbolum, & orationem Dominicam ex decreto concii. Vuomarciens. 4. c. 1. cuius verba a Burchardo transcripta lib. 4. c. 28. sunt. Annuntient presbyteri, vt neq; viri, neque fœminæ de sacro fonte filios, vel filiolas suscipiant, nisi memoriter symbolum, & orationem Dominicam tenuerint.

Debent deinde symbolum, & orationem Dominicam recitare coram presbytero, antequam ad tenendum in baptismo, vel suscipiendum in confirmatione accedant, ex decreto concilij Parisiensis, quod refert Burchardus lib. 4. c. 27. sub his verbis. Nemo a sacro fonte aliquem suscipiat, nisi orationem Dominicam, & symbolum iuxta suam linguam, & intellectum teneat, & coram presbytero decantet: vt intelligant omnes pactum, quod cum Deo pepigerunt.

- 5 Ratio huius decreti est: quia patrinus, & matrina tenentur spiritualem filium doctrina Christiana instruere iuxta. D. Augustini doctrinam in serm. post pascha Domini, qui incipit, Hodiernus dies, cuius fragmentum supra. c. 6. retulimus. Cui congruit canon. 47. concil. Maguntiaci, celebrati anno a Christi natiuitate. 813. cuius verba sunt. *Præcipimus, ut vnusquisq; compater spirituales filios suos catholice instruat.*
- 6 Præterea ad tenendum in baptismo, vel suscipiendum in confirmatione vnus solus, siue vir, siue mulier est admittendus ex decreto Leonis Papæ, supra. c. 6. a nobis relato: vel ad summum vnus, & vna ex decreto concil. Trident. de reformat. matrim. c. 2. sess. 24.
- 7 Monachi prohibentur tenere in baptismo, aut suscipere filios in confirmatione. c. Non licet, & c. Monachi. de conf. d. 4. & c. Placuit cõmuni. 16. q. 1. Quæ quidem prohibitio extenditur ad omnes religiosos, etiam canonicos regulares per doctrinam Abbatis in. c. Ex parte. n. 1. de postulando: vbi ex illo textu notabiliter docet, canonem, qui de monachis loquitur, fundans se super religione, extendendum, atque ampliandũ fore ad omnes religiosos, etiam canonicos regulares. Dicta autem prohibitio super religione expresse fundatur in. c. Peruenit. el primero. 18. q. 2.
- 8 Maritus, & vxor prohibiti sunt tenere simul in baptismo, vel suscipere in confirmatione. Non quia contraherent inter sese spiritualem cognationem: sed propter decentiam, & causa vitandi scandalum pusillorum, vt notat Angelus. v. Matrimonium. 3. impedimento. 7. n. 9. Quare Urbanus. 2. Vitali episcopo Brixienti ita scripsit. *Quod autem vxor cum marito in baptismo simul non debeant suscipere puerum, nulla auctoritate reperitur prohibitum: sed vt puritas spiritualis compaternitatis ab omni labe, & infamia conseruetur immunis, dignum esse decernimus, vt vterque simul ad hoc aspirare minime præsumat. Refertur in. c. Quod autem vxor. 30. q. 4.*
- 9 Vnus, & idem non est admittendus, vt teneat infantem  
in

in baptismo, suscipiatque eundem in confirmatione, nisi cogente necessitate. c. In catechismo, de cons. d. 4. Cuius ratio desumi potest ex Augustini doctrina lib. 15, de ciuitate Dei. c. 16. & refertur. c. 1. 35. q. 1. In matrimonij enim impedimētis habita est ratio certissima caritatis, vt homines, quibus esset utilis, atq; honestissima concordia, diuersarum consuetudinum vinculis neēterētur, ne vnus in vno multas haberet necessitudines, sed singulæ spargerentur in singulos, ac sic ad socialem vitam colligēdam diligentius plurimæ plurimos obtinerent. Hactenus Augustinus.

10 Mutus patris officio fungi non potest: & ideo non est ad illud admittendus secundum Ioan. Andræam, & alios. Tenetur enim pater pro baptizando, dum catechizatur, respondere, fidem profiteri, mundo, diaboloq; abrenuntiare. c. Paruuli. 1. & 2. & c. Mater ecclesia. de consec. d. 4. & postea ipsum baptizatum fide instruere, vt supra diximus. Et ideo mutus ab officio suscipiendi in baptismo, vel confirmatione merito repellitur.

11 Omnes autem prædictæ qualitates, in patris requisitæ, ita sunt intelligendæ, vt absq; eis etiam spiritualem cognationem pater contrahat, dummodo sit baptizatus. Sunt enim de ecclesiæ statuto, sed non de absoluta ad contrahendam spiritualem cognationem necessitate, baptismo dumtaxat excepto, vt diximus.

## Ad. c. 9. Annotationes.

### CXXVI. DE LIBERORVM EDUCATIONE, ac institutione.

A.

1 Totam rei publicæ salutem, & felicitatem ex optima puerorum educatione, institutioneque pendere, adeo perspicuum est, vt vel cæco appareat. Quam ob rem nihil esse, in quo magis parentibus elaborandum sit, diuus ille Plato ter docuit. Præsertim quia ea vna

res est, quæ si, ut oporteat, hæc, virum instituentem exigit intergerimum. Tradam ergo pauca, quæ ex multis doctorum scriptis decerpsi, sed selectissima, quo saltem rem tam necessariam prætermisisse non videar.

2 Crates dicere solebat: Quorsum ruitis homines, qui omne in comparandis pecuniis vestrum studium collocatis, filiorum vero, quibus eas relinquitis, nullam sane curam habetis. Plutar. de liberis educ.

3 Antipater quum a Lacedæmonis obsides. 50. pueros nobiles peteret. Teocles ephorus, vir omnium constantissimus, respondit: se pueros quidem non daturum, ne paterna privati educatione malis moribus imbuerentur: sed senes, mulieresque duplo, si vellet, plures, &c. Ex theatro vitæ humanæ lib. 1. sub titulo. Educatio liberorum sub parentibus proba.

4 Phocylides.

*Dum tener est natus, generosos instrue mores.*

Virgilius lib. 3. Georgi.

*Iam vitulos horrare, viamque in sistere domandi.*

*Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.*

Ouidius lib. 1. de remedio amoris.

*Quæ præbet latas arbor spaciantibus umbras.*

*Quo posita est primum tempore virga fuit.*

*Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,*

*Nunc stat in immensum viribus aucta suis.*

Horatius lib. 1. epist. 2.

*Quo semel est imbuta, recens servabit odorem.*

*Testa diu.*

5 Plutarchus de liberis edican. Qui vero equi, a primis bene domiti an- nis, suis non obsequuntur senioribus? Qui autem indomiti peccant, non ceruice durissima, & animis feroces euaserunt? Item Sicut enim infantium membra, simul ac nati sunt, formari, componique debent, ut recta, minimeque obliqua fiant, ita puerorum mores principio apte, concinneque fingere conueniet. Illa namque nouella ætas ad fingendum facilis, & tenera est, & ipsorum animis, dum moles adhuc extant, disciplinæ melius instillantur. Difficilius autem quæ dura sunt, molliuntur. Quemadmodum enim sigilla molibus imprimuntur ceris, ita & doctrinæ, dum puerilis adhuc animus est, insculpuntur. Hactenus Plutarchus.

6 Aristippus haud infulse quendam mentis inopem patrem carpsit: cui, ab eo percontanti, quantam instruendi gratia filij mercedem postula- ret? Mille drachmas, respondit. Pater vero Heracle ait permagnum postu- latum. Seruum enim comparare mille drachmis possum. Duos inquit Aristippus habebis seruos, & filium, & quem mercaberis. Plutarch. lo- co citato.

7 Locuples quædam mulier, cum vnicum filium nimis indulgenter educasset, fur factus filius, & ad crucem ductus, vidit matrem: cum qua quum secretum petiisset colloquium, auriculam præbenti matri dentibus auulsit, atque in humum expuens, alta voce dixit: Sit hoc, ciues, pretium maternæ educationis. Pontanus libro. 9. de liberalitate.

8 Ad optimam puerorum institutionem tria debent concurrere, natura, disciplina, & exercitatio. Cæca enim res est sine disciplina natura, & absque disciplina natura manca, imperfecta autem, si ambabus his careat, exercitatio, omnium vero potissima, & minime prætermittenda. Ingentis certe felicitatis, & diuini fauoris erit, si cui singula hæc Deus contulerit.

9 *Natura facitabilem, ars vero facilem, vsuq; potentem.*

A puerorum natura in præsentem superfedens, de eorum institutione, & exercitatio nonnulla tradam.

10 Plutarchus de liber. educ. Maximum omnium, inquit, longeq; primarium dicturus accedo. Inquirendi filiis præceptores, quorum vita nullis obnoxia criminibus, irreprehensi mores, & optimū experimentū,

11 Indi, & Brachmanes edito infanti curatorem, & vitæ magistrum, custodemq; adhibebant, vt sub legibus, & magistratibus, bonis disciplinis formatus, salutaribus exemplis erudiretur. Alex. ab Alex. lib. 2. dierum genia. c. 25. & ante ipsum Strabo lib. 15.

12 Per se apud se educatos tam sanctis moribus imbuebant, vt illorum disciplinæ nihil addi posse videretur: si quidem per omnes ætatis gradus hæc illis rudimenta fuere, iusticiam colere, & æquum ab iniquo dinoscere: tum iaculari, equitare, arcu, & cursu contendere, & præcipue vera loqui. Cibus vero frugalis, & modestus, & aduersus famem, & sitim tantummodo paratus. &c. Xenophon in Pædia Cyri lib. 1. & 8. Herodotus libro. 1. Strabo lib. 15. Alexand. ab Alexand. lib. 2. dierum genia. capit. 25.

13 Fuit antiqui Romani moris, vt parentes bonis exemplis, artibusq; honestissimis liberos instituerent, plerunque apud patruos, ne nimia parentum indulgentia lasciuirent. Maximaque dabatur opera, ne quid perniciosum coram infante pater faceret, aut diceret: ne ve vir mali exempli in pueri conuictu esset. Tum vt socij magistrique, & comites pueris, probatissimi darentur, qui acuerent iuuentutem ad studia, & bonas artes. Nam prauis impulsoribus multos degenerasse compertum est. Quod etiam a Græcis summo studio seruatum alibi meminimus. Legito Alexandr. ab Alex. loco citato.

14 Quintilianus noster lib. 1. oratori. institu. c. 1. Homeri auctoritate suadet, dandum esse iunioribus præceptore, qui tam eloquentia, quam moribus sit præstantissimus, qui ad Phœnicis exemplum, (qui Achilli

magister fuit) & dicere, & facere doceat. Idem admonet Plutarchus de liberis educand.

15 Cato Censorius non alium quaesuit magistrum, sed seipsum filiis exhibuit praeceptorem. Plutarchus in vita ipsius.

16 Traianus meus (Italicæ enim, quæ vetus Hispalis dicitur, natus fuit) adolescentes ad quinque millia bonæ indolis, ex omni imperio selectos, publice ali, & parentis affectu paribus disciplinis erudiri curauit: atque ex præcepto Lycurgi ingenuis adolescentibus virum præesse voluit peritum, ac vigilantem ex his, qui summi eliguntur magistratus, quem prædonomum nuncupauit. Alexander ab Alexand. lib. 2. dierum genia. c. 25.

17 Plutarchus de liberis educan. Ante omnia opus est, vt patres, non solum nihil peccando, verum etiam honesta singula peragendo, manifestum sese filiis exemplar exhibeant, vt eorum vitam quasi quoddam speculum intuentes ab operum simul, & sermonum turpitudine se penitus vertant. Nam cum omnia adolescentes, quæ oculis excipiunt, simiarum instar imitentur, fit sane, vt quæcunque a parentibus fieri viderint, ad vnguem etiam facere nitantur, assuefactique, vt primo imbuti fuerant, perseuerent. Vnde vulgo dici solet: Mali corui malum ouum.

18 Esdræ libro. 4. c. 9. Qualis operator, talis & creatio: & qualis agricolæ & cultura.

Horatius lib. carminum. 4. Ode item. 4.

*Fortes creantur fortibus, & bonis.*

*Est in iuuenis, est in equis patrum*

*Virtus, neque imbellem feroces*

*Progenerant, aquilæ columbam.*

19 Quintilianus libr. 5. Similes parentibus, ac maioribus suis filij plerunque creduntur.

Diuus Ambrosius lib. 3. de virgi. loquens de Herodiade. Quid potuit filia de adultera matre discere, nisi damnum pudoris?

Ezechiel. 16. Sicut mater, ita & filia eius. Proverbiū est Hebræorum.

Ouidius.

*Vix fieri, si sint vires in semine motum,*

*Et Iouis, & Leda filia casta potest.*

Euripides in Andromache.

*Imitantur enim*

*Materna opprobria.*

Quidam

## Quidam poeta.

*Insequitur leuiter filia matris iter.*

- 21 Apud Athenienses lege cautum erat, vt filius, qui artem, aut alicuius industriz genus a patre non didicisset, minime in necessitate paren-  
tium iuuare cogerentur. Fulgofius lib. 1. c. 1.
- 22 Apud Lacedæmonios si puer, a præceptore castigatus ob commif-  
sum delictum, querelam ad patrem detulisset, turpe erat patri, si hoc  
audito, non iterum filium virgis erudisset. Plutarchus in apophtheg.  
Laonicis.
- 23 Hieronymus ad Gaudentium de educatione Pacatulæ infantulæ.  
Ægre reprehendes, quod finis consuefcere.
- 24 Plutarchus de liberis educandis. Quemadmodum medici amara  
quædam venena dulcibus immicentes succis, comitem vtilitatis amce-  
nitatem inuenerunt, ita & patres rigorem mansuetudine temperent,  
est necesse.
- 25 Agesilaus, Lacedæmoniorum rex, aliquando arundine pro equo vna  
cum filiis pueris lusit. Quem cum vidisset quidam ex aulicis sibi fami-  
liarissimus, monuit, ne id tantus rex iteraret. Cui Agesilaus, Habeo  
gratiam, inquit, sed ne cui referas, quod vidisti, prius quam ipse quoq;  
liberos habeas, precor. Plutarchus in Lacon. apoph. & Alianis lib. 12.  
de varia histor.
- 26 Socrates, quum forte eum Lamproclo filiolo pueriliter luderet, ab  
Alcibiade vehementer derisus est. At ipse, Non est, inquit, vt me paren-  
tem cum filiolo ludentem rideas, qui ignoras parentum in filios affe-  
ctum. Tacebis itaque, donec & ipse liberos genueris, & c. Ælianus lib.  
12. de varia hist.
- 27 Diogenes Cenicus, quum captus venderetur in Creta, præconi, ro-  
ganti, quid sciret, & quo titulo eum cõmendaret emptori? Dic, inquit,  
te vendere virum, qui scit liberis imperare. Xeniaes Corinthius, ad-  
miratus præconij nouitatem, Diogenem alloquens, ex eius sermone  
comperit esse sapientem: atq; eum mercatus, duxit domum, eique suos  
liberos erudiendos tradidit. Quos ille susceptos liberaliter instituit.  
Primum eos docuit liberales artes, mox equitare, arcum tendere, fun-  
dam rotare, iaculari, telum, & cetera huiusmodi. In laboribus eos exer-  
cebat quantum ad robur, bonamque corporis valetudinem cõduceret.  
Quin & ad venatum illos instruebat. Potam doctrinam illis redegit in  
compendium, quo & citius perciperent, & fidelius memoria comple-  
terentur. Eosdem instituit domi ministrare parentibus, cibo leui, vi-  
lique, & aquæ potu contentos esse, ac demum pati, & tacere. Laer-  
tius libro. 6.
- 28 Platonis est institutũ de legibus dialog. 7. vt iuuentus musica discipuli-  
nis inter primas artes instruat, vt gratiora studia honesta voluptate

lenirēt. Quod quidem ab Italis seruari animaduertimus. Apud quos etiam infantes prius latinam linguam & expedite legere, & recte proferre in scholis ediscunt, quā vernaculam: quos si nostrates imitaretur, fortassis non balbutirent aliquot, latine loquētes. Interest enim quam plurimū ateneris vnguiculis cuiuscunq; linguæ prolatione assuescere.

Cato.

29 *Si tibi sint nati, nec opes: tunc artibus illos  
Iustrue, quo possint inopem defendere vitam.*

30 *Ædes sunt Hispali, quæ orphanotrophium dici possunt, vbi pueri orphani sub cura, & doctrina orphanotrophi, & præceptorum Christianis moribus, & puerilibus disciplinis instituantur. Ibi in communi vitam degunt: piorum hominum elemosynis, & redditibus, quos conuentus annuatim habet, aluntur. Quum ad legitimam perueniunt ætatem iuxta cuiuscunq; ingenium, & naturam, vel artem, vel literas ediscunt. In orphanotrophio autem non recipiuntur nisi vere orphani, id est, carentes omnino paterno præsidio. Atque ita pueris orphanis, qui in vitia mille aliter prolaberentur, Hispali prouidetur. Faxit Deus, vt simile in aliis orbis terrarum frequentibus ciuitatibus instituat.*

31 *De collegio puerorum, quod clericorum seminarium appellatur, in conc. Trident. sess. 23. c. 18. de reformat. sancitum fuit, & c.*

32 *De infantium nutricibus annotauimus nonnulla in tractatu de parochorum obligatione tempore pestis annotatione. 20. quibus adde orationem, lectu dignissimam, Phauorini philosophi apud Aulum Gellium, lib. 12. c. 1.*

## Summaria. c. 10.

1 *Sicut se habet corporalis cognatio ad corporalem generationem, ita spiritualis ad spirituales.*

*Baptismus regenerationis sacramentum.*

2 *Per solam carnalem generationem contrahitur carnalis cognatio.*

3 *Sacramentalia, quæ præcedunt, susceperuntque baptismo, connumerantur.*

4 *Catechismus, baptismus, & confirmatio coequantur. n. 1. cum declaratione. n. 15.*

*Ex baptismo, & confirmatione contrahitur spiritualis cognatio, matrimonium etiam dirimens: ex catechismo quoddam vinculum, matrimonium duntaxat impediens.*

5 *Sicut in generatione carnali præcedunt dispositiones, & subsequitur generatio, quam consequitur natiuitas: ita etiam in spirituali,*

*Catechismus assimilatur sponsalicio.*

*Ex sponsalibus nascitur quoddam vinculum, impediens matrimonium contrahendum.*

7 *Ad extensam pro parochis, quando scribunt nomina patrinorum.*

Quando



lenirēt. Quod quidem ab Italis seruari animaduertimus. Apud quos etiam infantes prius latinam linguam & expedite legere, & recte proferre in scholis ediscunt, quā vernaculam: quos si nostrates imitaretur, fortassis non balbutirent aliquot, latine loquētes. Interest enim quam plurimū ateneris vnguiculis cuiuscunq; linguæ prolatione assuescere.

Cato.

29 *Si tibi sint nati, nec opes: tunc artibus illos  
Iustrue, quo possint inopem defendere vitam.*

30 *Ædes sunt Hispali, quæ orphanotrophium dici possunt, vbi pueri orphani sub cura, & doctrina orphanotrophi, & præceptorum Christianis moribus, & puerilibus disciplinis instituantur. Ibi in communi vitam degunt: piorum hominum elemosynis, & redditibus, quos conuentus annuatim habet, aluntur. Quum ad legitimam perueniunt ætatem iuxta cuiuscunq; ingenium, & naturam, vel artem, vel literas ediscunt. In orphanotrophio autem non recipiuntur nisi vere orphani, id est, carentes omnino paterno præsidio. Atque ita pueris orphanis, qui in vitia mille aliter prolaberentur, Hispali prouidetur. Faxit Deus, vt simile in aliis orbis terrarum frequentibus ciuitatibus instituat.*

31 *De collegio puerorum, quod clericorum seminarium appellatur, in conc. Triden. sess. 23. c. 18. de reformat. sancitum fuit, & c.*

32 *De infantium nutricibus annotauimus nonnulla in tractatu de parochorum obligatione tempore pestis annotatione. 20. quibus adde orationem, lectu dignissimam, Phauorini philosophi apud Aulum Gellium, lib. 12. c. 1.*

## Summaria. c. 10.

1 *Sicut se habet corporalis cognatio ad corporalem generationem, ita spiritualis ad spirituales.*

*Baptismus regenerationis sacramentum.*

2 *Per solam carnalem generationem contrahitur carnalis cognatio.*

3 *Sacramentalia, quæ præcedunt, susceperuntque baptismo, connumerantur.*

4 *Catechismus, baptismus, & confirmatio coequantur. n. 1. cum declaratione. n. 15.*

*Ex baptismo, & confirmatione contrahitur spiritualis cognatio, matrimonium etiam dirimens: ex catechismo quoddam vinculum, matrimonium duntaxat impediens.*

5 *Sicut in generatione carnali præcedunt dispositiones, & subsequitur generatio, quam consequitur natiuitas: ita etiam in spirituali,*

*Catechismus assimilatur sponsalicio.*

*Ex sponsalibus nascitur quoddam vinculum, impediens matrimonium contrahendum.*

7 *Ad extensam pro parochis, quando scribunt nomina patrinorum.*

Quando

- 8 Quando baptisimus, vel confirmatio habuerunt essentialem defectum, non contrahitur ex eis spiritualis cognatio: quia sunt reiteranda.
- De necessitate cuiuscunque sacramenti tria sunt, materia, & forma, & minister cum debita intentione.
- 9 duplex natiuitas, in utero, & extra: illa assimilatur baptismo, hæc confirmationi.
- 10 Ratio, propterquam ex catechismo, & non ex aliis sacramentalibus, contrahitur spiritualis cognatio, matrimonium impediens.
- 11 Pater carnalis tria dat filio, esse, nutrimentum, & instructionem. Et ideo ratione aliquorum horum trium dicitur aliquis alicuius pater spiritualis.
- 12 Explicantur verba Pauli. 1. Cori. 13. In Christo Iesu ego vos genui.
- 13 Elucidatur. c. Omnes. 30. q. 1.
- Magnum peccatum comittit sacerdos, qui mulierem, cuius confessionem audiuit, carnaliter cognoscit.
- 14 Declaratur. c. 1. 30. q. 1.
- 15 Exponitur. c. Siquis. 30. q. 1. & c. In catechismo. de conse. d. 4.

## Caput. 10.

## Per quot, &amp; quæ sacramenta spiritualis cognatio contrahatur.



**N** duobus præcedentibus capitulis qualitates patrinorum tradidimus: in præfenti declarabimus, per quot, & quæ sacramenta spiritualis cognatio contrahitur. Nam quanuis in finitione, supra. c. 7. tradita, per baptismum, confirmationemque id cognationis genus contrahi docuerimus, nihilominus in contrarium multa adduci possunt argumenta.

- 1 Primum. Sicut se habet carnalis cognatio ad corporalem generationem, ita spiritualis ad spirituales: sed per solam generationem carnalem contrahitur carnalis cognatio: igitur per solam spirituales generationem, quæ fit per baptismum, regenerationis sacramentum, contrahitur spiritualis cognatio.

Secundū. Inter sacramēta līa baptismi multa alīa prāter catechismum memorantur de cons. d. 4 per multos canones: igitur ex catechismo non magis contrahitur spiritualis cognatio, quam ex aliis.

Tertiū. Pater nomen cognationis est: sed per pœnitentiā, & doctrinā, & curā pastoralem, & multa huiusmodi aliquis dicitur alteri spiritualis pater: igitur ex multis aliis prāter baptismum, & confirmatiōē spiritualis cognatio contrahitur. Minor propositio confirmatur ex illis Pauli verbis. 1. Corin. 4. In Christo Iesu per euangeliū ego vos genui. & ex cap. Omnes. 30. q. 1. vbi Symmachus papa ait: Omnes, quos in pœnitētia suscipimus, ita nostri sunt spirituales filij, vt ipsi, quos nobis suscipiētibus vna sacri baptismatis regenerauit. Et idē affirmat Syluester papa eod. ca.

2 Quartū. Deus dedit papa Gordiano Hispalēti episcopo ita scripsit. Scitis, quia quomodo sunt. 7. dona sancti spiritus, ita sunt. 7. dona baptismi a primo pabulo sacrati salis, & ingressu sanctæ ecclesiæ vsq; ad confirmatiōē spiritus sancti per chrisina. Ab hoc primo spiritus sancti dono vsq; ad septimū nullus Chēianus suam cōmatrem in cōiugem recipere debet. Verba referūt Burch. li. 17. c. 44. & Gratia. 30. q. 1. c. 1. vbi gl. in ver. Septē dona baptismi, ea enumerās, ait. Videlicet. Primū salis collatio, de quo. c. Ex hinc. de cons. d. 4. Secundū auriū, & nariū linitio cum spuro. ead. d. c. Postea tāgatur. Tertiū est in pectore, & in frōte cruetis facta signatio. c. Postea signantur. ead. d. Quartū olei sancti vnctio. c. Deinde a sacerdote. d. citata. Quintū baptismi ablutio. ead. d. c. Venit. Sextū in vertice chrisimatis perunctio. c. Postquā ascendit. d. ead. Septimū est eiusdē chrisimatis in fronte per episcopū confirmatio. c. Presbyteri. d. citata. Per quodlibet igitur ex prædictis. 7. baptismi donis contrahitur spiritualis cognatio, etiā dirimens matrimonium, vt affirmauit Hugo glossator, testibus gl. in. c. 1. 30. q. 1. & Host. in sum. sub tit. de cog. spi. §. Qualiter cōtrahatur.

3 Quintū. In. c. Si quis ex vno cōiugio. 30. q. 4. & c. In catechismo, de cons. d. 4. catechismus, baptismus, & cōfirmatio

rio coæquatur quantum ad contrahendâ spiritualem cognationem: igitur ex prædictis tribus cõtrahitur spiritualis cognatio, matrimoniũ non solum impediens, sed etiã dirimens, prout affirmarunt nõnulli antiqui canonũ doctores, quos refert Hosti. in sum. sub tit. de cog. spir. §. citato.

4 Sed his non obstantibus, affirmandum est, in duobus solummodo sacramētis, videlicet baptismo, & cõfirmatione, contrahi spiritualem cognationem, matrimonium contrahendum impediens, dirimētemq;: in catechismo autem, qui baptismo solet præcedere, contrahi quoddam vinculum, quod matrimoniũ impedit, sed non dirimit. Hæc communis doctorum confessio expressè habetur. c. 1. & fina. de cog. spir. lib. 6. iunctis. c. Per catechismum. eodem tit. & lib. & c. Contracto. extra eodem titulo.

5 Quorum iurium subscriptã rationem reddunt theologi. Sicut in generatione carnali præcedũt dispositiones, & subsequitur generatio, quam tandem consequitur natiuitas: ita & in spirituali antecedũt catechismi, qui sunt præparamēta, & subsequitur baptisus, qui assimilatur generationi, qua scilicet homo in vtero ecclesiæ concipitur, quasi ab ipsa fouendus, ac demum consequitur cõfirmatio, quæ est velut natiuitas, per quam homo extra vterũ, quasi fide irrobortus, exponitur ad defendendam fidẽ. Ex quo infertur, per nullũ aliud sacramentũ cognationẽ spiritualem cõtrahi: quia aliorũ nullum cõferatur generatio: sed vel alimentatio, vt eucharistia, vel sanatio, vt pœnitentia, & c.

6 Ex catechismo autem nascitur quoddam vinculum non dirimens, sed impediens matrimonium. Quia in catechismo fit quædam professio, & præparatio futuri baptisus, sicut in sponsalibus quædam sponsio, & præparatio futurarum nuptiarum: vnde sicut in sponsalibus cõtrahitur quoddam vinculum, quod impedit contrahendum cum alia, sed non dirimit contractum. c. Præterea. & c. Ex literis. el. 2. & c. Requiriuit. & c. Sicut ex literis. & c. Si inter virum. de sponsa. ita ex catechismo.

7 Vnũ autem debent obseruare parochi, quãdo in ecclesia

catechizāt infantem, iam domi in mortis articulo baptizatum. Nam tunc non debent scribere in libro<sup>a</sup> baptismali, se baptizasse: sed solummodo catechizasse. Neq; scribere debent tanquam paternos in baptismo; tenentes infantem, dum catechizatur: sed tanquam paternos in catechizatione. Est enim longum, latumq; discrimen inter impedimentum, quod ex baptismo oritur, & illud, quod ex catechismo, vt supra declarauimus.

8 Præterea circa conclusionem nostram animaduertendum est, spirituales cognationem ex baptismo, confirmationeue minime contrahi, quando defectu formæ, aut materiæ, aut intentionis ministri alterutrum ex prædictis sacramentis esset reiterandū. Quia spiritualis cognatio fundatur in sacramento baptismi, vel confirmationis: & baptismus, vel confirmatio, quæ habet defectum essentialem, non sunt vera sacramenta. Quoniam de necessitate cuiuscunq; sacramenti tria sunt, forma, materia, & minister cum debita intentione conc. Florenz. in decreto super vnione Iacob: & Armeni. Legitote etiam Sghueltrum, v. Matrimonium. 8. q. 7.

9 Ad primum argumentum respondet. D. Thomas in. 4. sen. li. d. 42. q. 3. duplicem esse carnalem natiuitatem. Vna in vtero, secundum quam genitum a deo est debile, vbi non possit extra exponi sine periculo: & huic assimilatur regeneratio per baptismum, in quo regeneratur homo, quasi fouendus intra ecclesiæ vterum. Altera est natiuitas ex vtero, quando iam quod natum erat in vtero, roboratum est, & potest sine periculo exponi exterioribus periculis: & huic assimilatur confirmatio, per quam homo roboratus exponitur publice ad confessionem nominis Christi. Et ideo congrue per vtrunq; istorum sacramentorum contrahitur spiritualis cognatio.

10 Ad secundum respondet idem Thomas eo loci, in catechismo fieri quandam futuri baptismi professionem, sicut in sponsalibus fit quædam futurarum nuptiarum sponsio. Vnde sicut in sponsalibus cōtrahitur quoddam vinculum, siue

siue impedimentum, ita in catechismo, vt supra explicuimus. Talis autem professio fidei non fit in aliis baptismi sacramentalibus: & idcirco non concludit argumentum.

11 Ad minore: in tertij argumenti respondetur verbis ipsius Diui Thomæ eodem loco. Pater spiritualis dicitur instar patris carnalis: pater autem carnalis, vt philosophus docet in. 8. Ethicorum, tria dat<sup>b</sup> filio, esse, nutrimentum, & instructionem: atq; ideo ratione aliquorum horum trium dicitur aliquis alicuius pater spiritualis. Tamē ex eo, quod est spiritualis pater, non contrahit spiritualem cognationem, nisi cōueniat cum patre quantum ad generationem.

12 Ad verba Pauli respondet idem. D. Thomas loco citato, apostolum in fide per modum catechismi Corinthios instruxisse, vnde talis instructio habebat ordinem ad spiritualem generationem, ob eamq; causam apostolum dixisse, In Christo Iesu per euangelium ego vos genui.

13 Ad canones Symmachi, & Syluestri respōdet idem sanctus doctor, per sacramentum pœnitentiæ non contrahi spiritualem cognationem: quia sacramentum pœnitentiæ non confertur per modū generationis, sed sanationis: contrahi tamen quoddam fœdus spirituali cognationi simile: vt tātum peccet confessorius mulierem, sibi confitentem, carnaliter cognoscens, ac si esset sua spiritualis filia. Quod quidem bene colligitur ex. c. fin. 30. q. 1. Itaque in canonibus Syluestri, & Symmachi æquiparantur filiæ ex baptismo, & pœnitentia non quantum ad spiritualem cognationem contrahendam: sed quantum ad peccatum incestus, & sacrilegij cum eis commissum, vel committendum a sacerdote c.

14 Ad quartum responderur, sigillatim per septem illa baptismi dona nō cōtrahi cognationē spiritualem, matrimonium dirimentem: sed vel complexim per omnia simul, vel prout declarauimus in assertione nostra, quam iuribus illo canone posterioribus, & clarioribus confirmauimus.

15 Ad quintum responderur, parilitatem in canonibus illicitatis non fieri quantum ad fortitudinem vinculi, quod

cognatio spiritualis inducit: sed in eo, quod potest esse quis patrinus in catechismo, sicut in baptismo, vel confirmatione.

## Ad capitulum. 10. annotationes.

### CXXVII. DE NOMINVM IMPOSITIONE. A:

Apud Hebræos octauo a natiuitate die circuncidebatur infans, & nomen ei imponebatur, Genes. 17. Leuit. 12. Lucæ. 2. Apud antiquos gentiles nomina maribus nono, fœminis vero octauo a partu die indebantur. Polydorus Virgil. de inuent. rerum, & Alex. ab Alex. li. 2. dierum Genia. c. 25. Antoninus philosophus Romanorum imperator, vt Iulius Capitolinus in eius vita memorat, nomen, & tempus editorum filiorum apud præfectos ærarij publici actis tertio post natiuitatem die conscribi iussit. Scripta autem huiusmodi in Saturni æde tanquã publica monumenta seruabantur. Alex. ab Ale. loco citato post Plutarch. in problem.

### CXXVIII. DE FILIORVM PIETATE, & amore erga parentes. B.

- 1 Adeo parentes filiis indulgent, vt frænis egeant: filiis autem, quia erga parètes languescunt, calcaria addi oportet. Præ oculis filij habeant, quæ a parentibus acceperunt, nimirum esse, alimenta, & institutionem: pro quibus æqualia referre nequeunt.
- 2 Diuus Ambrosius li. 5. ex æme. c. 16. Quam vero rationabilium excedat pietatem, ac prudentiam ciconiæ clementia, considerandum, quam nec post exemplum quidem irrationabilium quisquã nostrorum imitari poterit. Nam depositi patris artus per longæuum senectutis plumarum tegmine, alarumque; remigio nudatos, circumstans soboles pennis propriis fouet. Et quid dicam, collatio cibo pascit, quando etiam ipsa reparat naturæ dispendia, vt hinc, atque inde subleuantur senæ fulcro alarum suarum ad volandum exerceant, & in pristinos vsus desuetam reuocent pij patris membra. Legito præterea Plinium lib. 10. histo. mundi. c. 23.
- 3 Atis, filius Croesi, cum esset natura mutus, vbi tamen vidit hostilem gladium, imminetern paterno iugulo, solutis linguæ vinculis, prorupit in verba, quibus ostendit affectum animi sui erga patrem. Aul. Gellius.
- 4 Amphinomus, & Anapius, Siculi fratres, cum Ætnæ incendio Catania vrbs defragaret, parentes humeris superpositos periculo subduxerunt. Textor in officina, sub titulo, Amor liberorum in parentes. Simi-

li exemplo laudatur pietas Æneæ, quod flammis vniuersam Troiam populantibus inualido patri humeros subincuruauerit, relictisq; diuitiis, vnicum pignus redemerit ab incendio. Virgilius in Æneid.

5 Oppiū a triumuiris proscriptū, dum ad suppliciū quæreretur, filius humeris extulit, & incolumen peruexit in Siciliam. Text. loco citato.

6 Leo iunior, cum annum vnicum præfuisset imperio, Zenoni patri manibus suis diadema imposuit, ipsumque deinceps imperare iussit. Textor eo loci.

7 Cleobis, & Biton, fratres: Argiam sacerdotem matrem suam, curru infedentem, equorum penuria ab oppido traxerunt ad phanum, seque iugo alligarunt: quod ius esset, sacerdotem ipsam ad sacrificium curru vehi. Cicero. 1. Tuscul. q.

8 Exemplo Chan, filij Noe Genesis. c. 9. damnantur, qui parentes suos non colunt, nec reuerentur.

## Summaria. c. II.

1 **V**trum ex baptismo, absque sollemnitate collato, spiritualis cognatio contrahatur.

2 Ius petendi debitum ex contracto matrimonio oritur.

3 Si post contractum matrimonium aliquis filium suum in extrema necessitate baptizet. non priuatur iure exigendi coniugale debitum.

4 Omnes obligantur precepto caritatis baptizare in extrema necessitate existentes.

5 Baptismus, in necessitate a quocumque collatus, verus, ac validus est. n. 4. & 11.

6 Quicumque paruulum morti proximum absq; sollemnitate baptizat, cognationem spirituales contrahit, matrimonium postea contractum etiam dirimentem: verum enim qui eo casu tenet infantem, nullam contrahit cognationem.

7 Ad sollemnitate baptisimi spectat eligere, & assignare susceptores. n. 4. & 11.

8 A vulgi opinione bonum argumentum.

9 Quauis baptizans ex officio debet esse sacerdos: tamen quicumque in necessitatis articulo baptizare potest.

Ordinarius, & solus minister sacramenti confirmationis est episcopus.

10 Id, quod prius legitime factum est, propter superuenientem causam infringi non debet, quauis res deuenierit ad eum statum, a quo incipere non poterat.

Ius quærendum facilius tollitur, quam ius quæsitum.

Ius quæsitum facilius conseruatur, quam ius nouum acquiritur.

Turpius eicitur, quam non admittitur hospes.

Priuatio exigendi debitum, tanquam pœna imponitur pro delicto.

Necessitas excusat a culpa, & pœna, iure positio introductis.

11 Cognatio spiritualis non est grauamen, sed ius quoddam amicitie.



li exemplo laudatur pietas Æneæ, quod flammis vniuersam Troiam populantibus inualido patri humeros subincuruauerit, relictisq; diuitiis, vnicum pignus redemerit ab incendio. Virgilius in Æneid.

5 Oppiū a triumuiris proscriptū, dum ad suppliciū quæreretur, filius humeris extulit, & incolumen peruexit in Siciliam. Text. loco citato.

6 Leo iunior, cum annum vnicum præfuisset imperio, Zenoni patri manibus suis diadema imposuit, ipsumque deinceps imperare iussit. Textor eo loci.

7 Cleobis, & Biton, fratres: Argiam sacerdotem matrem suam, curru infedentem, equorum penuria ab oppido traxerunt ad phanum, seque iugo alligarunt: quod ius esset, sacerdotem ipsam ad sacrificium curru vehi. Cicero. 1. Tuscul. q.

8 Exemplo Chan, filij Noe Genesis. c. 9. damnantur, qui parentes suos non colunt, nec reuerentur.

## Summaria. c. II.

1 **V**trum ex baptismo, absque sollemnitate collato, spiritualis cognatio contrahatur.

2 Ius petendi debitum ex contracto matrimonio oritur.

3 Si post contractum matrimonium aliquis filium suum in extrema necessitate baptizet. non priuatur iure exigendi coniugale debitum.

4 Omnes obligantur precepto caritatis baptizare in extrema necessitate existentes.

5 Baptismus, in necessitate a quocumque collatus, verus, ac validus est. n. 4. & 11.

6 Quicumque paruulum morti proximum absq; sollemnitate baptizat, cognationem spirituales contrahit, matrimonium postea contractum etiam dirimentem: verum enim qui eo casu tenet infantem, nullam contrahit cognationem.

7 Ad sollemnitate baptisimi spectat eligere, & assignare susceptores. n. 4. & 11.

8 A vulgi opinione bonum argumentum.

9 Quauis baptizans ex officio debet esse sacerdos: tamen quicumque in necessitatis articulo baptizare potest.

Ordinarius, & solus minister sacramenti confirmationis est episcopus.

10 Id, quod prius legitime factum est, propter superuenientem causam infringi non debet, quauis res deuenierit ad eum statum, a quo incipere non poterat.

Ius quærendum facilius tollitur, quam ius quæsitum.

Ius quæsitum facilius conseruatur, quam ius nouum acquiritur.

Turpius eicitur, quam non admittitur hospes.

Priuatio exigendi debitum, tanquam pœna imponitur pro delicto.

Necessitas excusat a culpa, & pœna, iure positio introductis.

11 Cognatio spiritualis non est grauamen, sed ius quoddam amicitie.

## Caput vndecimum.

**Q**ui paruulum morti proximū absq; sollemnitate baptizat, cognationem spiritua- lem contrahit, matrimonium postea contractum etiam dirimentem: verum enim qui in eo casu tenet infantem, nullam contrahit cognationem.



1

**R**DVA, & difficilis quæstio est, verum ex baptismo, absque sollemnitate collato, spiri- tualis cognatio contrahatur? Cuius par- tem negatiuam nonnulli tenuerunt, vt re- fert Paludan. in. 4. sent. lib. d. 42. Commu- nis tamen doctorum consensus est in con- trarium. Palud. loco citato, Gabriel in. 4. sent. libr. d. 42. q. 1. ar. 1. not. 2. in. 1. specie cognationis spiritualis Florent. 3. p. theol. tit. 1. c. 15. §. 3. Angel. v. Matrimonium. 3. impe- mento. 7. nu. 21. Tabien. v. Impedimentum. 5. n. 3. Armill. v. Matrimonium num. 14. gloss. in c. Ad limina. 30. q. 1. Hostiens. in summa tit. de cognatione spirit. §. fin. Couarr. in epit. de spons. p. 2. c. 6 §. 4. num. 4. Doct. Nauarr. in ma- nu. c. 22. n. 39. & 40.

2

Pro opinione negatiua primum argumentum. Necessi- tas, quæ ius exigendi coniugale debitum non tollit, neq; facultatem contrahendi matrimonium aufert: quia ius pe- tendi debitum ex contracto matrimonio oritur: sed si post contractum matrimonium aliquis filium suum in extrema necessitate baptizet, non priuatur iure exigendi coniuga- le debitū. c. Ad limina. 30. q. 1. igitur talis baptizatio neq; facultatem contrahendi aufert.

Secundum. Priuare homines iure contrahendi matri- monium, molestum grauamen est: igitur si propter baptif- mum in extrema necessitate collatū, illud onus baptizan- ti imponeretur, multi baptizare recusarent: atque ideo pe- riculum

riculum paruulis periclitantibus crearetur.

3 Tercium. Omnes obligantur præcepto caritatis baptizare in extrema necessitate existentes: igitur ecclesia non debuit hoc incommodum illis offerre, qui ex necessitate iuri diuino obtemperant.

4 Quartum. Omnia iura, quæ loquuntur de spirituali cognatione, simpliciter, & indistincte dicunt, eam in baptismo a baptizante infantem, suscipienteve contrahi: sed baptisimus, in necessitate a quocunque collatus, ita verus, & validus est, ac si a sacerdote cum sollemnitate collatus fuisset ex conc. Florent. in decreto super vnione Iacob. & Arme. igitur opinio, quæ propolitæ disputationi respondet affirmanter, vera est.

5 Quibus non obstantibus, pronuntiatum nostrum est: Quicumq; paruulum morti proximum absque sollemnitate baptizat, cognationem spiritualement contrahit, matrimonium postea contractum etiam dirimentem: verum enim qui eo casu tenet infantem, nullam contrahit cognationem.

6 Hanc conclusionem videor habuisse Dominicum a Soto in. 4. sent. lib. d. 42. q. 1. ar. 1. Priorem conclusionis partem probat quartum argumentum supra adductum. Posterior autem ex eo confirmatur, quod vbi non est sollemnitas, qui tenet in baptismo, non dicitur proprie susceptor. Ad sollemnitatem enim baptismi spectat, eligere, & assignare susceptores, vt ex conc. Trid. sess. 24. c. 2. de reform. matrim. satis deprehenditur, cuius verba sunt. Parochus, antequam ad baptismum conferendum accedat, diligenter ab iis, ad quos spectat, sciscitetur, quem, vel quos elegerint, vt baptizatum de sacro fonte suscipiant: & cum, vel eos tantum ad illum suscipiendum admittat, & in libro eorum nomina describat, doceatque eos, quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excusari valeant. Quod si alij vltra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualement nullo pacto contrahant, cōstitutionibus in contrarium facientibus non obstantibus. Si parochi culpa, vel negligētia secus factū fuerit, arbitrio ordinarij puniatur.

7 Corroboratur etiam posterior conclusionis pars ex communi loquendi modo, vulgique opinione: a quibus desumptum argumentum efficax est, vt ostendit Euerardus in suis locis legalibus in loco a vulgi opinione. Tenentes enim infantem in predicto casu, neque compatres, neque patrini appellantur, neque tales existimari solent: sed illi soli, qui ad tale officium electi, & assignati, illud exercent in baptismo sollemniter celebrato.

8 Sed est aduertendum, conclusionem nostram esse traditam pro sacramento baptismi, non tamen pro confirmationis sacramento. Nam quanuis baptizans ex officio debeat esse sacerdos. c. Constat. de consec. d. 4. verumtamen quicumque in casu necessitatis, siue vir, siue mulier potest baptismum valide conferre. de consec. d. 4. per multos canones. Non tamen ita res se habet in confirmationis sacramento, cuius ordinarius minister est solus episcopus conc. Trident. sess. 7. de confirmat. can. 3. Adeo vt si ab alio inferiore conferatur sine papæ commissione, sit nullum sacramentum. Qua de re consulendus est Dominicus a Soto in 4. sentent. libro. 7. q. vnica. arti. 11. vbi de ea disertissime disputat.

9 Primi argumenti negatur maior. Id enim, quod prius legitime factum est, propter superuenientem causam infringi non debet, quanuis res deuenit ad eum statum, a quo incipere non poterat, vt notant glossæ in c. Ad limina. vers. Vixerit. 30. quæst. 1. & in c. Discretionem. de eo, qui cognouit. & bene probatur per capit. Præcepta. d. 55. & per capit. Perlatum, 29. q. 2. vbi idem notant finales glossæ. item per c. final. 15. q. 2. & per l. In ambiguis pro dotibus. §. Non est nouum. ff. de regu. iuris. Ad rem facit, quod ius quærendum facilius tollitur, quam ius quæsitum. cap. Gratia. de rescript. l. Qui autem. ff. quæ in fraudem cred. l. Si sponsus. §. Si maritus. ff. de donationibus inter virum, & uxorem. Facit præterea, quod ius quæsitum facilius conseruatur, quam ius nouum acquiritur. l. Patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. Andreas Tiraquellus in l. Boues

Boues. §. Hoc sermone. num. 39. ff. de verbor. signific. Turpius enim reiicitur, quam non admittitur hospes. c. Quem admodum. de iure iuran. Cum igitur post contractum matrimonium ius sit iam acquisitum ad perendum debitum, non debet coniux illo iure priuari propter actum bonum, ex caritate debitum. Priuatio enim exigendi debitum, tanquam poena imponitur alicuius delicti. Necessitas autem excusat a culpa, & poena iure positiuo introducta. c. Quod non est licitum. de reg. iuris. c. Ad limina. 30. q. 1. & c. 1. 34. q. 1. glossa in cap. Sicut. in vers. Necessitas. de consec. d. 1. Secus autem res se habet ante contractum matrimonium, vbi nondum ius vllum acquisitum est, & restrictio facultatis contrahendi matrimonium ratione cognationis spiritualis absq; culpa fit, & neq; poena, neq; grauamen est, sed potius ex iure quodam amicitiae nascitur.

10 Ad secundum respondetur, cognationem spirituale non proprie dici grauamen: sed potius ius amicitiae. Et ideo quanuis praeccepto caritatis vnusquisque in extrema necessitate constitutum teneatur baptizare, ecclesia potuit ratione amicitiae prolatadae statueri, vt matrimonium non cum baptizato, eiusque parentibus, sed cum aliis contraheretur. Et per hoc respondetur ad tertium.

11 Quarto ita respodetur. Quanuis baptismus a quocunq; legitime collatus, verus, & validus sit, ac proinde ipse baptizans contrahit spirituales cognationem: verumtamen quia susceptor debet esse electus a baptizandi parentibus, vel ab aliis eorum nomine, assignatusque a parrocho, haec electio, & assignatio cum aliis requisitis ex Trident. conc. sess. 24. c. 2. de refor. matrim. videntur spectare ad baptismi sollempnitatem, prout in confirmatione conclusionis diximus. Quamobrem qui infantem in periculo mortis, dum absque sollempnitate baptizatur, tenet, non contrahit spirituales cognationem.

## Summaria. c. 12.

- 1 **A**N verba patrinorum sint necessaria ad contrahendam spiritualem cognationem?
- 2 Verba patrini non sunt necessaria ad contrahendam spiritualem cognationem, quæ ex baptismo nascitur.
- 3 Fidei professio, ac mundi, diabolique abrenuntiationes, & quæcumque patrini pro baptizando responsiones ad catechizationem spectant.  
Cognatio spiritualis ex baptismo tunc proprie contrahitur, quum quis infantem tenet, dum baptizatur.
- 4 Ad contrahendam ex catechismo spiritualem cognationem requiritur, ut patrinus, non solum infantem teneat, dum catechizatur, sed etiam, pro ipso r. spondeat.
- 5 Ad contrahendam spiritualem cognationem ex baptismo, vel confirmatione necessario requiritur, ut patrinus teneat infantem, dum baptizatur: &c.
- 6 Patrini vocantur susceutores.
- 7 Ad contrahendam spiritualem cognationem post concilij Tridentini tempus necessario requiritur, ut patrinus sit designatus ab illis, quorum interest, & a parochio admissus.
- 8 An quando nullus ex culpa parochi designatur patrinus, omnes, tangentes baptizatum, contrahant spiritualem cognationem?  
A iure antiquo non est recedendum, nisi quo ad excepta, vel correcta in nouo.
- 9 Quando nullus ex culpa parochi designatur patrinus, etiam si aliqui baptizatum tangant, non contrahunt spiritualem cognationem.
- 10 Explicatur decretum concilij Tridentini de reformatione matric. c. 2. sess. 24.  
Vbi in legis dispositione ponitur aliquid conditionaliter, illud est de forma substantiali.  
Decretum annullatiuum semper inducit nouam actus formam.  
Non modo si aliquid fit contra formam substantialem, sed etiam præter, nullum omnino est.
- 11 In casu dubio impedimentum cognationis spiritualis restringendum est propter verisimilem legislatoris mentem.
- 12 Quando vnus est designatus patrinus, alij non designati, etiam si baptizatum tangant, non contrahunt spiritualem cognationem.  
Extensio fit in correctoriis ex rationis identitate, vel quando dispositio est fauorabilis, vel quando per eius extensionem res ad suam propriam redit naturam.  
Edictum de matrimonio non contrahendo est odiosum.

## Caput duodecimum.

## Qualiter contrahatur spiritualis cognatio ex parte patrinorum.

**I**uxta ea, quae c. 7. proposuimus in hoc opusculo tractare, deinceps explicare debemus, qualiter spiritualis cognatio ex parte patrinorum contrahatur. Nam multi tenent, non sufficere ad hanc cognationem contrahendam, tenere in baptismo: sed ultra requiri, ut patrini ipsi respondeant nomine baptizandi. Hostiens. in summa. titu. de matrimonio. §. Qualiter contrahatur. versic. Nunquid. Bellam. in cap. Paruuli. & c. Non plures. de consecr. d. 4. Dominic. in cap. 1. nu. 12. de cognat. spirit. lib. 6.

Pro ista opinione militant. c. Paruuli. 1. & 2. & c. Mater ecclesia. & c. Quæris. de conse. d. 4. ex quibus deprehenditur, officium patrinorum esse, non solum infantem, dum baptizatur, tenere, sed pro ipso respondere, fidem profiteri, diabolo, & mundo abrenuntiare, & c.

Alij autem distingunt: Si baptizatus est infans, qui respondere non potest, tunc patrinus tenetur pro ipso respondere, & si non responderit, quanuis in baptismo teneat, non contrahit spiritualem cognationem: quod quidem confirmant iuribus citatis pro prima opinione. Si vero baptizandus est adultus, & potest pro se respondere, tunc ipse pro se tenetur respondere. c. Cum pro paruulis. de consecr. d. 4. & patrinus per solam ipsius a baptismo susceptionem contrahit spiritualem cognationem. Ita loquuntur Præpositus in. c. Contracto. de cogn. spiri. Henricus in. c. Veniens. eod. tit. Alciatus in. l. 1. ff. de verb. oblig.

Communior tamen opinio est, verba patrini non esse necessaria ad contrahendam spiritualem cognationem, sed sufficere, tenere in baptismo, vel suscipere in confirmatione.

Floren. 3. p. theo. tit. 1. c. 15. §. 3. Syluest. v. Matrimonium. 8. q. 7. in. 13. dicto. Martinus abbas, Azonis, & Acurtij coetaneus in additio. ad summam Hostiensem. titu. de cog. na. spir. in princ. Couarruias in epit. de sponsal. p. 2. c. 6. §. 4. nu. 7. vbi alios citat: Dominic. a Soto in. 4. sen. lib. d. 42. q. 2. ar. 2. Angelus. v. Matrimonium. 3. impedimento. 7. nu. 12. Tabiena. v. Impedimentum. 5. nu. 3. Pisanella, & eius supplementum. v. Impedimentum. 6. summa confess. tit. de cog. spiri. q. 22. Armilla. v. Matrimonium. n. 12. Rosella. v. Impedimentum. 6. nu. 21. & 22. Palud. in. 4. sent. lib. d. 42. q. 1. ar. 1. in declaratione. 1. & 4. conclusionis.

**2.** Prima conclusio. Verba patrini non sunt necessaria ad contrahendam spirituales cognationem, quæ ex baptismo nascitur.

**3.** Probatur primum: quia fidei professio, ac mundi, diabolique abrenunciationes, & quæcunque patrini pro baptizando responsiones ad catechizationem spectant: cognatio autem spiritualis ex baptismo tunc proprie contrahitur, cum quis infantem tenet, dum baptizatur. Id est, dum sacerdos aquam supra infantem suffundit, & verba formalia profert, vel tunc cum illum de manibus sacerdotis, qui illum emerfit, suscipit. Et huius instar est de confirmatione dicendum.

Iterum: quia omnia iura, quæ de contracta, vel contrahenda spirituali cognatione loquuntur (quæ in confirmationem tertiæ conclusionem citabimus) per solam susceptionem, vel tentionem in baptismo, confirmationeue eam contrahi declarant, nulla verborum patrini facta mentione.

Tertio: quia si duo patrini, vnus in catechismo, alter vero in baptismo, tenerent infantem iuxta, c. In catechismo. de conse. d. 4. præcul dubio qui in baptismo teneret, contraheret spirituales cognationem, absque aliqua responsione, aut verbi prolatione.

**4.** Secunda conclusio. Ad contrahendum ex catechismo spirituales cognationem forsitan requiritur, vt patrinus



non solum infantem teneat, dum catechizatur, sed etiam pro ipso respondeat.

Probatnr primo: quia quando baptizandi non sunt adulti, patrinis in catechismo ex nomine, ac officio incumbit, pro eis fidem profiteri, mūdo, ac diabolo abrenūtiare. & c. Quod patet tum ex consuetudine, ecclesieque vsu: tum etiam ex iuribus in confirmationem prima, secundaque opinionis citatis.

5 Tertia conclusio. Ad contrahendum spiritualemente cognationem ex baptismo, vel confirmatione necessario requiritur, vt patrinus teneat infantem, dum baptizatur, confirmaturve, aut illum de manibus sacerdotis emergentis suscipiat: quando autem adultus baptizatur, vel confirmatur, necessum est, vt baptizandum tangat ad baptismum, & similiter confirmandum ad confirmationem, vel post baptismum, confirmationemve quasi in suam curam suscipiat.

6 Hæc conclusio primum probatur, quia patrini propterea alio nomine susceptores appellantur. Rursus multis iuribus, videlicet. 30. q. 1. per totam. & 30. q. 3. capit. 12. & 3. & cap. Post susceptam. & 30. q. 4. c. Si quis ex vno. & c. fin. & de conf. d. 4. c. Non plures. & c. In baptismo. & extra de cognatio. spiritua. c. 2. & c. Maritus. & c. Veniēs. item cap. 12. & fin. eodem titulo. li. 6. & l. Si quis alumnam. C. de nuptiis.

7 Quarta conclusio. Ad contrahendam spiritualemente cognationem post concilij Tridentini tempus necessario requiritur, vt patrinus sit designatus. Id est, vt ad tenendum sit electus ab illis, quorum interest, & a parochio admissus ad tale officium. Probatnr ex decreto concilij Tridentini supra. c. 11. nu. 6. transcripro.

8 Doctor Nauarrus in manua. c. 22. nu. 39. circa citatum decretum inquiri. An quando nullus ex culpa parochi designatur patrinus, omnes, tangentes baptizatum, contrahant spiritualemente cognationem iuxta. c. fin. de cognat. spiritua. li. 6. & respondet affirmanter. Quia in antiquo non est

recedendum, nisi quo ad excepta, vel correcta in nouo. l. Præcipimus. C. de appella. & concil. Triden. in præcitato. c. loquitur, quando designantur aliqui patrini, & nō alias.

Hoc argumento non obstante, probabilius mihi videtur, in casu proposito neminem ex tangentibus contrahere spirituales cognationem.

10 Primū: quia in capitulo citato concil. Trid. data est noua forma ad contrahendam spirituales cognationē, vt patet ex illis verbis, Quod si alij ultra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spirituales nullo pacto contrahant. Vbi enim in legis dispositione ponitur aliquid conditionaliter, illud dicitur esse de forma substantiali, vt ostendit Felinus super. c. Cum dilecta. in secundo signo formæ. de rescrip. Vbi etiam 5. signo late probat, decretū annullatiuum semper inducere nouam actus formam. Non modo autem si aliquid fiat contra formam substantialem, sed etiam præter, nullum omnino est: quod latissime demonstrat idem Felinus eoloci in prima regulæ ampliacione: Igitur.

11 Præterea intentio concilij Tridentini in illo capitulo fuit, corrigere iura antiqua, restringēdo cognationem spirituales ad pauciores personas per traditionem nouæ formæ ad cognationem contrahendam: quod clarissime apprehenditur ab illis capituli verbis: Docet experientia, & c. vsque ad illa, constitutionibus in contrarium facientibus non obstantibus. Igitur in casu anticipite impedimentū cognationis spirituales restringēdum est propter verisimilem legislatoris mentem. Capitulum concilij Tridentini transcripsimus supra. c. 7. nu. 15.

12 Tertio. Quando vnus est designatus parrinus, alij non designati, etiam si baptizatum tangant, non contrahūt spirituales cognationem concilij Tridentini loco citato: igitur quando nullus ex parochi culpa designatur, etiam si multi tangant baptizatum, nullus tamen contrahit spirituales cognationem. Consequentia probatur, quia ratio, propter quam in casu antecedentis tangentibus præter

præter designatum non contrahunt spirituales cognationem, est, quia non sunt designati, quæ ratio æque militat in casu consequentis, videlicet quando nullus designatur patrinus. Extensio autem fit etiam in correctoriis ex rationis identitate, vel quando dispositio est fauorabilis, vel quando per eius extensionem res ad suam propriam redit naturam, secundum glossam communiter receptam in. c. Statutum, in versic. Numerandum. de præbend. lib. 6. vbi Gemina. & Francus, Iasson in. l. Si vnus. §. Pactus ne peteret. ff. de pactis. Antonius de Butrio in. c. Olim tibi. de verbor. signifi. Alexander in. l. Si constante. ff. soluto matrimo. Dispositio autem capituli secundi sessio. 24. concil. Trid. fauorabilis iudicatur, quatenus restringit impedimentum cognationis spiritualis ad pauciores personas. Quia editum de matrimonio non contrahendo est odiosum. c. Licet ex quadam. de testib. & capit. Cum apud. de sponsal. Per extensionemque dispositionis prædicti capituli ad casum nostrum matrimonium redit ad suam propriam naturam.

Ad fundamentum. D. Nauarri, respondetur, ius antiquum esse correctum, & limitatum per decretum concilij Tridentini citatum: quod satis confirmationibus nostris ostendimus.

### Summaria. c. 13.

1. **D**iuersæ opiniones, An cognatio spiritualis contrahi possit per procuratorem? Procurator ad omnia negotia constitui potest. nu. 2. cum declaratione. n. 20. Dicens omnia, nihil excludit.
2. Qui non prohibetur expresse, ad procuratoris officium idoneus debet reputari. n. tertio, cum declaratione. nu. 21.
3. Beneficium a iure indultum, non est alicui auferendum.
4. Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum. num. 3. cum limitatione. nu. 22.
5. Qui facit per alium, perinde est ac si per se ipsum. num. 3. cum limitationibus nu. 22.
6. Matrimonium est vnum ex. 7. ecclesie sacramentis. An matrimonium possit contrahi per procuratorem?

præter designatum non contrahunt spirituales cognationem, est, quia non sunt designati, quæ ratio æque militat in casu consequentis, videlicet quando nullus designatur patrinus. Extensio autem fit etiam in correctoriis ex rationis identitate, vel quando dispositio est fauorabilis, vel quando per eius extensionem res ad suam propriam redit naturam, secundum glossam communiter receptam in. c. Statutum, in versic. Numerandum. de præbend. lib. 6. vbi Gemina. & Francus, Iasson in. l. Si vnus. §. Pactus ne peteret. ff. de pactis. Antonius de Butrio in. c. Olim tibi. de verbor. signifi. Alexander in. l. Si constante. ff. soluto matrimo. Dispositio autem capituli secundi sessio. 24. concil. Trid. fauorabilis iudicatur, quatenus restringit impedimentum cognationis spiritualis ad pauciores personas. Quia editum de matrimonio non contrahendo est odiosum. c. Licet ex quadam. de testib. & capit. Cum apud. de sponsal. Per extensionemque dispositionis prædicti capituli ad casum nostrum matrimonium redit ad suam propriam naturam.

Ad fundamentum. D. Nauarri, respondetur, ius antiquum esse correctum, & limitatum per decretum concilij Tridentini citatum: quod satis confirmationibus nostris ostendimus.

### Summaria. c. 13.

1. **D**iuersæ opiniones, An cognatio spiritualis contrahi possit per procuratorem? Procurator ad omnia negotia constitui potest. nu. 2. cum declaratione. n. 20. Dicens omnia, nihil excludit.
2. Qui non prohibetur expresse, ad procuratoris officium idoneus debet reputari. n. tertio, cum declaratione. nu. 21.
3. Beneficium a iure indultum, non est alicui auferendum.
4. Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum. num. 3. cum limitatione. nu. 22.
5. Qui facit per alium, perinde est ac si per se ipsum. num. 3. cum limitationibus nu. 22.
6. Matrimonium est vnum ex. 7. ecclesie sacramentis. An matrimonium possit contrahi per procuratorem?

Accessorium naturam sequitur principalis.

7. Iuramentum est actio personalis.  
Iuramentum præstat per procuratorem. n. 7. & declaratio. n. 26.
8. Consuetudo scita, & tolerata per summum pontificem, potest inuicere impedimentum, quod matrimonium dirimat.
9. Ea, in quibus solus consensus requiritur, per procuratorem fieri possunt.  
Consensus potest præcedere, & succedere factum.
10. Ea, quæ in actione personali suapte natura consistunt, nequeunt per procuratorem fieri.
11. Tenere, vel suscipere infantem in baptismo, vel confirmatione, est actus personalis.
12. Actiones personales sunt, quas homo individualiter per se ipsum cum deliberatione agit.
13. Quando alicuius præsentia requiritur in aliquo actu, non potest talis actus per procuratorem fieri.
14. Cognatio spiritualis non contrahitur per procuratorem.
15. Carnalis, & spiritualis cognatio coequantur.
16. Cognationis tres sunt species, carnalis, legalis, & spiritualis. Carnalis diuiditur in consanguinitatem, & affinitatem: legalis in adoptionem, & arrogationem: spiritualis in paternitatem, & compaternitatem: & nulla contrahitur per procuratorem.  
Carnalem cognationem imitantur legalis, & spiritualis.
17. Cognatio spiritualis non transmittitur a marito compatre in eius uxorem hisce temporibus.  
Maritus, & uxor sunt duo in carne una. nu. 17. & nu. 25.
18. Qui ex commissione alterius vel baptizat, vel confirmat, contrahit cognationem spirituales, & non qui commissionem dedit.  
Ad generationem spirituales, quæ fit per baptismum, baptizans concurrit, tanquam pater, suscipiens autem infantem, tanquam mater.
19. Cognatio spiritualis non contrahitur per nuntium.
20. Arrogatio, & adoptio non possunt fieri per procuratorem.
21. Matrimonium contrahitur per consensum liberum, & legitime expromptum utriusque coniugis.
22. An matrimonium, per procuratorem contractum, sit sacramentum?  
Sponsalia per uerba de futuro non transeunt per copulam in matrimonium.
23. Ratione frequentis multa iure permittuntur, & similiter ratione necessitatis.
24. Ratio, quare tolerant prælati, vel magnates per procuratorem tenent infantes in baptismo.

Iuxta communem opinionem est iudicandum.

## Caput decimum tertium.

Spiritualis cognatio contrahi non potest per procuratorem.



**C**ONSUEVERUNT maxime magnates, susceptores in baptismo esse, etiã absentes, per procuratores, vel nuntios, quos ad id muneris delegant. Quæritur igitur, an tales magnates vere cognationem spirituales contrahant?

Qua de re duas præcipuas inter doctores inuenio opiniones, vnã affirmantem, alteram vero negatiuam. Illam disputando defendit Marsilius doctor iuris pontifici antiquus, eãdemque legendo docuit cardinalis Alexandrinus, vt refert Abbas, vtriusque memor. in. c. Veniens. de cognatione spirituali, vbi hanc affirmantem sententiam toto conatu tuetur. Et hanc partem sequuntur Felinus in. c. Licet ex quadam. de testi. Florianus in. c. Veniens citato. Baldus, in hac quæstione parum sibi constans in. l. vnica. §. Ne autem. C. de cadu. tollend.

Oppositam quæstiones partẽ, videlicet negatiuam amplectuntur fere omnes Doctores, Bartolus, Baldus, Alex. Iasson, Franciscus Areti. Paulus de Castro, & reliquus iuris consultorum cœtus in. l. Gallus. §. Forfitan. ff. de lib. & posth. idem Bald. in. l. Post mortem. ff. de adopti. & in. l. Si quis alumnam. C. de nupt. Ioan. Andr. in reg. Potest quis. de reg. iur. lib. 6. & in. c. Veniens. de cognatione spirit. quem refert, & videtur sequi Anto. de Butrio ibidem. Item in eodem. c. Henricus, Præpositus, & Rochus Curtius, Imola in. c. Accedens. de præbend. Archid. Geminian. & Francus in cap. 1. de cognatione spirituali. lib. 6. Federicus consil. 15. alias. 16. Romanus singulari. 54. Couartuuuias in epit. de sponsalib. p. 2. capit. 6. §. 4. Florentinus. 3. p. theolog. titul. 1. c. 15. §. 2. Dominic. a Soto in. 4. sente. lib. d. 42. q. 1. ar. 2. Syluest. v. Matrimonium. 3. nu. 7. & v. Adoptio. nu. 3.

Rosella. v. Impedimentum. 6. §. 20. Tabiena. v. Impedimentum. 5. num. 3. Pisanella, & eius supplementum. v. Impedimentum 6. Armilla. v. Matrimonium. nu. 12. vbi Abb. falso pro ista opinione citatur.

Nonnulli vero doctores has duas diametro oppositas opiniones concordare nituntur, dicentes, in magnatibus opinionem affirmantem esse veram, consuetudineque approbatam: in reliquo vero vulgo negatiuā. Legitote Franciscum Aretinum, & Philippum Francum locis citatis.

Alij vero hanc controuersiam aliter componunt, dicuntque, ante cōtractum matrimonium, videlicet inter illos, qui per procuratorem spirituales cognationem contraxerunt, tenendam esse opinionem affirmantem: post contractum vero negatiuam. Ex his vnus est Angelus in. verb. Matrimonium. 3. impedimento. 7. nu. 14. vbi Abbatem falso, nisi me mea mens fallit, pro sua sententia citat. Abbas enim in. c. Veniens. de cogna. spiri. ab Angelo citatus, non sic distinguit: sed dicit, tales procuratores non esse admitteudos, vt aliorum nomine infantem in baptismo suscipiant: si tamen admittantur, ipse Abbas affirmat, veram cognationem spirituales contrahi inter ipsos delegātes, & baptizatum, eiusque parentes.

Histamen concordantiis prætermisissis, quibus nihil certi determinatur, pro sententia Abbatis, & aliorum, tenentium partem quæstionis affirmantem, sunt nec pauca, nec infima profecto argumenta.

2 Primum. Procurator ad omnia negotia cōstitui potest, vt probatur ex. l. 1. ff. de procuratori. igitur & ad contrahendam cognationem spirituales. Probatur consequentia, quia dicens omnia, nihil excludit. c. 1. d. 19. & l. 3. ff. de offic. præsid. glossa fin. in. c. Solitæ. de maiori. & obed. Archidia. in. c. Cum ecclesia. 3. q. 2. Angelus in. l. Ad procuratorem. C. Mandati.

3 Secundum. Qui non prohibetur expresse ad exercendum procuratoris officium, idoneus debet reputari. c. 1. de procur. li. 6. & l. Mutus. ff. de procur. sed procurator in ca-  
su

su nostro non prohibetur expresse: igitur.

4 Tertium. Beneficium, a iure indultum, non est alicui auferendum. c. Indultum. de reg. iuris. in 6. Sed beneficium constituendi procuratorem est a iure indultum: igitur.

5 Quartum. ex. c. Potest quis per alium. & c. Qui facit per alium. de reg. iur. li. 5.

6 Quintum. Carnale matrimonium est vnum ex septem ecclesie sacramentis concil. Trid. sess. 24. can. 1. & tamen per procuratorem contrahitur. l. Mulierem. ff. de ritu nup. & c. fin. de procurat. lib. 6. igitur a fortiori sacramentalia, qualis est hæc cognatio. Confirmatur consequentia per. c. Accessorium. de reg. iur. li. 6.

Sextum. Ex facto viri acquiritur vxori compaternitas ignorantibus, imo & contradicentibus. c. Martinus. de cogn. spir. igitur a fortiori ex facto procuratoris acquiri debet domino, volenti, & mandanti.

7 Septimum. Iuramentum est actio personalis. cap. Quoties. i. q. 7. & c. Ego Berengarius. de cons. d. 2. & cap. Ego enim. de iure iur. & c. Ut circa. de electione. li. 6. & tamen præstat per procuratorem. c. Tibi domino. d. 63. & cap. Procurator. de electio. libr. 6. & c. fin. de iur. calum. igitur quamuis suscipere infantem in baptismo, sit actus personalis, nihilominus fieri poterit per procuratorem, per ipsumq; cognationem spirituales contrahet dominus.

8 Octauum. Consuetudo scita ac tolerata per summum pontificem potest inducere aliquod matrimonij impedimentum, vt supra. c. 4. affirmauimus: sed consuetudo viget scita, & tolerata per summum pontificem, inferioresque prelatos, vt per procuratorem, vel nuntium principes, & alij magnates absentes ad tenendum in baptismo admittantur: igitur.

Sed his non obstantibus, pro quæstionis resolutione sit prima conclusio.

9 Ea, in quibus solus consensus requiritur, per procuratorem fieri possunt secundum glossam in. c. fin. ver. Idoneus. de procuratori. lib. 6. & in cap. Aqua. ver. Iurisdictionis. de



reconcil. ecclesie, vel altar. & Abb. ibidem, & Bartol. & Iass. in. l. Gallus. §. forsitan. ff. de libe. & posth. & Syluest. verb. Adoptio. nu. 3. & Dominic. a Soto in. 4. sen. lib. d. 42. quæst. 1. arti. 2.

Conclusio confirmatur expresse ex. l. Consensu. ff. de actio. & oblig. & insti. de oblig. §. 1. & ex. l. 1. §. Est autem emptio. ff. de contrahenda emptio. Ratio autem conclusionis est: quia consensus potest præcedere, & succedere factum, etiam per alium præstitum, vel præstandum, vt eleganter explicat Bart. in. l. Si autem plures. ff. de aqua plu. arcend. & Iasson in. §. Forsitan. citato nume. 10. Quorum doctrina confirmatur ex. l. Si autem, pluries citata: & ex. l. fin. C. ad senat. consult. Macedo.

## Secunda conclusio.

**19** **O** Ea, quæ in actione personali supra natura consistunt, nequeunt per procuratorem fieri. Doctrina est Ioan. Andr. in. c. Potest quis. de reg. iur. li. 6. Bart. Iass. Castr. Franc. Areti. in. §. Forsitan citato. Bar. itidē in. l. vnica. §. Ne autem. C. de cadu. tollend. & Paris. in annot. ad Bart. in eodem loco. Corrasij in. l. fin. C. de impub. & aliorum subtit. Syluest. v. Matrimonium. 8. au. 7. & v. Adoptio. nu. 3. Domini. a Soto in. 4. sen. lib. d. 42. q. 1. arti. 2. Quorum sententia sufficientissime confirmatur primum per. l. vnica. §. Ne autem. C. de cad. tollend. & per eo loci tradita a doctoribus. Rursus ex his, quæ docet magistraliter glo. in. c. Aqua. in vers. Iurisdictionis de cons. ecclesie, vel altaris. Ad rem etiam facit Clementina prima, de vita, & honestate cleric. iuncta glo. versic. Publice, & personaliter: quibus concordat doctrina Caieta. super. 2. 2. D. Thomæ, q. 185. ar. 5. in tract. de parcho. obli. temp. pestis. disp. 1. n. 22. a nobis declarata.

Dux autem superscriptæ conclusiones intelligendæ sunt, & limitandæ, nisi aliud expresse in aliquo casu a iure caueatur propter specialem aliquam rationem.

Tertia

## Tertia conclusio.

11 Tenere, vel suscipere infantem in baptismo, vel confirmatione, est actio personalis ex Ioanne Andr. & Barto. & reliquis citatis pro. 2. opinione. Hanc cōclusionem egregie confirmant Francisc. Areti. & Iass. in. §. Forsitan, & Dominicus a Soto in ar. 2. citatis:

12 Et deinde corroboratur primum, quia illæ actiones dicuntur personales, quas homo individualiter per se ipsum cum deliberatione agit: huiusmodi autem sunt tenere, vel suscipere infantem in baptismo, confirmatione ve, ex quibus spiritualis cognatio nascitur, vt supra. c. 12. monstrauius: igitur.

13 Rursus ex concil. Trident. sess. 24. c. 2. de reform. matriculæ verba, supra. c. 7. nu. 15. a nobis transcripta, requirunt sane susceptorem præsentem: quando autem alicuius præsentia requiritur in aliquo actu, non potest talis actus per vicariũ, aut procuratorem fieri, vt docet Bald. in. c. Quauis. de offic. delega. & in. l. 1. C. qui admitti. & Alex in annot. ad Bart. l. vnica. §. Ne autem. C. de cada. tollend.

## Quarta conclusio.

14 Cognatio spiritualis nõ contrahitur per procuratorem. Probatum primum. Ea, quæ in actione personali suapte natura consistunt, ne queunt per procuratorem fieri, vt conclusione. 2. ostendimus. sed cognatio spiritualis contrahitur per tentionem, vel susceptionem, quæ sunt actiones personales, vt & c. 12. & in hoc capitulo conclusione. 3. monstrauius: igitur cognatio spiritualis non contrahitur per procuratorem. Ipsa enim ratio connexi, quum concesseris superius, cogit inferius concedere.

15 Secundo. Carnalis, & spiritualis cognatio adæquantur. c. Debitum. de baptis. & c. 1. & 2. & c. Post susceptam. 30. q. 3. Sed in carnali requiritur actio personalis patris, & matris: igitur & in spirituali.

Tertio.

16 Tertio. Cognationis tres sunt species, videlicet carnalis, legalis, & spiritualis. Ita diligere. 30. q. 3. carnalis diuiditur in consanguinitatem, & affinitatem: legalis in adoptionem, & arrogationem: spiritualis post conc. Trident. sess. 24. c. 2. de refor. matr. in paternitatē, & cōpaternitatē: sed carnalis & legalis quo ad neutram vtriusque speciem contrahi possunt per procuratorem, vt de carnali comper- tum est, & de legali probatur ex. l. Neq; & l. Post mortem, §. Neque. ff. de adoptio. igitur neque spiritualis. Probatur consequentia prius, quia carnalem imitantur legalis, & spi- ritualis, in quantum possunt. l. Post mortem, §. n. ff. de ado- ptio. & c. Post susceptam. 30. q. 3. Posterius, & melius ra- tionibus decidendi. c. 1. & 2. 30. q. 3.

Quarto probatur conclusio ex verbis conc. Trid. cap. 2. de refor. matri. sess. 24. & ex bulla Pij. 5. pro eius declara- tione publicata, supra. c. 7. nu. 15. transcriptis.

17 Quinto. Cognatio spiritualis non transmittitur a mari- to compatre in eiusdem vxorem, vt in prædicta bulla Pius. 5. declarauit: igitur multo minus per procuratorem trans- mittitur in alium. Consequentia cōfirmatur primum: quia maior vnitas est inter maritam, & vxorem, qui sunt duo in carne vna. Genes. 2. quam inter dominū, & procuratorem. Iterum, quia per vnum coniugum transmittebatur in alte- rum spiritualis cognatio iure ipso. c. Martinus. de cognat. spiritua. non tamen transmittitur iure ipso per procurato- rem in dominum: si quidem adhuc inter doctores contro- uertitur, & non reperitur expresse iure determinatum.

18 Vltimo probatur quarta conclusio nostra: quia si papa officium confirmandi simplici presbytero committeret, tunc non papa, sed ille presbyter esset confirmator, ac pro- inde spiritualis pater confirmati, & eodem pacto si pleba- nus officium baptizandi alicui sacerdoti delegaret, non plebanus, sed sacerdos ille esset baptizator, perindeq; spi- ritualis pater baptizati: igitur ita etiam dicendum est in casu nostro. Animirum quod non procuratorem delegans, sed procurator ipse delegatus, qui simpliciter, & proprie

infantem in baptismo suscipit, efficitur compater, & vere cognationem spirituales contrahit. Consequentia probatur: quia ad generationem spirituales, quæ fit per baptismum, baptizans concurret tanquam pater, suscipiens autem infantem, tanquam mater: unde si confirmator, vel baptizator delegatus, & non ipsum delegas, cognationem contrahit: similiter susceptor delegatus, & non ipsum delegas, cognationem contrahit. Nam ad eundem effectum, videlicet generationem spirituales concurrunt simul baptizans, & suscipiens, tanquam pater, & mater, & non est maior ratio de vno, quam de altero.

19 Quarta conclusio nostra ampliatur ad nuntium. Com-  
paternitas enim spiritualis quemadmodum per procurato-  
rem contrahi nequit: sic etiam neque per nuntium. Quan-  
uis Baldus. §. Forſitan citato, & Angelus. §. Illud. instit. de  
nupt. autem per procuratorem quidem compaternita-  
tem huiusmodi contrahi non posse, secus autem per nun-  
tium, assignantes inter hunc, & illum differentiam: quam  
insufficientem esse in casu nostro ostendunt egregie cardina-  
lis Alexandrinus in c. Veniens, de cognat. spirit. & Domi-  
a Sãcto Gemini. c. 1. eodem tit. li. 6. quibus subscribit Co-  
uarruias vbi supra. Quorum verba in præsentia non refe-  
ro: sed extendo conclusionem quartam ad nuntium: quia  
rationes, quibus prædictam conclusionem corroboravi,  
pariter de nuntio, ac procuratore probant. Imo vniuersali-  
ter ostendunt, cognationem spirituales non nisi persona-  
liter, & per proprium actum contrahi posse.

20 Ad antecedens primi argumenti respondetur, procura-  
torem constitui posse ad omnia negotia, in quibus solus  
consensus requiritur: non tamẽ ad ea, quæ in actione perso-  
nali suapte natura consistunt, vt prima, secundaque cõclu-  
sione ostendimus.

21 Ad maiorem secundi argumenti respondetur, cum, qui  
non prohibetur expresse, ad exercendum procuratoris of-  
ficium idoneum quidem reputari quantum ad personam,  
haud quaquam, quantum ad causas, & negotia, quæ per  
procu-

- procuratorem fieri nequeunt.
- Ad maiorem tertij argumenti respondetur, beneficium constituendi procuratorem in illis, quæ per procuratorem fieri possunt, esse iure indultum.
- Ad quartum respondetur, regulas illas iuris in multis fallere, de quibus glossa, & doctores in eisdem, & glossa in. c. Statutum. vers. Per se ipsos. de præbend. lib. 6. & in capi. Accedens. vers. Vel alius. extra eodem titulo, & in l. Post mortem. §. Neque adoptari. ff. de adoptioni. Peculiariter autem fallunt in adoptione, & arrogatione, & vniuersaliter in iis, quæ in actione personali consistunt, vt supra. n. 11. ostendimus.
- Quinti argumenti nego consequentiam: quia matrimonium contrahitur per solum consensum vtriusq; coniugis, legitime declaratum. c. si. de proc. li. 6. & c. si. de spon. duorum. & c. Apud sedem. de sponsa. cognatio autem spiritualis contrahitur per actum proprium personalem.
- Verum enim circa antecedens eiusdem argumenti notandum est, matrimonium contrahi per procuratorem, quantum tenus est quidam contractus secundum omnes doctores: An vero tale matrimonium, per procuratorem contractum, sit sacramentum, nec ne? controuertitur. Nam Durandus in. 4. sent. lib. d. 27. q. 3. & Caietan. tomo. 2. opuscu. de matrimonio, & Franciscus a Victoria, vt refertur in summa sacramentorum tractatu de matrimonio. n. 244. & Melchior Canus. lib. 8. de locis theolog. cap. 5. ad. 3. argumentum, tenent, non esse sacramentum. Ambrosius autem Catharinus lib. 5. notationum aduersus Caietanum, & Couarruias in epit. de sponsalib. p. 2. c. 1. §. vnico. nu. 5. & Dominicus a Soto in. 4. senten. lib. d. 27. quæst. 1. arti. 3. affirmant, sacramentum esse, & gratiam conferre, Priori vero opinioni videntur fauere verba concilij Tridentini sup. sess. 24. c. 1. de reformatione matrim. quatenus præsentibus requirunt contrahentes, coram proprio parrocho, vt sacramentum matrimonij ministro, & testibus mutuum, & liberum consensum declarantes, eoloci, Vbi parochus, viro, & muliere

liere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat, ego vos in matrimonium coniugo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, vel aliis vtatur verbis iuxta receptum vniuscuiusq; prouintia ritum. Sed en tibi ex hoc non debes inferre, contractum matrimonialem, inter absentes per procuratores celebratum, esse nullum: quoniam de eo nihil sancta synodus expresse loco citato decreuit. Quamobrem standum est quantum ad huiusmodi contractum cap. fin. de procura. li. 6. & l. Mulierem, ff. de ritu nuptia. Illud autem insuper aduertas, prædicta matrimonia, si præsentem sponsæ parochi, vel alio sacerdote de ipsius parochi, seu ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus contrahantur, firmiora esse iuxta §. Qui aliter, capit. 1. de reformat. matrimo. sessio. 24. concil. Trident. citatū, cuius verba sunt. Qui aliter, quam præsentem parochi, vel alio sacerdote, de ipsius parochi, seu ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus, matrimonium contrahere attemptabunt, eos sancta synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit: & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsentem decreto irritos facit, & annullat. Pro quibus omnibus, si dubium oriatur, cuius firmam exoptes decisionem, sedem cōsule apostolicam. Placeat tamen vnicam prædicti decreti elucidationem ab illustrissimis cardinalibus eiusdem sacri cōcilij Tridentini interpretibus editā, ac euidam prælato emissam, subscribere.

Decretum concilij Tridentini sess. 24. c. 1. de reformatione matrimonij annullat tantummodo cōtractus matrimonij per verba de præsentem clandestine facti: spōsalia autem per verba de futuro reliquit in terminis iuris communis, præterquam quod per copulam prædicta sponsalia non transibūt in matrimonium. Hactenus cardinales interpretationi concilij deputati.

25 Sexti argumenti illationem inficior. Quia si ex facto viri acquirebatur vxori compaternitas, proueniebat ex iure, illud expresse determinante: quia vir, & vxor sunt duo in carne vna. Genes. 2. & c. Martinus. de cog. spiri. Non tamen

men in iure reperitur expresse, per procuratorē posse paternitatē contrahi: sed potius ex iure deducitur oppositum: neque procurator, & dominus habent inter se tantam unitatem, ut maritus, & vxor, inter quos maxima est humanarum vnio.

Verū enim circa antecedens eiusdem argumenti est animaduertendū, quod ante concilium Tridentinum ex facto viri acquirebatur vxori cognatio spiritualis: secus autē postea, quod patet ex bulla Pij. 5. supra. c. 7. n. 15. relata.

26 Ad minorē septimi argumēti respondetur, illud esse speciale in iuramento propter frequentiam, & necessitatem istius remedij ad causarū, negotiorū, litiumq; expeditionē, l. 1. ff. de iu. iur. Ratione enim frequentię multa a iure permittuntur. l. Certi conditio. §. Si numos. ff. Si cert. peta. & l. Quod si nollit. §. Quia assidua. ff. de edili. edi. Et similiter ratione necessitatis. c. In argumēto. de reg. iur. in. 6. Quanda igitur causa, vel negotiū tale est, ut per procuratorē tractari possit, tunc in nonnullis casibus propter aliquam specialem rationē cōceditur a iure, ut iuramētum per procuratorem præstetur. Accessorium enim naturam sequi congruit principalis. c. Accessoriū. de reg. iur. li. 6. In aliis vero casibus, iure non expressis, iuramentum non potest per alium præstari: quia est actus personalis.

27 Ad. 8. respondetur, ecclesiasticos prælatos tolerare, ut principes absentes per procuratorē teneant infantē in sacro fonte in gratiā, & fauorem ipsorū principū, ut prudenter notauit Domin. a Soto in 4. sent. li. d. 42. q. 1. ar. 2. atq; ut inter ipsos principes, & baptizatū, eiusq; parētes amicitia vel incipiat, vel incepta conseruetur: non tamē inde sequi, principes ipsos per procuratorē cognationē aliquam spiritualē contrahere. Quia consuetudo a prælatis non approbatur quantū ad hoc. Sciūt enim prælati opinionē communē semper fuisse in contrariū, ac post conc. Trid. potissimū esse retinēdā. Et si quæstio in iudicio cōtrouerteretur, iuxta cōmunem sententiā præculdubio iudicārēt. Nā extra publicā viam non est deflectendum, ut prouerbiū admonet.

## Summaria capituli decimi quarti.

- 1 **O**piniones diuersae super questione, An procurator, ad tenendam infantem in baptismo delegatus, cognationem spirituales contrahat?
- 2 **Nemo obligatur, nisi consentiens. num. 2. cum declarationibus, & limitationibus. num. 13.**
- 3 **Procurator, ad tenendum infantem in baptismo delegatus, spirituales cognationem contrahit.**
- 4 **Cognatio spiritualis contrahitur per corpoream, & personalem susceptionem infantis de sacro fonte.**
- 5 **Procurator obligatur, etiam si alieno nomine rem vendiderit.**
- 6 **Quauis tutor, vendens rem immobilem pupilli, non transferat rei dominium, neque obliget pupillum, ipse tamen obligatur emptori.**
- 7 **Baptizans, & tenens infantem, dum baptizatur, quauis non intendat cognationem spirituales contrahere, eas contrahunt.**
- Baptizans, & tenens infantem, dum baptizatur, concurrunt tanquam pater, & mater spirituales ad regenerationem, quae fit per baptismum.**
- 8 **Cognationes carnalis, & legalis possunt contrahi contra voluntatem contrahentis. Carnalis, & spiritualis cognatio aequantur.**
- Cognationes, spiritualis, & legalis imitantur carnalem, quantum possunt.**
- 9 **Quod est de ecclesiae statuto, non pendet ex subditorum intentione.**
- Iurisdictio ecclesiastica ad actus omnino interiores non extenditur.**
- 10 **Tenens filium unius, quem credebatur filium alterius, cum quo intendebat contrahere compaternitatem, eam contrahit cum vero patre baptizati, etiam si cum ipso nolisset illam contrahere.**
- 11 **Obligationes ex contractu consensu perficiuntur.**
- Saepe extra id, quod agitur, nascitur obligatio.**
- Obligationes, quae ex quasi contractu nascuntur, nonnunquam ignorantes obligant.**
- Filius absque suo consensu expresso per contractum patris obligatur in sponsalibus.**
- 12 **Quando consequens necessario ex antecedenti sequitur, concessio antecedenti, & consequens concedendum est.**
- 13 **Parochi in libris baptismalibus scribere debent procuratorem, ad tenendum in baptismo delegatum, ut vere compatrem, ipsi quoque de contracta cognatione debent admonere.**



## Caput decimum quartum.

Procurator, ad tenendum in baptismo delegatus, spirituales cognationem contrahit.



Vv u procuratorem delegas, vt precedenti. c. traditum est, cognationem spirituales minime contrahat, inquirendum in presenti est, procurator ipse, ad tenendum infantem in baptismo delegatus, eam contrahat, nec ne?

1 Abbas Panorm. in. c. Veniens. de cognat. spirit. nu. 4. & Federicus Senensis consil. 15. vel. 16. tenent, huiusmodi procuratorem nullam contrahere cognationem spirituales. Idem affirmat Castrensis, & Alex. in. l. Gallus. §. Forfitan. ff. de lib. & posth. Syluest v. Matrimonium. 8. n. 7. Co-uarruias in epit. de sponsal. p. 2. c. 6. §. 4. in fine. Cardi. & Præpositus, in. c. Veniens. citato.

Oppositam vero opinionem amplectuntur Io. Andr. in. c. Potest quis de re. iur. li. 6. Imo. in. c. Accedens. de præb. Gemin. in. c. 1. de cog. spiri. li. 6. Franc. Aret. in. l. Gallus. §. citato. Domi. a Soto in. 4. sent. li. d. 42. q. 1. ar. 2. & alij.

Angelus autem. v. Matrimonium. 3. impedimento. 7. eo modo distinguit in hac questione, quo distinxerat in precedenti.

Tabiena. v. Impedimentum. 5. nu. 3. & Armilla. v. Matrimonium. ita distinguunt. Si procurator intendit cognationem spirituales contrahere, contrahit eam: alias minime.

2 Pro opinione Abbatis potissimum argumentum est. Nemo obligatur, nisi consentiens. l. Consensu. & l. In omnibus rebus. ff. de acti. & oblig. Bar. in. l. Procurator, qui pro eui-ctione ff. de procu. sed procurator in questione præposita non intendit se obligare, neq; spirituales cognationem contrahere, quia nomine alterius, & non proprio tenet: igitur.

Conclu

## Conclusio, quæstioni respondens.

3 Procurator, ad tenendum infantem in baptismo, vel confirmatione delegatus, spiritualem cognationem contrahit, etiam si nullam habeat intentionem contrahendi talem cognationem.

4 Prior conclusionis pars sic ostenditur. Cognatio spiritualis contrahitur per corpoream, & personalem susceptionem infantis de sacro fonte, ut capit. 12. demonstraui-  
mus: sed procurator delegatus propriis manibus tenet infantem in baptismo: igitur contrahit spiritualem cognationem.

Secundo. Vel cōtrahit spiritualem cognationē, qui procuratorem ad tenendum in baptismo infantem delegauit, vel procurator ipse delegatus: sed non ille, ut. c. præcedēti ostendimus: igitur eam contrahit procurator delegatus. Probatur consequentia: quia alias ecclesia deciperetur in damnum animi baptizati.

Tertio cōfirmatur conclusio illo efficacissimo argumēto, quo corroborata fuit vltimo. 4. cōclusio. c. præcedē. n. 18.

5 Quarto, argumento desumpto ex l. Seruus Titij. ff. mandati. vbi procurator obligatur, etiam si alieno nomine rem vendiderit.

6 Quinto ex. l. Si is. C. de prædij mino. vbi quauis tutor, vendēs rē immobilē pupilli, nō possit trāsferre dominium, neq; obligare pupillum, ipse tamen obligatur emptori.

Sexto faciunt ad conclusionis confirmationem. l. Cum post. §. 1. ff. de admi. tut. & l. Si is, qui. §. Si libero homini. ff. Commodati. & notata per Barto. in. l. Cum lex. ff. de fidei iussor. & in. l. Non dubiam. C. de legibus. & in. l. Post mortem. ff. quando ex factō tuto.

Vltimo prima conclusionis pars corroboratur ex verbis concilij Trident. sess. 24. c. 2. de reformi. matrim. supra. c. 7. nu. 15. transcriptis.

7 Posterior conclusionis pars, videlicet etiā si ipse procurator delegatus nullam habuerit intentionem contrahēdi

spiritualem cognationem, ita stabilitur. Baptizans, quando vera baptizat, etiam si non intendat cognationem spiritualem contrahere, nihilominus eam contrahit. 30. q. 1. c. 1. igitur procurator, qui realiter, & vere infantem de sacro fonte suscipit, quanuis non intendat cognationem spiritualem contrahere, eam nihilominus contrahit. Consequentia probatur, quia uterque, tanquam pater, & mater, simul concurrunt ad eundem effectum, videlicet spiritualem regenerationem, & non est maior ratio de vno, quam de altero.

- 8 Secundo. Cognatio carnalis, & legalis possunt contrahi præter intentionem, imo contra voluntatem contrahentis: igitur similiter spiritualis. Consequentia probatur primum: quia carnalis, & spiritualis cognatio coæquantur. cap. Debitum. de baptis. & c. 1. & 2. & c. Post susceptum. 30. quæst. 3.

Rursus, quia spiritualis, & legalis imitantur carnalem, in quantum possunt. l. Post mortem §. fin. ff. de adoptio. & c. Post susceptam citato. Tertio, ex rationibus decidendi. cap. 1. & 2. 30. q. 3. Antecedens autem huius secundæ rationis exemplis fit manifestum. Si filia Petri habeat rem, patre ignorante, imo renitente, cum Titio, & ex copula concipiat, & pariat, tunc inter filium natum, & omnes consanguineos matris contrahitur consanguinitas, & inter consanguineos matris, & patris infantis nati contrahitur affinitas. Et similiter dicendum est, si quis adoptet aliquem in filium contra voluntatem suorum consanguineorum.

- 9 Tertio. Quod est de ecclesiæ statuto, non dependet ex subditorum intentione: quia iurisdictio ecclesiastica ad actus omnino interiores non extenditur, ut libr. 30. disputationum, disputatione. 19. demonstrabimus. Sed de ecclesiæ statuto est, ut qui tenet in baptismo, vel confirmatione infantem, si ad tenendum fuerit designatus, cognationem spiritualem contrahat concili. Trident. loco citato: igitur.

- 10 Ex prædictis, vt appendix, deducitur, quod tenens filium vnus, quem credebatur filium alterius, cum quo intendebat contrahere compaternitatem, eam contrahit cum vero patre baptizati, etiam si cum ipso nolisset illam contrahere: quicquid in contrarium dixerit Gabriel in. 4. sent. lib. d. 42. q. 1. arti. 2. in corollario post quartam conclusionem, & nonnulli canonum doctores.
- 11 Argumenti pro abbate adducti, maiorē propositionem negamus, leges vero pro eius confirmatione citatas dicimus, esse intelligendas de obligationibus, quæ oriuntur ex contractu. Huiusmodi enim obligationes consensu perficiuntur. instit. de obligat. Sunt autem aliæ obligationes, quibus non requiritur consensus. Nam sæpe extra id, quod agitur nascitur obligatio. c. vnico. §. Idem quoque in fine, de despon. impub. & l. Si is, qui. ff. Commodati. Deinde obligationes, quæ ex quasi contractu nascuntur, nonnunquam etiam ignorantibus obligant. instit. de obligat. quæ ex quasi cōtra nascuntur. §. Igitur cum quis ignorat. Filius etiam absq; suo consensu expresso per contractum patris obligatur. c. vnico. de despon. impub. in fine.
- 12 Ad minorem eiusdem argumenti ita respōdetur. Quauis procurator non intendat obligare se, neq; spirituales cognationem contrahere, tamen quia deputatus ad tenendum infantem in baptismo, vel suscipiendum in confirmatione, illum tenet, ex tali tentione, vel susceptione suapte natura contrahitur spiritualis cognatio. Quando autem consequens necessario ex antecedenti sequitur, concessio antecedenti, & consequens concedendum est, vt ostendit Euerardus in suis locis legalibus in loco a concessione antecedentis ad concessionem consequentis. Ipsa enim ratio connexi cogit, vtrunque, velis, nolisque, amplecti.
- 13 Admoneant igitur prælati suos plebanos, vt quādo aliquis, vel procurator, vel nuntius ad tenendum infantem in baptismo delegatur, nomen ipsius procuratoris, vel nūtij, tanquam veri compatris in libris baptismalibus describāt, & nō nomē delegātis ipsum. Præterea, vt plebanus procuratorem

ratores admoneat, inter ipsum, tanquam verum susceptorem, & baptizatum, eiusque parentes, contractam esse cognationem spiritualem iuxta decretum concilij Tridentini, c. 2. de reform. matrim. sess. 24.

## Summaria cap. 15.

- 1 **V** Naqueque res est propter suam operationem.  
Effectus rei rationem finis obtinet.
- 2 **S**piritualis cognatio vel antecedit matrimonium, vel aduenit matrimonio iam contracto.  
*Spiritualis cognatio ex catechismo impedit: sed non dirimit matrimonium.*  
*Qui contrahit matrimonium cum spirituali cognata ex solo catechismo, non potest contractum matrimonium consummare, neque debitum coniugale exigere.*
- 3 **C**ognatio spiritualis ex catechismo remanet post matrimonium contractum.  
*Cognatio spiritualis est impedimentum matrimonij perpetuum.*  
*Qui emisit castitatis simplex votum, si contrahat, matrimonium tenet, peccat tamen, illud consummando, debitumque exigendo.*
- 4 **C**ognatio spiritualis ex baptismo, vel confirmatione non solum impedit, sed etiam dirimit matrimonium subsequens.
- 5 **E**t ante cognationem spiritualem matrimonium fuerit contractum, nullatenus per illam subsequentem dirimitur.  
*Matrimonium semel legitime initum, regulariter non dirimitur quo ad vinculum: Id, quod prius legitime factum est, propter superuenientem causam infringi non debet, etiam quando res deueniret ad eum statum, a quo incipere non poterat.*
- 6 **C**ognatio spiritualis non extinguitur per mortem persone, qua mediante, fuit contracta.  
*Impedimentum affinitatis est perpetuum: nec extinguitur per mortem illius, quo mediante affinitas fuit contracta.*
- 7 **T**res sunt legalis cognationis species cum declaratione.
- 8 **P**atre legali mortuo, vel filio naturali emancipato, potest inter filium naturalem, & filiam adoptatam matrimonium contrahi.
- 9 **I**mpedimenti causa cessante, cessat impedimentum matrimonij.  
*Sublata causa conseruatrice, aufertur effectus.*  
*Cognatio legalis secundae speciei dissoluitur duobus modis.*
- 10 **C**ognatio spiritualis, semel contracta, nunquam dissoluitur.  
*Cognatione spirituali remanente, remanent eius effectus.*
- 11 **Q**uando sunt diuersae rationes in duobus iure adaequatis non procedit argumentum de vno ad alterum.

ratores admoneat, inter ipsum, tanquam verum susceptorem, & baptizatum, eiusque parentes, contractam esse cognationem spiritualem iuxta decretum concilij Tridentini, c. 2. de reform. matrim. sess. 24.

## Summaria cap. 15.

- 1 **V** Naqueque res est propter suam operationem.  
Effectus rei rationem finis obtinet.
- 2 **S**piritualis cognatio vel antecedit matrimonium, vel aduenit matrimonio iam contracto.  
*Spiritualis cognatio ex catechismo impedit: sed non dirimit matrimonium.*  
*Qui contrahit matrimonium cum spirituali cognata ex solo catechismo, non potest contractum matrimonium consummare, neque debitum coniugale exigere.*
- 3 **C**ognatio spiritualis ex catechismo remanet post matrimonium contractum.  
*Cognatio spiritualis est impedimentum matrimonij perpetuum.*  
*Qui emisit castitatis simplex votum, si contrahat, matrimonium tenet, peccat tamen, illud consummando, debitumque exigendo.*
- 4 **C**ognatio spiritualis ex baptismo, vel confirmatione non solum impedit, sed etiam dirimit matrimonium subsequens.
- 5 **E**t ante cognationem spiritualem matrimonium fuerit contractum, nullatenus per illam subsequentem dirimitur.  
*Matrimonium semel legitime initum, regulariter non dirimitur quoad vinculum: Id, quod prius legitime factum est, propter superuenientem causam infringi non debet, etiam quando res deueniret ad eum statum, a quo incipere non poterat.*
- 6 **C**ognatio spiritualis non extinguitur per mortem persone, qua mediante, fuit contracta.  
*Impedimentum affinitatis est perpetuum: nec extinguitur per mortem illius, quo mediante affinitas fuit contracta.*
- 7 **T**res sunt legalis cognationis species cum declaratione.
- 8 **P**atre legali mortuo, vel filio naturali emancipato, potest inter filium naturalem, & filiam adoptatam matrimonium contrahi.
- 9 **I**mpedimenti causa cessante, cessat impedimentum matrimonij.  
*Sublata causa conseruatrice, aufertur effectus.*  
*Cognatio legalis secundae speciei dissoluitur duobus modis.*
- 10 **C**ognatio spiritualis, semel contracta, nunquam dissoluitur.  
*Cognatione spirituali remanente, remanent eius effectus.*
- 11 **Q**uando sunt diuersae rationes in duobus iure adaequatis non procedit argumentum de vno ad alterum.

## Caput decimum quintum.

De effectibus spiritualis cognationis,  
matrimonium antecedentis.



**DEINCEPS** agendum est de cognationis spiri-  
tualis effectibus: quorū disputatio ad vltimam  
ex quatuor Aristotelis quæstionibus reducitur,  
nempe ad quæstionem propter quid est. Nam  
vnaquæq; res, eodem Aristotele auctore libr. 2. moral. En-  
dem. c. 1. & lib. 2. de anima. c. 2. sit propter suam operatio-  
nem, & effectum, effectus rei rationem finis obtinet.

**2** Spiritualis cognatio vel antecedit matrimonium, vel  
aduenit matrimonio iam contracto. Si antecedit: illa, quæ  
ex catechismo cōtrahitur impedit, sed non dirimit matri-  
monium. c. Contracto, extra de cogna. spir. & c. Per ca-  
techisimum, eodem titulo. li. 6.

**3** Sed est aduertendum, cum, qui contrahit matrimonium  
cum spirituali cognata ex solo catechismo, nō posse absq;  
peccato, post contractum matrimonium exigere debi-  
tum coniugale. Quia, & si huiusmodi cognatio matrimo-  
nium non dirimat, remanet tamen post matrimonium con-  
tractum: quia est impedimentum perpetuum, nec per sub-  
sequens matrimonium tollitur. Vnde quemadmodum qui  
castitatis votum simplex emisit, si cōtrahat, matrimonium  
tenet, peccat tamen, illud consummando, debitumque exi-  
gendo: sic qui huiusmodi cognationem cōtraxit.

**4** Cognatio vero spiritualis, quæ ex baptismo, cōfirmatio-  
ne nascitur, non solum impedit, sed etiam dirimit, subse-  
quens matrimonium. c. Veniens, extra de cognat. spiritua-  
li. & c. 1. & fin. eodem tit. li. 6.

**5** Si autē ante cognationē spiritualem matrimoniū fuerit  
cōtractū, nullatenus per illā subsequentē dirimitur. c. De  
co. & c. De his. & c. Dictū. 30. q. 1. & c. Si vir. de cog. spir.

Cuius ratio est: quia matrimoniū, semel legitime initum, regulariter non dirimitur quo ad vinculū secundū omnes catholicos, vt supra. c. 3. ostendimus. Id enim, quod prius legitime factū est, propter superuenientē causam infringi non debet, etiam quauis res deueniret ad eum statum, a quo incipere non poterat. l. Non est nouū. vbi late per Decium ff. de regu. iur. c. Factum legitime, vbi Dinus eodem titu. lib. 6. l. Pluribus. §. Et si placet, vbi Barto. & alij ff. de verb. obligat. l. Patre furioso, vbi Baldus notabile. 3. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.

Verum vero huiusmodi cognatio post matrimoniū contracta debiti conjugalis exactionem impediatur infra cap. 17. & 18. declarabitur.

6 Verum enim notandum est, impedimentum spiritualis cognationis, vtpote perpetuum, non extinguatur per mortem personæ, qua mediante, cognatio fuit contracta, vt notauit Gabriel in supplemento. 4. libr. sent. d. 42. q. 1. arti. 2. conclu. 5. Et bene probatur, argumēto ex affinitate adducto. Affinitas enim impedimentum matrimonij est perpetuum etiam de iure ciuili: nec extinguatur per mortem illius, quo mediante, affinitas fuit contracta. §. Affinitatis. institu. de nupt. glossa in. l. Cui eorum. versic. Præsentis. ff. de postula.

Contra prænarratam Gabrielis sententiam adduci potest argumentum ex cognatione legali. Impedimentum enim cognationis legalis nō est perpetuum: siquidem non durat, nisi durante adoptione, quæ solui non potest. c. r. de cognatione legali. & capit. Per adoptionem. 30. q. 3. igitur neque impedimentum cognationis spiritualis perpetuum est, &c.

7 Pro argumenti intelligentia, & responsione sciendū est, triplicem esse legalem cognationem. Prima quasi ascendentium, quæ contrahitur inter patrem adoptantem, & filium, vel filiam adoptatos, & deinceps vsque in quartum gradum. §. Ergo. institu. de nupt.

Secūda est quasi transuersalis, scilicet inter filiū adoptatum



tum, & filios naturales eiusdem adoptatis. c. Per adoptionem, & c. Ita diligere. 30. q. 3. c. vnico. de cognat. legal. l. Qui per adoptionem. ff. de ritu nupt.

Tertia verò per modum cuiusdam affinitatis resultat inter patrem adoptantem, & vxorem filij adoptati: & contrario inter filium adoptatum, & vxorem patris adoptatis. l. Adoptiuus. ff. de ritu nupt.

Prima & tertia, cognatio perpetuum impedimentum sunt matrimonij. Quia huiusmodi cognationes, postquam interpretatas personas cōtractæ sunt, dissolui nō possunt.

8 Secunda cognatio est impedimentum matrimonij non perpetuum, sed quādiu filius adoptantis sub potestate patris perstiterit. Vnde vel eodem patre mortuo, vel filio emancipato, potest inter filium naturalem, & filiam adoptatam matrimonium constare. §. 2. instit. de nupt. vbi glōf. & legum doctores, glossa & iuris pontificum professores in. c. 1. de cogn. lega. theolo. in. 4. sent. lib. d. 42. Sotus eadem dist. q. 2. art. 2. D. Nauarrus in man. c. 22. n. 45.

9 His vt cunque explicitis ad argumentum respondetur, cognationem legalem secundæ speciei dissolui prædictis duobus modis: sublata autem cognatione, nō remanet impedimentum matrimonij. Quia impedimēti causa cessante, cessat ipsum impedimentum. l. Et si contra, & ibi Bald. in summano, & Salicet. C. de nupt. c. Post translationem, de renuntia. l. Si ob turpem, & ibi Baldus in fine. ff. de condit. ob turpem caus. Sublata enim causa conseruatrice, auferitur effectus. c. Et si Christus. de iur. iur. c. Statuimus. d. 9. l. Adoptionem. ff. de ritu nupt.

10 Cognatio autem spiritualis, semel contracta, nunquam dissoluitur; vnde ea manente, remanet etiam eius effectus, scilicet impedimentum matrimonij, ex ea proficiscens.

11 Cum igitur sint diuersæ rationes in vtraque cognatione, non procedit de vna ad alteram argumentum, etiam si coarquata sint in aliis a iure.

## Summaria cap. 16.

- 1 Vtrum pœnæ, utroque iure impositæ, nuptias incestas contrahentibus, comprehendant eos, qui cum cognatis spiritualibus matrimonium celebrant?
- 2 Diffinitio incestus. n. 1. C. 24. C. 26. C. 27.
- 3 Leges pœnales extra propriam verborum significationem non sunt extendendæ.
- 4 Incestus est luxuriæ species, peccatum mortale, grauiusq; adulterio.
- 5 Apud antiquos nefas erat, filium simul cū patre balnari, ne se inuicem nudos conspicerent.
- 6 Referuntur historie pro incesti abominatione.
- 7 An incestus absolutio sit episcopo reseruata?
- 8 Incestum committit, qui extra legitimum matrimonium cum cognata spirituali rem habet.
- 9 Narratur historia ex D. Gregorio pro incestus abominatione.
- 10 Pœnitentiæ secundum canones incestuosis imponenda.
- 11 Pœnæ, utroq; iure statuta in celebrantes nuptias incestas, comprehendunt contrahentes, consummantesq; matrimonium absq; legitima dispensatione cum cognatis spiritualibus.
- 12 Referuntur pœnæ, utroq; iure impositæ nuptias incestas contrahentibus. n. 11. C. sequentibus.
- 13 Super impedimētis, iure humano introductis, quæ matrimonium solum impediunt, potest episcopus dispensare, si cum ipsis non concurrat impedimentum, etiam matrimonium dirimens.
- 14 Contrahentes matrimonium cum consanguineo, vel affine sunt ipso facto excommunicati: non ita, qui contrahunt cum spirituali cognata.
- 15 Pœnæ quæcunque, iure civili incestis nuptiis appositæ, in his quoque nuptiis locum habent, quas incestas dici, ius pontificium statuit.
- 16 Pœna confiscationis omnium bonorum, contrahentibus incestas nuptias iure civili imposita, per ius canonicum est confirmata.
- 17 Pœnæ, in contrahentes nuptias incestas statuta, locum habent, ubi ab initio scienter contracta fuerunt.
- 18 Non comprehendunt contrahentes sponsalia de futuro.
- 19 Sine copula carnali incestus proprie committi non potest.
- 20 An prædictæ pœnæ perstringant contrahentes matrimonium cum spirituali cognata ex solo catechismo?
- 21 Catechismus baptismi assimilatur sponsalitiis.
- 22 Incestus commissus cum cognata spirituali ex solo catechismo non habet perfectam incesti rationem.
- 23 Peccat mortaliter, qui cum cognata ex solo catechismo matrimonium contrahit.
- 24 Cognatio spiritualis ex solo catechismo solummodo impedit matrimonium.
- 25 Perfecta spiritualis cognatio ex solo baptismo, confirmationeue nascitur.
- 26 Quæ pœna quilibet illicitus coitus sit vindicandus. Et quibus nationibus incestus fuerit

- fuorit impunitus.
- 25 *Omnis diffinitio in iure periculosa est: atque ita etiam in naturalibus.*
- 26 *Incestus est duplex, &c.*
- 27 *Nomen incestus derivatur a cesto, Veneris Verticordie cingulo.*
- 28 *Quot fuerit Veneres.*
- 29 *Incestus cum spirituali cognata commissus vniuoce conuenit cum aliis incestus speciebus.*
- Quando ratio, quare nomen fuit impositum, pariter reperitur in omnibus suis significatis, proprie de omnibus dicitur, quamuis prius impositum fuerit ad significandum vnum, deinde deductum ad significandum aliud.*
- 30 *Quando verba constitutionis poenalis lata significatione trahi possunt ad eorum, in quo reperitur rationis paritas, tunc potest extendi constitutio poenalis.*
- Quando multorum eadem est ratio, & omnimoda similitudo, tunc dispositum in vno extenditur ad alia, & potius dicitur comprehensio, quam extensio.*
- 31 *Argumentum a fortiori procedit in poenis.*
- Argumentum de carnali ad spiritualement cognationem procedit a fortiori.*

## Capitulum decimum sextum.

Pœnæ, utroque iure statutæ in celebrantes nuptias incestas, comprehendunt contrahentes absque dispensatione cum spiritualibus cognatis.



**M**ULTÆ, grauesque pœnæ utroque iure impositæ sunt nuptias incestas contrahētibus: quas quidem minime comprehendere eos, qui cum spiritualibus cognatis matrimonium celebrāt, duobus comprobari potest.

Vnum: quia incestus est coitus inter consanguineos, vel affines. c. Lex illa. ver. Incestus. 36. q. 1. institut. de nupt. §. Ergo, & ibi legum doctores. D. Thomas 2. 2. q. 154. articul. 9. glossa in rubrica. C. ad. l. Iuliam de adult. Abb in. c. 1. de eo, qui cognouit. Angelus, Tabiena, Armilla, v. Incestus. cognati autem spirituales neque consanguinei, neque affines sunt: ergo.

Alterum

- 3 Alterū, quoniā Caietanus. 22. q. 154. ar. 9. docet, coitum cum spiritali cognata metaphorice dici incestum: leges autem pœnales extra propriam verborum significationem non sunt extendendæ. c. Odiā. cum similibus, de regu. iur. li. 6. l. Non aliter. ff. de legat. 3. Bart. in l. Quemadmodum, C. de agric. & cen. li. 11. l. Cum lege. & ibi Aretinus. ff. de testa. Calderinus in cons. 1. tit. de consang.
- 4 Sed his non obstantibus, sit prima conclusio. Incestus est luxuriæ species, mortale peccatum, grauiusque adultério. Ex Diuo Augustino lib. de adulte. coniug. cuius verba referuntur, c. Adulterij. 32. q. 7. ex Gratiano in, c. Quemadmodum. §. Sunt enim in fornicatione gradus. 32. q. 7. & in c. Lex illa præteritorum. 36. q. 1. ex Diuo Thoma. 2. 2. q. 154. ar. 1. & 2. & 9. in quibus conclusionem sufficienter comprobat. ex Florentino. 2. p. tit. 5. c. 5. §. 2. vbi multa ex diuinis congeffit scripturis, quæ assertionem ostendunt: ex concilio Aurelianensi, cuius verba referuntur a Gratiano. c. fin. 35. q. 8. & a Burchardo. li. 7. c. 5.
- 5 Ad confirmationem prædictæ conclusionis vtcumque faciunt id, quod Cicero libr. 1. offic. commemorat, nempe apud antiquos Romanos nefas esse, filium simul cum patre aut focerum vna cum genero balneari, ne se inuicem nudos conspicerent. Item historia Valerius Maximus. libr. 1. c. 8. refert, nimirum Nausimenis Atheniensis vxorem, cum filij, ac filix suæ stupro interuenisset, inopinati mōstri percussam conspectu tunc & in posterum obmutuisse: incestos autē filium, & filiam seipso voluntarie interfecisse. Illud deinde, quod Aristoteles lib. 9. historiæ animalium. c. 47. narrat pro incestus abominatione, scitu quidem dignissimum, videlicet. Cameli matres nunquam superueniunt suas: sed etiam si quis cogat, ipsi non patiantur. Iam cū aliquando admissarius non haberetur, curator pullum, matri operæ admittit, qui dum coiret, delapso operimento, agnouit matrem, & quanuis coitum absoluerit, memor tamen commissi sceleris paulo post camelarium illum morsu defixo interemit. Ferunt etiam, regi Scytharum fuisse equam

equam egregiam, ex qua mares generosi omnes gignerentur, quorum unum, qui præstantior haberetur, cum, ut ex matre procrearet, placeret, admissam omnino recusasse, opertam deinde latuisse matrem, ut imprudens superueniret: verum ubi a concubitu faciem matris detectam agnouerat, fugam properasse, atque se ipsum actum præcipitem interemisse. Hactenus Aristoteles Similes equorum historias scribunt Marcus Varro lib. 2. capit. 7. Aristotel. lib. 9. histor. animalium. cap. 45. Plinius lib. 8. capit. 42. & Tiracquellus in. 7. lege connub. num. 47. quas nos repetiuimus supra annotatione. III.

6 Dubitari posset, An incestus absolutio sit episcopis reseruata? Et quauis Guilelmus de Monte Lauduno in Clemen. Dudum. de sepul. & gloss. Raimundi in summa sacramentorum tractatu. 4. de pœni. c. 9. inter casus reseruatos incestum connumeret: verum tamen dicendum est, eius absolutionem neque iure communi, neque vniuersali consuetudine esse episcopis reseruatum, prout lib. 1. c. 16. de casuum reseruatione nos, Deo auspice, ostendemus. In multis autem diœcesibus, vel per constitutiones synodales, vel per consuetudinem præscriptam reseruatur, ut: firmiter Hostiensis in summa titu. de pœniten. & remiss. §. Cui confitendum sit, & glossa in. c. Si episcopus, de pœnit. & remissio. lib. 6.

## Secunda conclusio.

7 Incestum committit, qui extra legitimum matrimonium cum cognata spiritali rem habet. Florentinus. 2. p. theolo. tit. 5. cap. 5. in principio. & Martinus de Magistris in. q. de incestu, & doctor Nauarrus in manuali. c. 15. nu. 3. in tertia luxuriæ specie.

Conclusio probatur primum ex capit. 1. 2. & 3. 30. q. 3. Iterum ex concil. Maguntini capit. 3. ubi inter incestus species connumeratur, habere rem cum spiritali cognata. Eius verba referuntur a Burchardo lib. 17. capi. 8. Similis  
coanu-

connumeratio fit in concii Chalcedo. cuius verba referuntur a Gratiano. c. Si pater. 30. q. 4.

8 Tertio in huius conclusionis confirmationem nõ abs re fore arbitror, transcribere quandam historiam a D. Gregorio li. 4. dialogorum. c. 32. memoriæ proditam. Terribile etiam quiddam in Valeriæ prouintia contigisse, vir vitæ venerabilis Maximianus Syracusanus episcopus, qui diu in hac vrbe meo monasterio præfuit, narrare consuevit, dicens: Quidam curialis illic sacratissimo paschali sabbatho iuenculam cuiusdam filiam in baptisate suscepit: qui post ieiunium domum reuersus, multoque vino inebriatus, eandem filiam suam secum manere petiit, eamque nocte illa, quod dictu nefas est, perdidit. Cumque mane factò surrexisset, reus cogitare cœpit, vt ad balneum pergeret, ac si aqua balnei lauaret maculam peccati. Perrexit igitur, lauit, cœpitque trepidare, ecclesiam ingredi. Sed si tanto die non iret ad ecclesiam, erubescerat homines: si vero iret, pertimescebat iudicium Dei. Vicit itaque humana verecundia, perrexit ad ecclesiam, sed tremebundus, ac pauens stare cœpit, atque per singula momenta suspectus, qua hora immundo spiritui traderetur, & coram omni populo vexaretur. Cumque vehementer timeret, ei in illa missarum celebritate quasi aduersũ nihil contigit: Qui lætus exiit, & die altero ecclesiam iam securus intravit, factumque est, vt per sex continuos dies lætus, ac securus procederet, æstimans, quod eius scelus Dominus aut non vidisset, aut visum misericorditer auertisset. Die autem septimo subita morte defunctus est, Cumque sepultura traditus fuisset, per longum tempus, cunctis videntibus, de sepulcro illius flamma exiit, & tandiu ossa eius concremauit, quousque omne sepulcrum consumeret, & terra, quæ in tumulum collecta fuerat, defossa videretur. Quod videlicet omnipotens Deus faciens, ostendit, quid eius anima in occulto pertulit, cuius etiam corpus ante humanos oculos flamma consumpsit. Qua in re nobis quoque hæc audientibus, exemplum formidinis dare dignatus

dignatus est, quatenus ex hac consideratione colligamus, quid anima viuens, ac sentiens pro reatu suo patitur, si tanto ignis supplicio etiam insensibilia ossa concremantur. Hactenus. D. Gregorius.

9. Pro pœnitentia, cognoscēti carnaliter spirituales cognatas imponenda, subscribam canones pœnitentiales.

### Canon pœnitentialis secundus.

Si presbyter cognouit filiam suam spirituales, quam scilicet baptizauit, vel in baptismo, vel confirmatione tenuit, vel quæ sibi confessa fuit, debet pœnitentiam agere duodecim annis, & etiam debet deponi, si crimen sit manifestum, & peregrinando quindecim annis pœniteat, & postea monasterium intret, tota vita sua moraturus ibidem. Episcopus vero, qui talia commisit, pœniteat quindecim annis: ipsa vero mulier debet omnia relinquere, & res suas pauperibus dare, & conuersa vsque ad mortem in monasterio Deo seruire. c. Si quis sacerdos. & capit. Non debet. 30. quæst. 1.

### Canon tertius.

Quicumque filiam suam spirituales, vel matrem cognoscit, septem annis pœniteat, & similiter ei consentientes, 30. q. 3. c. Non oportet.

### Canon quintus.

Qui cognoscit duas commatres, vel sorores, siue vxor uiuat, siue non, ad minus septem annis pœniteat, licet plus deberet. 30. q. 4. c. Si pater.

Et quanquã huiusmodi pœnitentiæ in desuetudinem abierint: ceterum ex eis quilibet facile deprehendere poterit grauitatem incestus cum spirituali cognata commissi, & confessarius quicumque proportionabiliter æstimare pœnitentiam pro illo hisce temporibus in animi foro imponendam.

## Tertia conclusio.

10 Pœnæ, utroque iure statutæ in celebrantes nuptias incestas, comprehendunt contrahentes, consummantesque matrimonium absque legitima dispensatione cum cognatis spiritualibus ex baptismo, vel confirmatione. Probat: quia huiusmodi leges puniunt incestum: & ut conclusione secunda ostendimus, incestum committit, qui extra legitimum matrimonium rem habet cum spirituali cognata.

11 De iure autem pontificio contrahentes incestas nuptias sunt infames decreto Calixti papæ. c. Consanguineorum. 3. q. 4. Et si alter ab altero non separetur, sunt excommunicandi iuxta concilij Aurelianensis. 3. c. septimum. & concilij Agathensis. c. 8. quod refert Burchardus li. 7. c. 4.

12 Deinde homines incesti facultate contrahendi matrimonium priuantur: siue incestus patratus sit cum consanguinea, siue cum affine, ut post Paludan. in. 4. sent. li. d. 34. q. 1. & summam Rosellam, tenent contra alios Alfonso a Castro li. 2. de potestate legis pœnalis. c. 7. & Sotus in. 4. sent. li. d. 37. q. 1. ar. 1. & 2. 2c cæteris sufficientius demonstrant doctor Nauarrus in man. c. 22. n. 74. & sequentibus, & Antonius Corduben. li. 1. q. 12. sui quæst. Imo etiam si commissus sit cum spirituali cognata: quidquid in contrarium senserit Paludan. in 4. sent. li. d. 42. q. 1. Cuius sententia expresse refellitur. c. Si quis filiastrum suum, & cap. De eo. 30 q. 1. & c. 3. conc. Magunt. quod supra retulimus. n. 7. Potest tamen in hoc impedimento episcopus dispensare, ut infra. c. 19. ostendemus: nisi cum eo concurrat impedimentum dirimens: quia solus incestus quanquam impedit, non tamen dirimit matrimonium.

13 Excommunicatio vero, in Clem. vnica, de consan. & affinit. ipso facto fulminata in contrahentes in gradu consanguinitatis, vel affinitatis cõstitutione canonica prohibito, in quosdamque alios ibi expressos, non comprehendit contrahentes matrimonium cum spirituali cognata secundum glossam, & Stephanum, Paulum de Leazaris, & Genzelinum



num, Zabarellam, Ancharran, & Imolam, cæterosque scribentes super eandem Clementinam.

Pœnæ autem, iure Cæsareo statutz in contrahentes nuptias incestas, iureve pontificio damnatas, continentur. l. Incestas. l. Si quis incesti. l. Ex complexu. l. Qui contra. C. de incestis nup. & athenti. eiusdē tituli. Quas quidē comprehendere contrahentes matrimonium cū spirituali cognata, compertum est. Quandoquidem non solum contrahentes nuptias incestas, sed etiam iure canonico damnatas, prædictis pœnis subiiciuntur, vt videre est in iuribus præcitatis.

14 Quin pœnæ quæcunque, iure ciuile incestis nuptiis appositæ, in iis quoque nuptiis locum habent, quas hodie incestas dici, ius pontificium statuit secundum Abba, c. i. & si. de dona. inter vir. & vxorem, Decium conf. 158. Palcot. de nothis, spuriisq; . c. 42. nu. 9.

15 Et est aduertendum, pœnam confiscationis omnium bonorum, citato authentico constitutam contra contrahentibus nuptias reprobatas, confirmatam esse. c. Cum secundum leges. de hæret. lib. 6.

16 Leges vero, & canones citati perstringunt, & puniunt illos, qui scienter incestas nuptias celebrant: non tamen omnino ignorantes, secundum glossam in Clem. vnica. v. Scienter. de consan. & affinitate. & in. c. Decreuit. de hæretic. li. 6. & in. l. Qui contra. C. de incestis nup & in. c. Si necesse. de donat. inter vir. & vxorem. Felinum in. c. Examinata. de iudic. Francum in capit. Decreuit citato. Imolam in Clement. vnica allegata. Bartolum in. l. Si adulterium cum incestu. ff. ad legem Iuliam de adulteri. & l. si. ff. de cond. sine causa, vbi Castrensis.

17 Per nuptias non sponsalia de futuro, sed matrimonium de præsentī intelligitur ad effectum incurrendi prædictas pœnas, vt notant Barto. Iasson, & alij in. l. fin. ff. de condi. sine causa. Couarruias, 2. p. epit. de sponsalib. capit. 6. §. 8. glossa in Clementi. prima, de consang. & affinit. Syluest. v. Pœna. num. 4.

- 18 Præterea leges ciuiles, punientes incestas nuptias, locum habent, quando matrimonium est consummatum, & non alias. Anto. Præpositus, & Abb. in. c. Et si necesse. de donat. inter virum, & vxor. Couarru. loco citato. Ratio est: quia cum leges ciuiles in his nuptiis incestum puniant, carnalis copula necessario requiritur, sine qua incestus proprie committi non potest. Incestus enim est coitus, & c. vt infra nu. 26. & 27. docebimus.
- 19 Dubitari autē merito posset, An pœnæ, contrahentibus incestas nuptias vtroq; iure impositæ, cōprehendant contrahentes cum cognatis spiritualibus ex solo catechismo?
- 20 Cui respondeo negatiue. Primo, quia prædictæ pœnæ minime comprehendunt illos, qui contrahunt sponsalia de futuro, vt diximus: catechismus autem assimilatur sponsalicio, vt declarauimus. c. 10. nu. 7. igitur.
- 21 Secundo, quia peccatum in tali matrimonio patratum, quanuis sit mortale secundum Domin. a Soto in. 4. sent. lib. d. 37. q. vni. ca. ar. 1. post conclusionem. 2. non habet tamen perfectā incestus rationem. Quia quæadmodum catechismus est dispositio ad baptismum, sic cognatio ex catechismo est veluti dispositio ad perfectam cognationem spirituales, quæ ex solo baptismo, confirmatione ve nascitur.
- 22 Tertio, quia impedimentum ex solo catechismo nō dirimit: sed solum impedit matrimonium, vt diximus. c. 15.
- 23 Qua pœna quilibet illicitus coitus sit vindicandus, exacte tractauit. Paul. Grill. tract. de pœn. omnis coitus. Nationes vero, quibus vel iure positiuo, vel consuetudine incestum fuit permillum, eleganter, ac compendiose refert Alexand. ab Alex. li. 1. dierum genial. c. 24.
- 24 Ad. 1. argumentū responderetur, illā nō esse perfectā definitionē, sed quandam incesti descriptionē. Aliter enim incestū definiūt Flore. & D. Nau. locis supra. 2. cōcl. citatis: aliter Raine. & Alberi. in dictione incestus: aliter Calepin.
- 25 Præterea omnis definitio in iure periculosa est. Rarum est enim, vt subuerti nō possit. I. Omnis definitio. ff. de reg. iur. Quod etiam in naturalibus verū est. Nam Aristo. 7. li. topic.

- topic. c. 3. latissime docet, diffinitionis constructionē difficilem esse, destructionem autem perfacilem.
- 26 Deinde incestus duplex est: vnus iure naturali, alter iure civili, vel canonico introductus, vt colligitur ex. l. Si adulteriū cum incestu. §. Stuprum. ff. ad. l. Iuliam de adult. iuncta glossa. in ver. Iure gentium, & ver. Nostri.
- Incestus, iure naturali prohibitus, est coitus inter cōsanguineos, vel affines in gradibus, iure naturali m̄rimonium phibētibus, vel in eodē iure p̄xime, ac potissimū fundatis.
- Incestus, iure scripto introductus, est coitus inter personas, quibus solo iure humano posituo matrimonium est omnino interdictum.
- 27 Quam ob rē incestus generaliter sic describitur a Calpurnio in eadem dictione. Incestus est concubitus cum ea, cum qua non erat futurum legitimum matrimonium. Hęc descriptio cōgruit nominis derivationi. Nam incestus deducitur a cesto, Veneris Verticordæ cingulo, quo amor maritalis in legitimis nuptiis conciliari putabatur.
- 28 Fuerūt enim plures Veneres Cic. li. 3. de nat. deo. quatuor meminit. D. Aug. li. 4. de ciuit. Dei. c. 10. tres tradit fuisse: vnā virginū, quæ etiā Vesta dicitur: aliā coniugatorū, aliā meretricū. Plato in cōuinio geminā ponit Venerē: cęlestē, quæ optimos, sanctissimosq; excitaret amores: alterā inferiorē popularē, qua in libidinē impellimur. Illā Venerē sanctā veteres omnes castitatis existimarūt suadentē, impultricēq;. Hinc apud Romanos eū mulieres multæ in flagitiū libidinis irruerēt pene furētēs, ex libris Sybillinis simulacrū Veneris Verticordæ est consecratum, quo facilius virginum, mulierumque corda a libidine ad pudicitiam verterentur. Ouidius. 4. libro Faustorum, & alij.
- 29 Ad. 2. respōdetur, incestū cum spirituali cognata eo dici posse incestū per methaphoram, quod primitus positū fuit nomē ad significandum incestū iure naturali, vel civili prohibitum, deinde ex rationis paritate, maximaque similitudine ampliatum ad significandum eum, qui cū spirituali cognata committitur, iure solo pontificio introdu-

ctum. Ex hoc autē non cōsequitur incestum, cum cognata spirituali patratum, improprie incestū appellari. Tum quia in genere incesti cū reliquis eius speciebus vnivoce cōuenit. Tum etiā quia, quando ratio, quā obrem nomē fuit impositū, pariter reperitur in omnibus suis significatis, proprie de omnibus dicitur, quanuis prius impositum fuerit ad significandum vnum, deinde deductum, & ampliatur ad significanda alia.

30 Præterea licet cōcedamus, incestum, cum spirituali cognata cōmissum, per metaphoram incestū appellari, haud quaquā inde sequitur intentum argumenti. Primum, quia quādo verba constitutionis pœnalis lata significatione trahi possunt ad casum, in quo reperitur rationis paritas, potest extendi constitutio pœnalis. Quod deprehenditur ex doctrina glo. in. c. si. super ver. Electione, de electione. li. 6. quam eo loci amplectitur Ant. de Butr. Propterea quod quando eadē est ratio, & omnimoda similitudo, nō dicitur proprie extensio: sed potius inclusio, & cōprehensio secundum gloss. in. c. 1. versic. Italiae. de tempor. ordin. lib. 6. quæ omnibus est in ore.

31 Iterum, quoniam argumentum a fortiori procedit etiam in delictis, & eorū pœnis. l. Si quis non dicam rapere, & ibi Bal. notab. 2. C. de epis. & cle. & l. Si adulteriū cū incestu. §. Liberto. ff. ad l. Iuliam de adult. a fortiori autem procedit argumentum de cognatione carnali ad spiritualem, vt expresse habetur. c. 1. & 2. 30. q. 3.

## Annotationes ad cap. 16.

### CXXIX. DE CORPORIS NVDITATE. A.

1 Admonitas esse vellē mulieres omnes, pudicitia colentes, vt nullam præter faciē, & manus partē corporis vel fratribus ostendant. Nuditas quidem mulierū adeo libidinē irritat, vt contēptis naturæ legibus, nulla generis, affinitatisq; ratione habita, ad infandam Venerem saepe compulerit. Legitote ruinam Dauidis cum Bersabe. 2. Reg. c. 11.

2 D. Ambrosius li. 3. de virgin. loquēs de Herodiade, ait: An quicquam est tā proum ad libidinē, quam in conditis moribus ea, quæ vel natura abscondit, vel disciplina velauit, membrorum operta nudare?

3 Diuus Hieronymus de vitando suspecto contubernio. Palliolum interdum cadit, vt candidos nudet humeros: & quasi videri noluerit, celat festina, quod volens detexerat. Et quando in publico quasi per verecundiam operit faciem, lupanariū arte id solum ostendit, quod ostensum magis placere potest.

4 Idem ad Demetriadem de virgi. seruanda. Tibi sit pulcra, illa amabilis, illa habenda inter socias, quæ se nescit esse pulcram, quæ negligit formæ bonum, & procedens ad publicum, non pectus, non colla denudat, nec pallio reuoluto ceruices aperit: sed quæ celat faciē, & vix vno oculo, qui viæ est necessarius, patente ingreditur.

5 Idem ad Lætiam de institurione filiæ. Mihi, inquit, omnino in adulta virgine lauacra displicent, quæ se ipsam debet erubescere, & nudam videre non posse.

6 Theodoretus in lib. de virtute actiua laudat Lysidisen, quæ præ insigni quadam pudicitia, ne tunc quidem cum lauaretur, subuculam exueret. Philetæram item, quæ cum in labrum balneare descenderet, quantum corporis aquæ immergeretur, tantum ab inferiori parte sensim detegeret, subucula paulatim ad superiora subducta: cumque aquis lota emergeret, eadem ratione superiora corporis amictu obtegeret.

7 Socrates in tripartita hist. lib. 1. c. 11. tradit, cum Ammonius Ægyptius, & Theodorus eius discipulus aliquando vellent fluuium transire, iussisse Ammonium, ne alter alterum nudum conspiceret, Theodorum abire: cumq; senior se quoq; ipsum erubesceret nudum intueri, repente diuina virtute translatum esse ad vltiorem ripam.

8 Plutarchus li. de claris mulieribus. c. 2. Milesiæ virgines ad insaniam omnes conuersæ per omnes prope domos tota passim vrbe laqueo se suspendebant. Cui pesti nullum penitus asserre efficax remedium Mileri potuerunt: donec prudentis cuiusdam viri, & rerum vsu periti admonitu Milesiorum senatus decreuit, vt quæ suspēdio post hac se conficerent, nudato corpore per medium forum palam afferrentur: eoque edicto promulgato confestim labes cessauit. Tantum apud pudicos animos corporeæ nuditatis imaginatio valuit, & turpitudinis meditatæ opinio.

9 Vulgare est illud Herodoti lib. 1. musarum. Mulier simul cum subucula pudorem exiit.

### CXXX. DE EQVABVS. B.

1 Diuus Augustinus libr. 21. de ciuitate Dei. c. 5. & eo loci Ludouicus Viues, Solinus quoq; in Cappadociæ descriptione memoriæ prodidere, in Cappadocia vëto equas cōcipere, earumq; scetus nō amplius trienno viuere. Equas Lusitanix ad Tagum amnem circa Vlisipponem, plu-

rimorum est opinio, Fauonio vento impletas parere: post Homerum Marci Varronis de re rustica, Plinij lib. 8. hist. mundi. c. 43. Solini in Hispania descriptione, & c. Quorum opinionem, & si Iustino videatur fabulosa, Columella tamen nolter Hispanus li. 6. de re rust. c. 27. verâ esse ostendit: atque vt talem referunt Canisius de Deipara virgine Maria li. 2. c. 7. & Florianus de Ocampo de rebus Hispaniarum. li. 1. c. 4. & Ambrosius de Morales historiagrophus Hispanus in Hispaniarum descriptione, & cæteri omnes, qui de rebus nostris vniuersaliter conscripserunt.

- 2 De multis alijs, quæ absq; concubitu concipiunt, ac pariunt animalia perfecta, scripsit Canisius loco citato: quinimo & de quibusdâ mulieribus in insulis Dorcadis Gorgoneis idê ex Carthaginensium monumentis repetit Florianus de Ocampo li. 3. c. 9. Quod quidem, tametsi in rebus miris, vt ait D. Augustinus li. 21. de ciuitate Dei. c. 7. summa credendi ratio sit omnipotentia creatoris, non affirmo, sed refero.

### CXXXI. DE EBRIETATE. C.

- 1 Proverb. 20. Luxuriosa res est vinum. Paulus ad Ephes. c. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.

- 2 Aristoteteles in problem. tradit, vinum, cupiditatē Veneris in primis accēdere. Aristophanes, vt Athenæus scribit, vinū lac Veneris vocabat. Apuleius li. 2. Alni aurei Liberum esse armigerum Veneris finxit. Ouidius lib. 1. de arte amandi.

*Vina parant animos, faciuntq; caloribus aptos:*

*Cura fugit, multoq; diluitur mero,*

*Et Venus in vinis ignis in igne fuit.*

- 3 Hieronymus ad Eusto. de virgi. Vinū, & adolescentia duplex incendium voluptatis. Quid oleū flammæ adiicimus? Quid ardētī corpusculo fomenta ignis ministramus? Item. Noe vinū bibit, & inebriatus est: & vt intelligas scripturæ in omnibus sacramenta, post ebrietatē nudatio femorum subsecuta est. Præterea historiam Loth cū filiabus suis præ oculis habetote. Genes. c. 19.

- 4 Valerius Maxim. li. 2. c. 1. Vini vsus olim Romanis sceminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur: quia proximus a Libero patre intemperantiæ gradus ad incōcessam Venerē esse consuevit.

- 5 Vinum caret clauo. Nam insanire quoq; sanos facit copia vini.

- 6 Apuleius floridorum lib. 3. Prima cratera ad sitim pertinet: secūda ad hilaritatem: tertia ad voluptatem: quarta ad insaniam.

- 7 Ouidius lib. 1. de amoribus elegia. 6.

*Nox, & amor, vinumq; nihil moderabile suadent.*

*Illæ puāore vacat, Libe amorq; metu.*

7 Ebrietatem, Caro dicebat, nihil aliud esse, atq; insaniam voluntariam. Quod Seneca in epist. 84. ad Lucil. repetit.

8 Pittacus decreuit, ebrium delinquentem duplici poena plestendum, vna pro delicto, altera pro eius causa, nempe ebrietate.

9 De vitanda ebrietate plena manu conscripserunt Plinius li. 14. historix mundi. c. 22. & Cælius Rhodiginus libr. 28. lecti. antiq. a. c. 28. vsque ad finem libri, & alij recentiores.

10 Anacharsis interrogatus, quo pacto quis abstemius fieret? Si quis turpes, inquit, ebriosorum motus sibi ante oculos ponat. Laertius in vita illius. Quod ei simile est, quod de iratorum vultu considerando iracundis suadet Cicero.

11 Ebriosis oua noctux per triduum in vino data tedium eius inducunt. Hinc ebrietatem arceat pecudum assus pulmo præsumptus. Deinde hirundinis rostri cinis cum myrrha trita permixtus, & in vinum. quod bibatur, inspersus, securum præstabit a tumultentia, auctore Plinio libro. 30. cap. 14. Qui libro. 17. capit. 24. Ebrietatis, inquit, medicina est mandere raphanum. Et libro. 10. capit. 9. Brassica in cibis præsumpta ebrietati cauet: postea sumpta crapulam discutit. Quamobrem Ægyptiorum mos traditur, vt in familiaribus cœnis brassicam præsumant, eo eduli genere ebrietatem discuti, arbitrati. Eademque de causa Romani lactucas cœnantibus præponunt, vt Alexander ab Alexandro libro. 5. dierum genialium commemorat. Præterea amygdalæ amara quinque præsumptæ ab ebrietate præseruant, quod Plinius libro. 23. capitulo. 8. affirmat. Item auctore Cælio Rhodigino libro 18. lectionum antiquarum, capitulo. 37. mel est veluti ebrietatis antidotum. Humor etiam ille tenuis, qui de sarmentis viridibus post casuram desluit, ignorantibus ebrioso inter pocula, exhibitus, vini desiderium in eo extinguet, auctore Democrito. Plinius libro. 32. capit. 10. scribit, mullum in vino necatum, vel picem rebellionem, vel anguillas duas, itemque vuam marinam in vino putrefactam, ei, qui inde biberit, tedium vini asferre. Albertus Magnus libro. 12. de animalibus testificatur, eos vinum abhorreere, qui sterco leonis in vino potarint.

## CXXXII. DE MULIERVM CONFESSARIIS. D.

1 Apud nostrates hæreticæ prauitatis iudices, quos inquisitores vocant, speciali sedis apostolicæ commissione de confessoriorum facili legio cognoscunt, qui mulieres, sibi ad aurem confitentes, dum earum confessions auscultant, de stupro interpellant. Quam ob rem placet huiusmodi confessarius nonnulla tradere salutaria docu-

menta Mulierum confessorij debent esse & seniores, & seueriores. Locus, vbi earum confessiones audiuntur, habeat aditum sine foribus, & medius paries confessorium a muliere pœnitente, ac confitente diuidat, cratesque in medio pariete sit linteis contextus, ne mulieris facies interuideatur. Colloquia extranea confessioni ne admisceantur. Confessorius breuiter vel interroget, vel respōdeat. Item seuerere vel doceat, vel reprehendat, vel moneat. Confessionem auricularem ne præcedat, ne subsequantur confabulationes. Mulieris ad aurem confitentis nomen confessorius minime inquirat: a facie eius oculos omnino auertat: eam ne inuisat. Quando autem accersitus ægrotantis mulieris confessionem auscultauerit, apertis cubiculi valuis, & si locus capiat, in eo sint castitatis testes: qui nimirum longe videant, & non auscultent. Solus cum sola extra confessionis & locum, & tempus neutiquam sit confessorius. Et demum meminerint confessorij, ne vnquam obliuiscantur apophthegmatis Arsenij abbatis, qui cuidam matronæ, illum inuisenti, ac dicenti, Ora pro me pater, respondit: Orabo Deum, vt deleatur memoria tua de corde meo.

## Summaria. c. 17.

- 1 *Si causa necessitatis spiritualis cognatio inter coniuges contrahitur, non impedit exigere, nec reddere coniugale debitum.*  
*Quando ignorantia inuincibili vel iuris, vel facti cognatio spiritualis inter coniuges contrahitur, coniux, qui inculpabiliter ignorauit, potest exigere, & reddere debitum coniugale.*  
*Ignorantia inuincibilis vel iuris, vel facti a culpa, & poena pro peccato iure humano positiuo inductis, excusat.*  
*Rem, qua culpa caret, in damnum vocari non conuenit.*  
*Omnis ignorantia, excusans aliquem a peccato, excusat etiam eundem a poena, propter illud imposita.*  
*Ignorantia inuincibilis semper excussat a culpa.*
- 2 *Diffinitur ignorantia inuincibilis.*
- 3 *Si spiritualis cognatio inducta fuit per culpabilem ignorantiam, negligentiam, malitiam, dolum, vel fraudem alterius coniugis, ille, cuius actu inducta fuit, tenetur reddere debitum coniugale alteri petenti.*  
*Non debet aliquis alterius odio prægruari.*  
*Namini sua malitia, fraus, vel dolus patrocinari debet. n. 3. & 9.*
- 4 *Vtrum coniux, cuius actu spiritualis cognatio culpabiliter inducta fuit, priuetur etiam iure exigendi debitum coniugale.*
- 5 *Matrimonij impedimenta non sunt multiplicanda.*
- 6 *Opinio probabilis vnius doctoris, stantis pro matrimonio, præferenda est communi*



menta Mulierum confessarij debent esse & seniores, & seueriores. Locus, vbi earum confessiones audiuntur, habeat aditum sine foribus, & medius paries confessarium a muliere pœnitente, ac confitente diuidat, cratesque in medio pariete sit linteis contextus, ne mulieris facies interuideatur. Colloquia extranea confessioni ne admisceantur. Confessarius breuiter vel interroget, vel respōdeat. Item seuerere vel doceat, vel reprehendat, vel moneat. Confessionem auricularem ne præcedat, ne subsequantur confabulationes. Mulieris ad aurem confitentis nomen confessarius minime inquirat: a facie eius oculos omnino auertat: eam ne inuisat. Quando autem accersitus ægrotantis mulieris confessionem auscultauerit, apertis cubiculi valuis, & si locus capiat, in eo sint castitatis testes: qui nimirum longe videant, & non auscultent. Solus cum sola extra confessionis & locum, & tempus neutiquam sit confessarius. Et demum meminerint confessarij, ne vnquam obliuiscantur apophthegmatis Arsenij abbatis, qui cuidam matronæ, illum inuisenti, ac dicenti, Ora pro me pater, respondit: Orabo Deum, vt deleatur memoria tua de corde meo.


## Summaria. c. 17.

- 1 *Si causa necessitatis spiritualis cognatio inter coniuges contrahitur, non impedit exigere, nec reddere coniugale debitum.*  
*Quando ignorantia inuincibili vel iuris, vel facti cognatio spiritualis inter coniuges contrahitur, coniux, qui inculpabiliter ignorauit, potest exigere, & reddere debitum coniugale.*  
*Ignorantia inuincibilis vel iuris, vel facti a culpa, & poena pro peccato iure humano positiuo inductis, excusat.*  
*Rem, qua culpa caret, in damnum vocari non conuenit.*  
*Omnis ignorantia, excusans aliquem a peccato, excusat etiam eundem a poena, propter illud imposita.*  
*Ignorantia inuincibilis semper excussat a culpa.*
- 2 *Diffinitur ignorantia inuincibilis.*
- 3 *Si spiritualis cognatio inducta fuit per culpabilem ignorantiam, negligentiam, malitiam, dolum, vel fraudem alterius coniugis, ille, cuius actu inducta fuit, tenetur reddere debitum coniugale alteri petenti.*  
*Non debet aliquis alterius odio prægrauari.*  
*Namini sua malitia, fraus, vel dolus patrocinari debet. n. 3. & 9.*
- 4 *Vtrum coniux, cuius actu spiritualis cognatio culpabiliter inducta fuit, priuetur etiam iure exigendi debitum coniugale.*
- 5 *Matrimonij impedimenta non sunt multiplicanda.*
- 6 *Opinio probabilis vnius doctoris, stantis pro matrimonio, præferenda est communi*

- mimi, non habenti pro se textum expressum.
- 7 Coniux, cuius actu culpabili spiritalis cognatio inducta fuit, non potest exigere, quamuis teneatur reddere coniugale debitum:
- 8 Qui malitia, vel fraude tenuerit filium in baptiso, remanet, mortua vxore, sine spe coniugij.
- 10 Si affinitas inter coniuges post matrimonium contrahatur, coniux incestus priuatur iure exigendi debitum coniugale, manens ad reddendum obligatus.  
Cognitiones carnalis, & spiritalis iure æquantur.  
Argumentum ex vno ad alterum equiparatum est validum.
- 11 Coniux innocens potest absque peccato exigere ab altero debitum coniugale: cum exemplis.  
Suo iure non debet aliquis sine culpa priuari.
- 12 Coniux innocens potest, si voluerit coniugale debitum denegare coniugi incesto petenti.
- 13 An coniux innocens possit absque peccato reddere debitum coniugale coniugi incesto petenti  
Qui potest exigere coniugale debitum, potest & reddere.  
Cui licet, quod est plus, licet utique, quod est minus.
- 14 Declaratur. c. Nosse. 30. q. 1.

## Capitulum decimum septimum.

### De effectibus spiritalis cognationis, matrimonio iam cōtracto adueniētis.

- 1  PIRITVALIS cognatio aliquādo inter coniuges contrahitur. Et tunc si causa necessitatis inducta fuit, vt quando maritus, alio non existente, baptizat filium morti propinquum, non impedit exigere, nec reddere coniugale debitum. c. Ad limina. 30. q. 1. Et similiter quando ex ignorantia inuincibili vel iuris, vel facti contrahitur. Nam tunc coniux, qui inculpabiliter ignorauit, potest exigere, & reddere debitum. c. Si vir. de coga. spirit. Ignorantia enim inuincibilis vel facti, vel iuris a culpa, & pœna pro peccato iure humano positiuo inductis, excusat. Nam rem, quæ culpa caret, in damnū vocari, non conuenit. c. 2. de consti. l. fi. ff. de decre.

ad ord. facien. c. Proposuisti. d. 82. cum similibus, ibi per glossam allegatis. Abb. in. c. Si vir. de cogna. spir. & in. c. A nobis. el. 1. de sentent. excommunicat. Gabriel in. 4. sentent. libr. d. 42. quæst. 1. artic. 2. conclusione. 4. Rosella. verbo Impedimentum. 6. nu. 6. doct. Nauarrus in manu. c. 16. nu. 33. Ignorantia enim inuincibilis semper excusata culpa secundum. D. Augustinum. li. 3. de lib. arbit. c. 19. & D. Thom. in quæstionibus de malo. q. 3. ar. 7. ad. 7. & ar. 8. & 1. 2. q. 76. ar. 2. & 3. Omnis autem ignorantia, excusans aliquem a peccato, excusat etiam eundem a pœna, propter illud imposita, vt latissime ostendit Alfonsus a Castro de potest. legis pœnalis li. 2. c. 14.

2 Ignorantia inuincibilis est illa, quæ remanet, postquam homo debitam adhibuit diligentiam<sup>a</sup>, vt sciret ex. D. Thom. 1. 2. q. 76. art. 2. De ignorantia autem latissime scripsimus lib. 3. de casuum reservatione quatuor primis capitulis, vbi exaquetur, quod hic est diminutum.

3 Si autem spiritualis cognatio inducta fuit per culpabilem ignorantiam, negligentiam, malitiam, dolum, vel fraudem alterius coniugis: tunc ille, cuius actu inducta fuit, tenetur conjugale reddere debitum alteri petenti, vt colligitur ex. c. Si vir. de cog. spir. & c. Dictum. & c. De his, & c. De eo, & c. Nosse. 30. q. 1. Nō enim debet aliquis alterius odio prægruari. de reg. iur. c. Non debet. li. 6. Et nemini sua malitia, fraus, dolusve, patrocinari debet. c. Si vir, citato cum similibus, ibi per glossam allegatis.

4 Vtrum vero eo casu cōiux, cuius actu spiritualis cognatio inducta fuit, priuetur etiā iure exigendi debitum? controuertitur inter doctores. Nam Bernardus glossator, & Rodolphus in. c. Si vir, de cog. spir. & Archid. in. c. Nosse. 30. q. 1. propter illum textū, & Martinus abbas, Azonis, & Accurtij coartaneus in addi. ad summam Hostiensem, titulo de cognat. spiri. §. Quot eius species, tenuerunt partem quæstionis negatiuam Pro quorum opinione vltra. c. Nosse citatum duo potissimum adduci possunt argumenta.

5 Vnum: Quia non reperitur talis priuatio iure expressa. Quod

Quod etiam fatetur Durandus in. 4. sent. lib. d. 42. q. 1. ar. 3. Matrimonij autem impedimenta non sunt multiplicanda. c. Cum apud. de sponsa, & matri.

6 Alterum. Quia singularis opinio etiam vnus doctoris, stantis pro matrimonio, præferenda est communi opinioni, non habenti textum pro se expressum, vt volūt Hostiensis, Bernardus, & Abbas in. c. Si vir citato, Felinus in capi. Canonum statuta. de constitut. & capit. 1. vt lite non contestat. Imola in. l. 1. ff. Solutio matrimonio. Quam doctrinam admittunt Ioann. Andræ. Cardinalis, & Florianus in. c. Si vir citato. quando illa singularis opinio ratione confirmatur probabili.

7 Sed his non obstantibus, cæteri doctores tenent, coniugem, cuius actu culpabili spiritualis cognatio inducta fuit, non posse exigere, quanuis teneatur reddere coniugale debitum. D. Thomas in. 4. sent. lib. d. 42. q. 1. art. 1. & in addit. ad 3. p. q. 56. ar. 1. Durandus in. 4. sent. lib. d. 42. q. 1. art. 3. D. Bonavent. eadem. d. ar. 1. q. 2. Paludan. q. 1. ar. 1. conclusione. 7. Florentinus. 3. p. theol. tit. 1. c. 15. § 3. Ioa. Vigner. in instit. theol. c. 16. § 7. vers. 9. impedimento. 8. Gabriel in. 4. sent. lib. d. 42. q. 1. ar. 2. conclu. 4. Dominicus a Soto eadem. d. q. 1. art. 1. Angelus, verbo, Matrimonium. 3. impedimento. 7. in princi. Rosella. v. Impedimentum. 6. n. 6. Supplem. & Pisanella. v. Impedimentum. 6. Syluest. v. Matrimonium. 8. nu. 7. glossa Raimundi in summa sacram. tract. 7. c. 18. de cogna. spirit. Armilla. v. Matrimonium. nu. 9. in fine. Tabiena. v. Impedimentum. 5. in principio, doct. Nauarrus in manu. c. 22. num. 40. glossa magna in. c. Nofse. 30. q. 1. Ioannes Andr. Antonius de Butrio, & Abbas in. c. Si vir. de cogna. spirit.

8 Quorum opinio confirmatur primum. c. De eo. 30. q. 1. vbi qui malitia, vel fraude tenuerit filium suum in baptismo, remanet, mortua vxore, sine spe conjugij, ac pro inde iure ipso, priuatur exercitio matrimoniali.

9 Iterum: Quia in. c. Si vir, de cogna. spiri. sustinetur coniugium post contractam spiritualem cognationē, ne fraudolo

doloso patrocinetur. Id est, solum vt delinquens reddat debitum innocenti petenti.

10 Tercio. Quoniam si affinitas inter coniuges post matrimonium contrahatur, coniux incestus ratione affinitatis priuatur iure exigendi debitum coniugale, manēs ad reddendum obligatus. c. 1. & c. Discretionem. & c. fin. de eo, qui cognouit consanguini. vxor. igitur idem dicendum est in casu nostro ratione cognationis spiritalis, inter coniuges contractæ. Cognationes nanque & carnalis, & spiritalis, adæquantur. c. 1. & 2. 30 q. 3. & quando aliqua sunt iure æquiparata, statutum in vno extenditur ad aliud, si eadem sit vtriusque ratio, vt in loco a pari ostendit Euerardus.

11 Illud autem in hac quæstione non est silentio<sup>b</sup> prætercundum, coniugem innocentem posse absque peccato, exigere ab altero debitum coniugale, argumento ex. c. Discretionem. de eo, qui cognouit consanguineam suam. vbi innocens coniux potest exigere debitum cōiugi, qui cognouit consanguineam suam. Cuius ratio est: quia suo iure non debet quis sine sua culpa priuari. c. Discretionem citato. & c. si. eodem titulo.

12 Præterea animaduertendum est, coniugem innocentem posse, si voluerit, debitum denegare coniugi incesto petenti, argumento ex affinitate. Ob incestum enim cum affine commissum licite denegatur cōiugale debitum, etiam si is, qui denegat, sciens incestum ab altero commissum, semel, aut pluries debitum reddidisset secundum Antonium, Cardinalem, & Abbatem in. c. Transmissæ. de eo, qui cognouit consanguineam vxoris, & Couarruu. in epit. de sponsa 2. p. c. 7. §. 2. nu. 5.

13 Vtrum vero possit innocens absq; peccato reddere debitum coniugale coniugi incesto petenti? dubitari possed. Sed respondendum arbitror affirmative.

Primum: quia si potest debitum exigere cōiugale, quod est maius: igitur & reddere, quod est minus. c. Cui licet. de reg. iuris in. 6. cum similibus.

Iterum: quia quando coniugale debitum reddit, cum

nec teneatur, nec cogatur, se habet, ac si peteret.

Tertio: quia si non posset debitum coniugale reddere, damnum, & poenam pateretur absq; culpa.

Ultimo: quia si reddens culpam committeret, maxime propter cooperationem, & consensum in peccatum coniugis petentis: sed quanuis debitum coniugale reddat, potest non consentire in peccatum petentis, vt sequenti capit. ostendemus: igitur.

14 Ex supradictis satis declaratum arbitror capitulum, Nofse. 30. q. 1. quo Archidiaconi sententia potissimum nitebatur.

Ad primum argumentum, paulo post principium quaestionis adductum, respondetur: nos nequaquam multiplicare matrimonij impedimenta: sed illa, quae iure continentur, declarare.

Ad secundum respondetur, communem opinionem habere pro se textus quasi expressos, quos supra allegauimus: & hoc sufficere, vt sustineatur.

## Annotationes ad cap. 17.

### CXXXIII. DE DILIGENTIA, & pigritia. A.

1 Proverb. 6. Vade ad fornicam o piger, & considera vias eius, & discite sapientiam, quae cum non habeat ducem, nec praecptorem, nec principem, parat in aestate cibum sibi, & congregat in messe, quod comedat. Vsq; quo piger dormis? Quando consurges e somno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conferes manus, vt dormias, & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus. Si vero impiger fueris, veniet vt fons melsis tua, & egestas longe fugiet a te.

Proverb. c. 10. Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium diuitias parat. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger his, qui miserunt eum

C. 13. Vult, & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur.

C. 18. Qui mollis, & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.

C. 19. Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam.

Capit. 20. Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo aestate, & non dabitur illi.

C. 21. Desideria occidunt pigrum, nolunt enim quicquam manus eius operari, tota die concupiscit, & desiderat, & c.

C. 24. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerat vrtica, & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat. Quod cum vidiissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam. & c.

C. 26. Dicit piger, Leo est in via, & lezua in itineribus: sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. Abscondit piger manus sub ascella sua, & laborat, si ad os suum eas conuerterit. Sapientior sibi piger videtur septem viris, loquentibus sententias.

Ecclesiastis. 9. Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec tempus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.

C. 2. Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas, dicens: Melior est pugillus cum requie, quam plena vtraque manu cum labore, & afflictione animi.

Proverb. 15. Iter pigerorum quasi sepes spinarum: via iustorum absque offendiculo.

C. 22. Vidisti virum velocem in opere suo? Coram regibus stabit, ne c erit ante ignobiles.

Hierem. 48. Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter, vel vt septuaginta transtulerunt, negligenter.

Matthæi. 25. Serue male, & piger, sciebas, quia meto, vbi non semino, & congrego, vbi non sparsi: oportuit ergo te committere pecuniam meam numulariis, & veniens, ego recepissem utique, quod meum est cum vsura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem, qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem seruum eicite in tenebras exteriores. Illic erit fletus, & stridor dentium.

Ad Roma. 12. Solitudine non pigri. & c.

2 Diuus Gregorius. 3. p. curæ pastoralis admonitione. 16. Plerumque piger, dum necessaria agere negligit, quedam sibi difficilia opponit, quedam vero incaute formidat: & dum quasi inuenit, quod velut iuste metuat, ostendit, quod in otio quasi non iniuste respicit.

3 Pythonescome locus est in Asia, quo primo aduentus sui tempore conueniunt ciconiæ, & eam, quæ vltima aduenit, tanquam negligentem, & pigram laniant vniuersæ, auctore Plinio. li. 10. c. 23.

4 Salustius in Catilinario. Vbi socordix, atque ignauix te tradideris, ne quaquam deos implores, irati, infestique sunt.

- 5 Seneca in prouerbis. Diu delibera, cito facito.  
 6 Plato. Pestis est mortalium ignauiā.  
 7 Aristoteles lib. I. economicorum. Impossibile est, negligentibus domi-  
 nis, seruos esse sollicitos.

### CXXXIII. DE SILENTIO, ET loquacitate. B.

- 1 Isaiā. 32. Cultus iustitiæ silentium.  
 2 Psal. 106. Et lætati sunt, quia siluerunt, & deduxit eos in portum vo-  
 luntatis eorum.  
 3 Ecclesiasticis. 3. Tempus tacendi, & tempus loquendi. Ecclesiasti-  
 ci. 30. Homo sapiens tacebit vsque ad tempus: &c. Platonis documen-  
 tum est, vt verum dumtaxat loquamur, si ubi profuturi simus: aut sa-  
 ne taceamus.  
 4 Ecclesiasticis. c. 5. Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox  
 ad proferendum sermonem.  
 5 Ecclesiastici. 4. In lingua sapientia dignoscitur.  
 6 Ecclesiastici. 21. Labia imprudentum stulta narrabunt: verba autem  
 prudentium statera ponderabuntur. In ore fatuorum cor illorum, & in  
 corde sapientium os illorum.  
 7 Ecclesiastici. 32. Adolescens, loquere in tua causa, vix cū necesse fue-  
 rit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum. In multis  
 esto quasi inscius, & audiatens, simul & quarens. In medio magna-  
 torum loqui non præsumas: & vbi sunt senes non multum loquaris.  
 8 Prouerb. 10. In multiloquio non deerit peccatum: qui autē modera-  
 tur labia sua prudentissimus est. Argentum electum lingua iusti, &c.  
 9 Prouerb. 17. Qui moderatur sermones suos, doctus, & prudens est.  
 Stultus quoque, si tacuerit, sapiens reputabitur.  
 10 Prouerb. 18. Qui prius respondet, quam audiat, stultum se esse demon-  
 strat, & confusione dignum.  
 11 Matthæi. 26. Nam & loquela tua te manifestum facit.  
 12 Iacobus capit. 1. episto. Sit autem omnis homo velox ad audiendum,  
 tardus autem ad loquendum. Si quis autem putat, se religiosum esse,  
 non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum: huius vana est re-  
 ligio. Legito etiam. c. 3. eiusdem epistole.  
 13 Diuus Gregorius libro. 30. moralium. Ille scit recte dicere, qui ordi-  
 nate nouit tacere.  
 14 Diuus Isidorus soliloquiorum capit. 31. Sint tua verba pauca. Lin-  
 guosus homo imperitus est: sapiens vero paucis utitur verbis.



- 15 Hieronymus ad Fabiolam de vest. sacerdot. Omne quod non ædificat audientes, in periculum vertitur loquentium.
- 16 Idē in epitaphio Nepotiani. Sermo Nepotiani per omne contiuuium de scripturis aliquid proponere, libenter audire, respondere verecunde, recta suscipere, praua non acriter confutare, disputantem contra se magis docere, quam vincere: & ingenuo pudore, qui ornabat ætatem, quid, cuius esset, simpliciter confiteri. Atque in hunc modum eruditionis gloriam declinando, eruditissimus habebatur.
- 17 Diuus Ambrosius li. 1. offic. Quam plures vidi loquēdo in peccatum incidisse: vix quempiam tacendo.
- 18 Agathomonachus lapidem in ore trienio cōtinuit, vt tacere disceret.
- 19 Iordanes abbas instituit apud regulares silentium mensæ.
- 20 Paulus Simplex, sancti Antonij discipulus, ipsius mandato tacuit trienium. Textor in 2. officinæ. p. sub titulo, Solitaria vitæ homines.
- 21 In Pithagoræ schola quinquenne silentium indicebatur auditoribus.
- 22 Spartanos suos Licurgus a pueris silentio infuescere cogebat. Calio Rhodigino auctore li. 13. lect. antiquarum. c. 5. Vbi hac de re plura scitu dignissima refert.
- 23 Qui loqui nescit, tacere non potest. Pauciloquus, sed eruditus. Non est eiusdem & multa, & opportuna dicere. Mulierem ornat silentium. Silentij tutum præmium.
- 24 Seneca in prouerbis. Imago animi sermo est: qualis vir, talis oratio. Idem lib. de moribus. In hoc incumbere, vt libētius audias, quam loquaris. Auribus frequentius vttere, quam lingua. Qui nescit tacere, nescit loqui.
- 25 Simonides interrogatus, cur solus linguā suā cohiberet? Quia dixisse me, inquit, multoties pœniruit, tacuisse nunquam. Hanc sententiā Valerius Maximus li. 7. c. 2. Xenocrati tribuit.
- 26 Cum Catoni, qui post dictus est Vticensis, etiamnum puero vitio daretur taciturnitas, ait: Carpant taciturnitatem, modo vitam probent. Et addidit. Tunc demum obrumpam hoc meū silentiū, quando ea loqui poterō, quæ sunt indigna silentio. Erasmus in apotph.
- 27 Pittacus. Ne lingua præcurrat mentem. Item. Audi multa, sed loquere pauca.
- 28 Hesiodus. Qui non nouit tacere, nescit loqui.
- 29 Chilo. Si dixeris, quæ vis, audies, quæ non vis.
- 30 Macrobius lib. 7. Saturna. Philosophus non minus tacendo pro tempore, quam loquendo, philosophatur.
- 31 Plutarchus. Vascula inania maxime tinnunt, ita quibus minimum inest mentis, hi sunt loquacissimi.
- 32 Metalla dignoscuntur per sonum, & homines per sermonem.
- 33 Quum diues quidam filium adolescentulum ad Socratem misisset,

vt indolem illius inspiceret. Socrates ad puerum, Loquere igitur, inquit, adolescens, vt te videam.

34 Quando cymbalum machinalis horologii futiliter sonat horas, prædicat secretæ machinæ perturbationem. At cymbalum animi est lingua, qui veluti machinale horologium est.

35 Demaratus, in confessu quodam rogatus, vtrum ob stultitiam, an ob sermonis inopiam sileret. At qui stultus, inquit, ne possit quidem silere. Erasmus in apoph.

36 Lacon quidam, cum in lusciniâ, plumis reuulsis, minimum reperisset carniû, Vox, inquit, tu es, præterea nihil. Quod in eos dicitur, qui præter garrulam linguam nihil habent.

37 Zeno Cirtieus ad quendam dicentem, breues esse philosophorû sententias: vera prædicas, inquit. Veritas enim multis verbis non eget, & rectius meminimus, quæ paucis comprehensa sunt verbis.

38 Idem adolescenti, multa garrienti, Aures, inquit, tuæ in linguam defluxere: submonens, adolescentis esse, audire multa, loqui pauca.

39 Thales Milelius. Multa verba nequaquam arguunt sapientis opinionem. Sapiens enim non nisi quum res postulat, nec pluribus vititur verbis, quam opus est.

40 Quum garrulus quidam, vbi multa nugatus esset apud Aristotelem, tandem dixisset: Forassis ob trepotibi nugis meis. Non Hercle dixit Aristoteles, neque enim aduertit animum.

41 Cleantes cui dî, ab eo petenti dictû aliquod, quod crebro occineret filio suo, respondit, Tace. Innuens pueris, maxime cõuenire silentium.

42 Antigonus, Macedonum rex, Philippo filio, multis præsentibus percontanti. Quando castra mouebimus? Quid, inquit, num meruis, ne solus tubam non audias? Aduerte, belli consilia maxime esse celanda.

43 Cæcilius Metellus tribuno militum percontanti, quid secreti de bello? Si, eius rei, dixit, scirem, mihi tunicam esse cõsciam, exutam in ignem coniecissem.

44 Chilo dicebat, non committendum, vt lingua præcurreret animum. Nam vt Horatius. 1. epist. 18. canit.

*Et semel emissum volat irreuocabile verbum.*

45 Cato. *Auersus notum noli contendere verbis.  
Lis minimis verbis interdum maxime crescit.*

46 Idem Cato.

*Pauca in conuicio loquere.*

47 Idem. *Virtutem primam esse puta, compefcere linguam.  
Proximus ille Deo, qui scit ratione tacere.*

48 Idem. *Contra verbosos noli contendere verbis.*

- 49 Idem. *Et sapiens viuas, audi, quo discere possis.*  
 50 Idem. *Exigua est tribuenda fides, qui multa loquuntur.*  
 51 Idem. *Sermo hominum mores, & celat, & indicat idem.*  
 52 Pallades. *Quilibet indoctus, prudentissimus est tacens.*  
 53 Menander. *Vel oportet tacere, vel dicere meliora.*  
 54 Idem. *Melius est tacere, quam loqui, quæ non decent.*

## Summaria cap. 18.

- 1 **D**iuersæ opiniones de ea questione, An quando spiritualis cognatio inducitur ex culpa vtriusque coniugis, vterque priuetur iure exigendi, & reddendi coniugale debitum?
- 2 Inter adulteros coniuges fit delictorum compensatio. n. 2. Et quare. nu. 13.
- 3 Coniux, iure exigendi priuatus, peccat mortaliter coniugale debitum exigendo.
- 4 Quadruplex est consensus, cum explicatione.  
 Iura, quibus cauetur, facientes, & consentientes pari poena puniendos, intelligenda sunt de consensu cooperationis. n. 4. cum declaratione egregia. n. 21.
- 5 Vbi nulla est petitio, ibi nulla fit mora. nu. 5. cum duplici expositione. num. 22.
- 6 Nemini licet velle, vt proximus peccet.  
 Nemo potest velle antecedens, nisi simul velit & consequens, quod aduertit necessario ex illo sequi. n. 6. cum enarratione. n. 28.
- 7 Argumentum a contrario sensu quando procedit. nu. 7. & 29.
- 8 Quando vnus ex consensu alterius coniugis vouit castitatem, qui consensit, non potest reddere, quamuis exigere valeat coniugale debitum.  
 Postquam ambo coniuges ex mutuo consensu castitatis votum emiserunt, neuter potest debitum aut reddere, aut exigere. n. 8. & 30.
- 9 Vbi spiritualis cognatio inducitur ex culpa vtriusque coniugis, vterque priuatur iure exigendi coniugale debitum: tenetur tamen reddere alteri petenti.
- 10 Sua fraus, vel dolus nemini patrocinari debet.
- 11 Quamuis vir peccet, petens debitum vxori menstruali, nihilominus ipsa, etiam absque peccato sic non valeat exigere, tenetur tamen debitum reddere marito petenti.  
 Ad peccatum potest aliquis cooperari per modum & agentis, & patientis: cum explicatione.  
 Qui ad actum peccati cooperatur per modum patientis, non dicitur consentire peccato. n. 11. & 26.
- 12 Ex culpa propria nemo facit conditionem suam meliorem.  
 Ratione matrimonij tenentur coniuges sibi inuicem debitum coniugale reddere.
- 13 Paria delicti, ad inuicem iniuriosa, mutua compensatione tolluntur: cum limitatione. ibiq; de adulteris, ac eorum poenis remissive.
- 14 In eodẽ actu, operatio utriusque communis potest vnus peccare, & non alter: cum exemplis.  
 Qui iurauit soluere usuras, tenetur illas reddere, quamuis usurarius peccet, illas petendo

- 49 Idem. *Et sapiens viuas, audi, quo discere possis.*  
 50 Idem. *Exigua est tribuenda fides, qui multa loquuntur.*  
 51 Idem. *Sermo hominum mores, & celat, & indicat idem.*  
 52 Pallades. *Quilibet indoctus, prudentissimus est tacens.*  
 53 Menander. *Vel oportet tacere, vel dicere meliora.*  
 54 Idem. *Melius est tacere, quam loqui, quæ non decent.*

## Summaria cap. 18.

- 1 **D**iuersæ opiniones de ea questione, An quando spiritualis cognatio inducitur ex culpa vtriusque coniugis, vterque priuetur iure exigendi, & reddendi conjugale debitum?
- 2 Inter adulteros coniuges fit delictorum compensatio. n. 2. Et quare. nu. 13.
- 3 Coniux, iure exigendi priuatus, peccat mortaliter conjugale debitum exigendo.
- 4 Quadruplex est consensus, cum explicatione.
- 5 Iura, quibus cauetur, facientes, & consentientes pari poena puniendos, intelligenda sunt de consensu cooperationis. n. 4. cum declaratione egregia. n. 21.
- 6 Vbi nulla est petitio, ibi nulla fit mora. nu. 5. cum duplici expositione. num. 22.
- 7 Nemini licet velle, vt proximus peccet.
- 8 Nemo potest velle antecedens, nisi simul velit & consequens, quod aduertit necessario ex illo sequi. n. 6. cum enarratione. n. 28.
- 9 Argumentum a contrario sensu quando procedit. nu. 7. & 29.
- 10 Quando vnus ex consensu alterius coniugis vouit castitatem, qui consensit, non potest reddere, quamuis exigere valeat conjugale debitum.
- 11 Postquam ambo coniuges ex mutuo consensu castitatis votum emiserunt, neuter potest debitum aut reddere, aut exigere. n. 8. & 30.
- 12 Vbi spiritualis cognatio inducitur ex culpa vtriusque coniugis, vterque priuatur iure exigendi conjugale debitum: tenetur tamen reddere alteri petenti.
- 13 Sua fraus, vel dolus nemini patrocinari debet.
- 14 Quamuis vir peccet, petens debitum vxori menstruali, nihilominus ipsa, etiam absque peccato sic non valeat exigere, tenetur tamen debitum reddere marito petenti.
- 15 Ad peccatum potest aliquis cooperari per modum & agentis, & patientis: cum explicatione.
- 16 Qui ad actum peccati cooperatur per modum patientis, non dicitur consentire peccato. n. 11. & 26.
- 17 Ex culpa propria nemo facit conditionem suam meliorem.
- 18 Ratione matrimonij tenentur coniuges sibi inuicem debitum conjugale reddere.
- 19 Paria delicti, ad inuicem iniuriosa, mutua compensatione tolluntur: cum limitatione. ibiq; de adulteris, ac eorum poenis remissive.
- 20 In eodẽ actu, operatio utriusque communis potest vnus peccare, & non alter: cum exemplis.
- 21 Qui iurauit soluere usuras, tenetur illas reddere, quamuis usurarius peccet, illas petendo

petendo, & recipiendo.

- 15 Qui metu mortis coactus iurauit aliquid donare, tenetur dare donum, quoniam eius acceptio sit extorquenti peccatum.
- 16 Excommunicatus etiam ante denuntiationem peccat, communicando cum aliis, alij autem, non excommunicati, non peccant communicando cum ipso: cum limitatione.
- 17 Duo sunt operum genera, quae male exerceri possunt: quaedam deformitatem peccati habent necessario annexam, & his nemo unquam debet consentire, aut cooperari: aliis autem potest aliquis multoties cooperari absque peccato.
- 18 Bene potest quis cooperari ad actum peccandi, & tamen non consentire, peccato. In omnem effectum plus influit causa prima quam secunda.
- Deus cuiusque cooperatur ad actum peccandi, & tamen non consentit peccato. Elucidantur verba sapientiae. 14. Deo similiter sunt odio impias, & impietas eius. Licitum est puellae Christianae captivae portare caulam domine suae, euntis ad famam.
- 19 Explicantur verba illa. 4. reg. 6. 3. Quando ingreditur, dominus meus templum Remmon.
- 20 Incidenti in latrones licet manifestare sua bona, ne occidatur, quae tamen latrones diripiendo peccant. Elucidantur verba illa Hieremie. 41. Nolite occidere nos, habemus thesauros in agro.
- 21 Dupliciter potest vultus alteri cooperari ad actum peccandi: primo directe, & positive, & talis cooperatio semper est illicita, quia est cum consensu: atem indirecte, & priuatiue, & talis cooperatio non semper est illicita: cum declaratione. Exponuntur verba Pauli ad Romanos. 2. sed etiam qui consentiunt facientibus.
- 22 Habens plura beneficia, contra alium de pluralitate non excipitur.
- 23 Illi permittitur poenam petere, qui illam solvere non tenetur.
- 24 Quod in sua persona quis aequum putat, in aliis non debet reprobare.
- 25 Explicantur verba Pauli ad Romanos. 2. In quo iudicas alterum, te ipsum condemnas. Exponuntur verba Christi Ioa. 8. Qui sine peccato est vestrum, primum in illam lapidem mittat.
- 27 Actio, & passio sunt inseparabiles secundum rem, separabiles autem operatione intellectus. Actio scilicet iudeorum Deo displicuit: sed passio videlicet Christi grata fuit. Vbi remedium est mori, scelus est occidere.
- 30 Tres differentiae inter coniuges, qui castitatem vouerunt, & eos, qui simul consentientes spirituales cognationem culpabiliter contraxerunt.
- 31 Nemini debet sua culpa suffragari. Nemo ex culpa sua debet commodum reportare.
- 32 Vbi est eadem ratio, ibi debet esse eadem iuris dispositio: & vbi diuersa, debet esse diuersa decisio.

## Capitulum decimum octauum.

Quando spiritalis cognatio inducitur ex culpa vtriusque coniugis, vterque priuatur iure exigendi coniugale debitum, tenetur tamen reddere alteri petenti.

1



**S**OLENT coniuges dolose, malitioseve spiritali cognationem ad inuicem contrahere, vt vterq; neq; exigere cōiugale debitum, neq; reddere alteri possit. Quo casu nonnulli tenuerunt, fieri: cōpensationē ac proinde vtrunq; exigere posse, nedum reddere. Alij in eo casu putant, coniuges non posse reddere, nec exigere. Communis autem opinio est, vtrūque priuari iure exigendi, teneri tamen reddere alteri petenti. glossa. c. Nosse. 30. q. 1. Hostien. & Abb. Panor. in. c. Si vir. de cognat. spirit. doct. Nauarr. in confess. manuali. c. 16. nu. 34. Florenti. 3. p. theolog. titul. 1. c. 15. §. 3. Syluest. v. Matrimonium. 8. q. 7. in. 2. effectu cognationis spiritalis, Rosella. v. Impedimentum. 6. nu. 6.

2

Pro prima, secundaque opinione ex multis, quæ adduci possunt, nonnulla subscribam argumenta. Primum ex. c. penult. & vltimo. de adult. & ex. l. Si ambo. ff. de compensat. in quibus inter adulteros coniuges fit compensatio: igitur similiter in casu nostro fieri debet.

3

Secundum. Coniux, iure exigēdi priuatus, peccat mortaliter, coniugale debitum exigendo: igitur alter tenetur ei illud denegare, ne cooperetur eius peccato.

4

Tertiū. Pari iure cōdemnat apostolus ad Rom. 1. eos, qui malefactoribus consentiunt, & eos, qui male faciūt: sed qui cooperatur, cōsentit secundū gl. in. c. 1. de offi. dele. vbi magistraliter docet, quadruplicē esse cōsensum, videlicet negligentia, consilij, cooperationis, & auctoritatis: ibique tradit, omnia iura, quibus cauetur, facientes, & consentientes pari pœna puniendos, intelligi debere de consensu cooperationis: igitur.

Quartum

5 Quartum. Vterque coniux in casu posito priuatur iure exigendi debitum coniugale : igitur alter alteri exigenti reddere illud non tenetur. Probatur consequentia : quia vbi nulla est petitio, ibi nulla fit mora. l. Si pupillus. ff. de verb. obliga. & l. Nulla. ff. de reg. iur. & l. Lecta. vers. Cum fortis. ff. Si certum petatur.

6 Quintum. Nemo licet velle, vt proximus peccet, quia repugnat caritati : sed qui cooperatur proximo ad actum peccandi, vult, vt proximus peccet : igitur non licet cooperari ei ad actum peccandi. Minor propositio confirmatur, quia necessario sequitur, iste cooperatur Ioanni ad actum peccandi, igitur Ioannes peccat : sed nemo potest velle antecedens, nisi simul velit & consequens, quod aduertit necessario ex illo sequi : igitur.

7 Sextum. In. c. Nosse. 30. q. 1. Nicolaus papa ait : Si non ex consensu vtriusque coniugis alter tenuit filium in baptismo, non fraudentur inuicem, sed reuertatur in id ipsum. Id est, non separentur, sed alter alteri reddat coniugale debitum. Ex quibus verbis argumento a contrario sensu deducitur, quod si ex consensu vtriusque factum fuerit, neuter potest reddere coniugale debitum.

8 Septimum argumentum. Quando vnus consensu alterius coniugis vouit castitatem, qui consensit, non potest reddere, quanuis exigere valeat coniugale debitum secundum Syluest. v. Votum. 5. nu. 5. & Nauarrum in manu. c. 12. nu. 59. & c. 16. n. 31. & ceteros doctores. Quod si ambo coniuges mutuo consensu castitatis votum emiserunt, neuter potest debitum aut reddere, aut exigere secundum communem doctorum sententiam. Syluest. verb. Matrimonium. 7. q. 5. & v. Votum. 5. q. 2. Innocent. & Abb. Panor. in. c. 1. de conuers. coniug. item Abba. in. c. Carissimus. eodem titulo. Nauarr. in manu. c. 12. nu. 59. Quorum opinio sufficienter confirmatur. c. Quod Deo patri. 33. q. 5. & c. Carissimus citato : igitur in questione nostra similiter dicendum est, quod si consensu vtriusque coniugis cognatio spiritualis contracta fuerit, neuter possit reddere,

nedum exigere coniugale debitum.

9 Pro quaestionis responsione, positum neutrum coniugem in casu figurato posse, conjugalem debitum exigere ratione cognationis spiritualis, ab utroque culpabiliter contractæ, tota difficultas est, an alter alteri petenti teneatur illud reddere? Cui, non obstantibus argumentis in contrarium adductis, respondendum esse arbitror affirmanter.

10 Primum propter duos textus, qui expresse opinionem communem confirmant, quibus, veluti duabus anchoris fulta, ipsa nititur. Nēpe. c. De eo. 30. q. 1. ubi inter alia habetur: Si autem coniuges legitimi, vnus, aut ambo ex industria fecerint, vt filium suum de fonte susceperint, si inupti manere voluerint, bonum est: sin autē, grauis poenitentia infidiatori iniungatur, & simul maneāt, &c. &c. Si vir. de cognat. spirit. ubi interrogatus Alexād. 3. Vtrum coniuges, qui scicnter, vel ignorāter filium suum de sacro fonte susceperint, debeant separari? respondit. Nobis videtur, quod siue ex ignorantia, siue ex malitia id fecerint, non sunt ab inuicem separandi, nec alter alteri debitum debet subtrahere, nisi ad continentiam seruandam possint induci. Quia si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusare videtur: si ex malitia, eis sua fraus, vel dolus non debet patrocinari. Quibus iuribus sustinetur interpretatos coniuges matrimonium etiam quoad habitationem, & torum, & non quidem propter aliam causam, nisi vt debitum sibi inuicem possint reddere, quia exigere non valent, vt diximus. Rursus idem confirmatur argumento ex cap. Tua nos. cl. 2. de iure iurando.

11 Tercio, quia ex sententia diui Thomæ in. 4. sent. lib. d. 32. quæst. 1. artic. 2. quæstiunc. 2. & 3. quauis vir peccet perendo debitum vxori menstruali, nihilominus ipsa, & si absque peccato sic non valeat exigere, tenetur tamen debitum reddere marito petenti. Nam ad peccatum potest aliquis cooperari per modum vel agentis, vel patientis: & qui per modum patientis cooperatur, vt mulier, quæ ex-

actum



actum debitum reddit, non dicitur consentire peccato.

Qui propter licet maritus peccet exigendo, ipsa non peccat reddendo. Ita etiam Gabriel eadem. d. quæst. i. artic. 2. post conclus. 11.

Qua de re qui plura scire voluerit, legat. D. Thomam, Scotum, D. Bonam Venturam, Petrum de Tarâtasia, Paludanum, Ricardum de Mediavilla, & præ omnibus Dominicanum a Soto in. 4. sentent. libr. d. 32. & Florentinum. 3. p. theolog. titu. 1. cap. 20. §. 5. & Alfonso a Castro de potestate legis pœnalis. li. 1. c. 1. & Syluestrum in summa. v. Debitum conjugale. q. 6. & Caietanum in summa. vi. Matrimonium. c. De usu matrim. & Franciscam a Victoria in summa sacramentorū, per Thomam a Chaucis compilat., de matrimonij sacramento. q. 276. & doct. Nauarram in manuali. c. 16. nu. 32. & glossam, & doctores super capitulum, Ad eius. d. 5.

12. Ultimo corroboratur responsum nostrum, quia ex culpa propria nemo facit conditionem suam meliorem. c. de legi. 16. q. 1. c. Sicut. e. l. 2. de sumo. c. Si vere. de sent. excommunicationis. & l. Non fraudatur. ff. de regul. iuris. Sed ratione matrimonij tenentur coniuges sibi inuicem debitum conjugale reddere: igitur adhuc post spirituales conjugationem culpabiliter contractam remanent obligati ad reddendum illud.

13. Ad primum contrariorum argumentum respondetur, priuationem exigendi debitum conjugale imponi ad altero in gratiam, fauoremque alterius coniugis innocentis propter fidem ei non seruatum. Quam ob rem si vterque adulterium committit, quia tunc sunt paria delicta ad inuicemque iniuriosa, mutua compensatione tolluntur, ut habetur in multis iuribus, a glossa allegatis in capit. penultim. de adulteris. In casu autem nostro priuatio exigendi conjugale debitum non est a iure inducta in gratiam, & fauorem coniugum, sed ob reuerentiam conjugationis spiritualis contractæ. Ob idque licet paria sint vtriusque coniugis crimina, eam compensationis nihilominus

- minus non tolluntur mutua compensatione : sed permanente spirituali cognatione , quæ est causa priuationis , ambo remanent iure exigendi debitum conjugale priuati. De adulteriis autem , ac eorum pœnis plurima ex antiquis luculenter referunt Alexand. ab Alexan. libr. 4. c. 1. & Andræas Tiraquellus. 13. l. connub.
- 4 Secundi argumenti negatur consequentia : quia in eodem actu operationeque communi potest vnus peccare , & non alter , vt notat glossa in. c. Debitores. de iur. iur. Cuius sententia confirmatur primum per illud cap. quatenus dicit, eum , qui iurauit soluere vsuras , teneri , illas reddere , quanuis vsurarius peccet , illas petendo , & recipiendo.
- 5 Iterum ex. c. Proposito , iuncta glossa eius finali. 32. q. 5. Tertio : quia qui , metu mortis coactus , iurauit aliquid donare , tenetur dare donum , quanuis eius acceptio sit extorquenti peccatum. c. Si vero , & c. Verum. de iur. iur.
- 6 Ultimo , quia excommunicatus etiam ante denuntiationem peccat communicando cum alijs. c. Quoniam , & c. Sicut. cum duobus sequentibus. 11. q. 3. & c. Illud. de cleric. excommun. minif. alij autem non excommunicati non peccant , communicantes cum ipso : nisi vel nominatim sit excommunicatus , & denuntiatus , vel notorius clerici percussor. Nam per cōstitutionem Constantiensis synodi nullus tenetur nisi præfatos excommunicatos euitare. Quæ quidē synodi constitutio in nullo releuat excōmunicatos , vt in vltima eiusdem cōstitutionis clausula declaratur. Refertur in pragmat. sanctione Galica. titul. De excommuni. non vitandis. Et est communis doctorum sententia.
- 7 Ad illud autem de cooperatione respōdeo , auctore Caietani tomo. 3. opusculorum tract. 12. de dissolutione maleficij , duo esse operum genera , quæ male exerceri possunt : quædam enim deformitatem peccati habēt necessario annexam , ita vt ad inuicem separari nequeant : & his nemo vnquam debet consentire , aut cooperari , quia sunt intrinsicæ , & secundum se mala. Alia sunt de se bona , vel indifferētia , quæ tamen ex voluntate operantis , vel aliunde habent

bene annexum peccatū : & in his potest aliquis multoties cooperari absq; peccato : quia deformitatem peccati non ex natura sua, sed extrinsecus trahunt . Et ad hæc reducitur copula coniugalis.

18 Ad minorem tertij argumenti respōdeo: bene posse aliquem cooperari ad actum peccandi, & tamen non consentire formaliter peccato. Quod quidē ostenditur primum: quia Deus unicuique cooperatur ad suum actum peccandi, quod in omnem effectum plus influit causa prima, quam secunda, vt habetur li. de causis in principio: & tamen non consentit peccato iuxta illud sapie. 14. Deo similiter sunt odio impius, & impietas eius. Qua de re iterum, & plenius differemus li. 30. disputationum disputatione. 2. in responsione. 8. argumenti.

19 Iterum ex Nicolao Lyrano super. 4. lib. reg. c. 5. vbi dicit, licitum esse puellæ Christianæ, portare caulam dominæ suæ, euntis ad fanum. Cuius sententia correspondet historiæ Naamæ Syrij, quæ ibi refertur, in illis verbis, Quando ingredieret dominus meus templum Remmon, & c. vsque ad illud. Vade in pace!

20 Tertio, quia incidenti in latrones licet palam facere sua bona, ne occidatur: quæ tamē latrones diripiēdo peccant, exemplo decem virorum, qui Ismaeli dixerunt, nolite occidere nos, habemus thesauros in agro. Ieremias. 41.

21 Pro intelligentia autē doctrinæ glossæ, allegatæ in confirmationem minoris propositionis, sciendum est, dupliciter posse vnum alteri cooperari ad actum peccandi. Primo directe, & positiue, dum scilicet alium prece, timore, pretio, consilio, præcepto inducimus ad peccandum: & talis cooperatio semper est illicita, quia est cum consensu, & de hac intelligitur Paulus, & glossa locis argumento. 3. citatis. Secundo indirecte, & priuatiue, videlicet dū aliquid facimus, omittimusve, quod non facientes, vel non omitentes, possemus proximum a peccato retrahere: & talis cooperatio non semper est illicita: quia non semper id non facere, vel non omittere tenemur. Tunc autem est illicita,

A a v. quando

quādo actus, aut eius ommissio vel est in se illicitus, vel cooperanti prohibitus, vel ex cooperatione operans prouocatur ad peccandum, &c. Quando autem quis cooperatur ad actum peccati illi, qui paratus est ad peccandum, & in proposito persistit, non peccat, dummodo actus sit de se licitus, & cooperati non prohibitus. Quia tūc potest cooperari absq; consensu formali in peccatum. Hæc sunt compendio decerpta ex multis, quæ Adrianus scripsit in quodam lib. 3. q. 2. cui titulus est, An semper illicitum sit proximo cooperari ad actū peccādi? Quibus cōcordant tradita nuper a doct. Nauarro in man. c. 19. nu. 24.

22. **Quarti argumenti negatur consequētia.** Et ad leges allegatas in eius confirmationem respondeo primum ex Iasone in. l. Si pupillus. ff. de verbor. obligat. & in. l. Nulla intelligitur mora. ff. de re iudicat. petitionem posse esse nullam vel respectu causæ, quia non est apta ad producendam actionem, seu petitionem, vel respectu personæ, quæ est illegitima ad petendum. Quando petitio est nulla respectu causæ, tunc nulla potest esse mora. Et in isto casu intelliguntur leges allegatæ in argumento. Quando vero nulla est petitio solum respectu personæ, constituitur in mora ille, cui fit petitio. l. Pupilli. §. Videamus. ff. de nego. gestis. nisi legitima exceptione se tueatur. In casu autem nostro licet petitio sit nulla ex parte personæ, est tamen efficax ex parte causæ scilicet matrimonij, in quo coniuges sibi mutuo tradiderunt corpora iuxta Paulum. l. Coniurint. 7. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Vnde legibus illis non confirmatur consequentia.

Rursus respondeo sic ex doctrina Bartoli in. l. Lecta. b. uersicul. Dicebamus. ff. Si certum petatur. & in. l. Si pactum. ff. de pactis, a Decio recepta in. l. Nulla intelligitur mora. ff. de regulis iuris. Non dicitur esse in mora, qui potest se legitima exceptione tueri iuxta capit. Non est in mora de regul. iuris. libro. 6. Sed qui taliter se tueri nequit

- quit. Quam ob rem quum in casu nostro neuter coniux possit se legitima exceptione tueri, ne in mora constituentur, tenentur reddere conjugale debitum, præsertim cum ex parte matrimonij, vt diximus, petitio sit efficax.
- 23 Neutrum vero coniugem in casu posito posse legitima se exceptione tueri, probatur primo ex capit. Cum ecclesiasticæ. de exceptionib. vbi habens plura beneficia, contra alium de pluralitate non excipitur. Nam vt est in prouerbio, Quod aliis vitio veritas, ipse ne feceris. Vnde Cicero orat. 5. in Verrem ait, Omnia postremo, quæ vindicaris in altero, tibi ipsi vehementer facienda sunt.
- 24 Secundo, quia illi permittitur pœnam petere, qui in ipsam non incidit. l. Cum par delictum. ff. de regul. iuris.
- 25 Tertio, quia quod in sua persona quis æquum putat, in aliis, non potest reprobare capit. Si Romanorum. dist. 19. capit. Nihil iniquius. 32. quæst. 6. l. 1. ff. Quod quisque iuris. l. Digna vox. in fine. C. de legibus, glossa magna in cap. Cum ecclesiasticæ citato. In cuius confirmationem facit illud Pauli ad Romanos. 2. In quo iudicas alterum, te ipsum condemnas, eadem enim facis, quæ iudicas. Et illud Christi apud Ioannem. 8. Qui sine peccato est vestrum, primum in illam lapidem mittat. Pro cuius declaratione plura congeffit Gratianus. 3. quæst. 7.

Cato.

*Quæ culpæ soles, ea tu ne feceris ipse.*

Item.

*Legem patere, quam ipse tuleris.*

- 26 Quinti argumenti negatur minor propositio. Qui enim cooperatur per modum patientis ad actum peccandi, vt vxor conjugale debitum reddens, non vult positue, & directe, vt proximus peccet, quia non consentit in exactiōe debiti, in quo peccatum consistit, sed in redditiōe, quæ absque peccato fit.
- 27 Quod si instetur: Exactiō, & redditiō in effectu se habent veluti actiō, & passio, quæ sunt inseparabiles secundum rem: igiturnō potest quis vni consentire, & nō alteri.

Respon-

Respondeo. Quauis sint realiter inseparabiles, sunt tamen ratione, & voluntate separabiles: ac proinde potest quis in vnum consentire, & nō in alterum. Crucifixio enim actiua Iudæorum Deo patri displicuit: sed passiuā Christi fuit meritoria, & patri acceptissima iuxta illud glossæ in. c. vni. co. de consec. ecclesiæ, vel alta. lib. 6. Actio displicuit, sed passio grata fuit. Cui illud Senecæ alludit. lib. 3. declamat.

*Vbi remedium est mori, seclius est occidere.*

28 Ad probationem minoris eiusdem argumenti d. co, illud consequens non sequi intrinsecus, & suapte natura ex antecedenti, sed extrinsecus, & casu quodam. Ideoque bene potest vxor reddere marito coniugale debitum, quauis in exactiōe ipse peccet. Quia tunc nō cooperatur cōiugi ad peccatum formaliter, sed ad opus, quod absque peccato fieri posset, & c.

29 Ad sextum respondeo, argumentum a contrario sensu non procedere, quotiscunque casus, qui venit a contrario sensu, est decisus per alias leges. Nam tunc est decidendus per illas. l. Si eum dotem in. princip. ff. Solutio matrim. & l. Si extraneus. ff. condit. causa data, causa non secuta. Bar. in. l. Omnes populi. ff. de iust. & iur. Bald. in. l. Apud antiquos. C. de furtis. Ioa. Andr. in. c. Publicato. de electione. Ancharr. in. c. Canonum statuta. de constit.

30 Ad septimum respondeo, esse plures differentias inter eos coniuges, qui castitatem vouent ambo, vnusve alterius consensu, & illos, qui simul consentientes spirituales cognationem culpabiliter contraxerunt. Prima enim differentia est ex parte finis. Nam vouentium finis est bonus, & iure valde laudatus, scilicet castitas vltra coniugalem seruanda: sed contrahentium in casu nostro spirituales cognationem finis est malus, iureque reprobatus: videlicet insidiari matrimonio, & ad inuicem se fraudare. Nam si fuisset castitas, vouissent quidem. Quamobrem qui castitatem vouerunt, peccant, sibi inuicem coniugale debitum reddentes: sed non ita, qui spirituales contraxerunt cognationem. In cuius confirmationē faciunt. c. Tua nos. el. 2. de

de iur. iur. & tradita eo loci a iuris pōtificij professoribus.

31 Secunda differentia sumitur ex parte materiae. Nam illi, qui castitatem vouerunt, fecerunt actum sanctum, & meritum, & iure diuino, humanoque approbatum: qui autem spirituales cognationem culpabiliter contraxerunt, fecerunt actum inter coniuges prohibitum: ac proinde debent remanere, vt antea ad redditionem coniugalis debiti obligati, & in criminis poenam iure exigendi priuati: ne aut culpa eis suffragetur contra. c. Si vir. de cognat. spirit. aut ex ea commodum aliquod reportent contra. c. Sicut. cl. 2. de simo. & c. Si vere. de sent. excom. & c. Legi. 16. q. 1. & l. Non fraudantur. ff. de reg. iur.

32 Tertia differentia oritur ex consensu. Nam cōiuges, qui mutuo consensu castitatem vouerunt, si sibi reddant coniugale debitum, vnus alterius peccato consentit ratione primi consensus mutui, qui fuit validus, legeque pontificia approbatus, ac debet perseuerare. Quando vero coniux reddit debitum in casu quæstionis nostræ, neutiquam peccato exigentis consentit, vt supra ostendimus, neq; ratione primi consensus, qui vt culpabilis, iureque reprobatus, non debet perseuerare. Quum igitur in alterutro casu sint diuersæ rationes, diuersæ de vtroque iudicandum est. Nam vbi est eadem ratio, ibi debet esse eadem iuris dispositio. l. Illud. ff. ad l. Aquillam. & l. Titio. ff. de verbor. obligat. Sed vbi est diuersa, esse debet diuersa decisio. c. Per venerabilem. §. Verum. qui filij sint legitimi. Antonius de Butrio in. c. fin. de consuetu. canonum. doctores in. c. Translato. de constitutio.

## Annotationes ad cap. 18.

### CXXXV. DE MENSTRVIS. A.

I Solum animal menstruale mulier est, auctore Plinio libro. 7. historiæ mundi. c. 15. Vbi menstrui virus copiose exponit. Defectus proles, & infirmitates, ex coitu cum muliere menstrualinascens, legito apud glossam.

glossam. c. Ad eius. d. 5. & Andræam Tiraquellum in. l. 15. connubial. n. 128. & sequentibus.

- 2 Speculorum fulgor mulieris menstrualis aspectu hebetatur, teste Plinio loco citato.
- 3 Democritus, & Columella lib. 11. c. 3. & lib. 10. & Plinius libr. 17. c. 28. & Paladius libr. 1. c. 35. affirmant, erucas, & brucos, si mulier, quæ in menstruis est, nudis pedibus vnanquanque aream ter, vel pluries circumbeat, enecari.
- 4 Octavius Horatianus medicus lib. experiment. 4. tradit auctoritate Democriti, quartanis febribus efficacissimum remedium esse, plantas ægri subterlini mulierum menstruis.

### CXXXVI. DE PHISICIS AD VLTERRI, & libidinis remediis. B.

- 1 Aristoteles tradit, in Phasi flumine arbusculam nasci, cuius ramus excerptus a viro, & in vxoris thalamum immixtus, efficit, ne vxor alium virum appetat.
- 2 Galenus lib. 6. de simplicium medicament. facultatibus docet, viticis semen, floresque, ac folia cohibere Veneris stimulos, ob eamque causam matronas, in Cerealibus Atheniensium castitatem seruantes, ex foliis viticis cubitum sibi strauisse. Idem tradunt Dioscorid. libro. 1. c. 26. Plinius libr. 24. cap. 9. Paulus Ægineta libro. 7. cap. 3. Alianus historia animalium lib. 9. c. 26. & Alexander ab Alexand. libro. 4. dierum genialium. c. 17.
- 3 Idem Galenus li. de medicinis facile parabilibus scribit, rutam esui, potuique datam, Veneris appetentiam extinguere.
- 4 Plinius lib. 24. c. 9. autumat, folia salicis contrita, & pota libidinis intemperantiam coercere.
- 5 Lactuca etiam libidinem mitigat: ex eoque Pythagorici ipsam eunuchion appellabant: quod & Athenæus affirmat.

### CXXXVII. DE CHRISTI PAS- sione. C.

- 1 Vna ex Sibyllis, Christi passionem his verbis est vaticinata, vt post Lactantium lib. 4. c. 8. refert diuus Augustinus de ciuitate Dei libro. 18. cap. 23. In manus iniquas infidelium postea veniet. Et dabunt Deo alapas manibus incestis, & impurato ore expuent venenatos sputos. Dabit vero ad verbera simpliciter sanctum dorsum. Et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoscat, quod verbū, vel vnde venit, vt inferis loqua-



loquatur, & corona spinea coronetur. Ad cibum autem fel, & ad sitim acetum dederunt, inhospitalitatis hanc monstrabunt mensam. Ipsa enim insipiens gens tuum Deum non intellexisti, ludentem mortaliis mentibus, sed & spinis coronasti, & horridum fel miscuisti. Templi vero velum scindetur, & medio die nox erit tenebrosa nimis in tribus horis. Et morte morietur tribus diebus somno suscepto. Et tunc ab inferis regressus, ad lucem lauam veniet primus, resurrectionis principio reuocatis ostenso. Haecenus ex Lactantio Augustinus. Sibyllae Delphica, Phrygia, & Tiburtina passionem, mortem, & resurrectionem Christi praenuntiauerunt, quarum oracula apud Sixtum Senensem lib. 2. bibliothecae sanctae legitote.

2 Lactantius Firmianus repetit ad verbum epistolam, quam Pontius Pilatus Claudio Tiberio imperatori scripsit de innocentissimi Christi passione, & morte,

### Pontius Pilatus Claudio Tiberio salutem.

Nuper accidit, quod ipse probaui, Iudaeos per inuidiam se, suosque posteros crudeli damnatione peremisse. Cum enim promissum haberent patres eorum, quod Deus illorum mitteret per virginem sanctum suum filium, qui rex eorum merito diceretur, hunc, me praesente, misit in Iudaeam. Quem cum vidissent caecos illuminasse, leprosos mundasse, paralyticos curasse, daemones effugasse, ventis imperasse, pedibusque siccis super undas maris ambulasse, & alia multa mirabilia fecisse, & omnis populus Iudaeorum dicit eum esse Dei filium, principes sacerdotum inuidiam passi sunt contra eum. Hunc itaque mihi tradiderunt, & alia pro aliis mentientes, eum magum esse, ac contra legem eorum agere, dixerunt. Ego autem ita esse credidi, eumque flagellatum eorum arbitrio tradidi, qui eum crucifixerunt, & sepulcro custodes adhibuerunt: at ille, militibus custodientibus, die tertia resurrexit. In tantum nequitia Iudaeorum contra eum exarsit, ut ipsis custodibus pecuniam darent, quatenus dicerent, discipulos eius rapuisse corpus: sed illi, quod factum erat, tacere non volentes, testati sunt, eum resurrexisse, seque visionem angelorum vidisse, & a Iudaeis pecuniam accepisse. Haec autem ideo scripsi, ne quis aliter existimet, credendo mendaciis Iudaeorum. Alter epistolam refert Sixtus Senensis lib. 2. bibliothecae sanctae sub dictione Pontius Pilatus.

3 Beatae Brigidae viduae, assidue Christi passionem meditantis, per visum reuelatum fuit, Christum Dominum in suo corpore. 5475. plagas passionis suae tempore suscepisse: atque supra quinque millia verberum sustinuisse. Quam ob rem si singulis vnius anni diebus quindecim orationes, & Dominicam, & angelicam, pie recitaueris,

singulas

singulas plagas binis orationibus, & Dominica, & angelica recoles. Liber autem reuelationum præfatæ sanctæ & examinatus, & approbatus fuit cōcilio Basiliensi, vt ex approbationis testimoniis, quæ vna cum eodem libro circumferuntur, deprehenditur. Eidem beatæ Brigidæ in visione referatum fuit, Christi cruce virginem sine peccati originalis macula fuisse conceptam, quod Diuus Antoninus narrat. 3. p. histo. ti. 24. capit. 11. §. 11.

4 Gregorius episcopus Turonensis in Christi vita scribit, ipsum saluatorem nostrum quatuor clauis crucifixum fuisse. Cuius sententiæ respondent imagines aliquot antiquissimæ Christi crucifixi tum pictæ, tum fictæ: quarum binos pedes duobus clauis cruci affixos diuersis in locis animaduertimus.

5 Diuus Augustinus sermone. 1. ferix. 6. post. 1. Dominicam quadagesimæ, qui sermo. 71. est cum inscriptione. De immolatione Isaac. Audite aliud sacramentum fratres carissimi. Hieronymus presbyter scripsit, ab antiquis, & senioribus Iudæis se certissime cognouisse, quod ibi immolatus sit Isaac, vbi postea Christus crucifixus est. Etiam hoc antiquorum relatione refertur, quod & Adam primus homo in ipso loco, vbi cruce fixa est, fuerit aliquando sepultus, & ideo caluarie locum dictum esse, quia caput humani generis ibi dicitur esse sepultum. Et vere fratres non incongrue creditur, quia ibi erectus sit medicus, vbi iacebat ægrotus. Et dignum erat, vt vbi occiderat humana superbia, ibi se inclinaret Diuina misericordix: & sanguis ille preciosus, etiam corporaliter puluerem antiqui peccatoris dum dignatur stillando contingere, redemisse credatur. Hactenus Augustinus. Cui cōsentit Diuus Epiphanius libro primo aduersus hæreses in hæresi Tatianorum, & libr. 2. hæresi vltima. Origenes item tractatu in Matthæum. 35. idem narrat, & Athanasius in lib. de passione Domini, Cyprianus quoque in sermone de resurrectione, Ambrosius lib. 5. epistolarum epistola. 19, & in Lucam c. 23. Chrysostomus homilia. 84. in Ioannis. c. 19. & Basiliius in. c. 5. Isaac. Theophylactus in. c. Matthæi. 27. & in. c. Marci. 15. & in Lucæ. 23. & in Ioannis. c. 19. Euthymius in Matth. c. 27. & diuus Hieronymus in epist. sub nomine Paulæ, & Eustochij ad Marcellam. tomo. 1. Qui super 27. c. Matthæi aliter sentit, dicens: Audiui, quendam exposuisse caluarie locum, in quo sepultus est Adam, & ideo sic appellatum esse, quia ibi antiqui hominis sit conditum caput, & hoc esse, quod apostolus dicit ad Ephes. 5. Surge, qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Fauorabilis interpretatio, & mulcens aurem populi, nec tamen vera. Extra urbem enim, & foras portam loca sunt, in quibus truncantur capita damnatorum: & caluarie, id est, decollatorum sumpsere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est Dominus, vt vbi prius erat are damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrij. Et quomodo pro nobis maledi-

maledictum crucis factus est, & flagellatus est, & crucifixus, sic pro omnium salute quali noxius inter noxios crucifigeretur. Sin autem quispiam contendere voluerit, ideo ibi Dominum crucifixum, vt sanguis ipsius super Adæ tumulum distillaret: interrogemus eum, quare & alij latrones in eodem loco crucifixi sunt? Ex quo apparet, caluariam non sepulcrum primi hominis, sed locum significare decoloratorum, vt vbi abundauit peccatum, superabundaret gratia. Adam vero sepultum iuxta Hebron, & Arbe in Iesu filij Naue volumine legimus capit. 14. Hæc ad verbum Hieronymus. Cuius posteriorem hanc expositionem amplectuntur Diuus Thomas. 3. p. q. 46. arti. 10. ad. 3. argument. & Erasmus in scholiis epistolæ citatæ ad Marcellam, & in libro. 2. ecclesiasticis, & Diuus Antoninus. 1. p. histori. titulo. 5. capitulo. 6. §. 6. & Iansenius in concordia euangelistar. capitulo. 143. Nicolaus Lyranus, & ordinaria sacrorum bibliorum glossa super Matthæi. 27.

In triuio sum consilij, & quid potissimum eligam, nescio. De Adami primi parentis sepulcro volens, & non volens Origeni, & ei adherentibus assentior. Primum, quod illorum sententia, vtpote quæ admodum pia, in dubio potius est amplectenda. Iterum, quia antiquorum traditione nititur, quæ dum nunc clari de re controuersa reperitur scriptum, quamplurimum valet. Tertio, quoniam diui Hieronymi sententia tanquam firmissima anchora fulcitur testimonio solo libri Iosue capit. 14. nempe. Nomen Hebron ante vocabatur Cariath Arbe: Adam maximus ibi inter Enacim situs est. Qui locus triplicem habere potest expositionem, quam apud sacrorum bibliorum glossam, quam theologi ordinariam vocant, doctissimorum quisque legere poterit. Ex qua triplici intelligentia duæ, quæ mihi potius placent, sunt: vel quod in Hebron sepultus sit Arba maximus gigas, a quo Arbe ciuitas nomen accepit: vel quod ibi tumulatus sit Abrahamus, quem, Genesis capitulo. 23. legimus, eo loci sepulturam emisse. Qui Abrahamus Genesis. 23. cognominatur princeps Dei, id est, princeps maximus: & Iosue. 14. Adam maximus, id est, maximus homo. Adam enim in exemplari Hebreo Iosue. 14. non est nomen primi parentis proprium, sed nomen commune, scilicet homo.

Possumus etiam duas prænarratas ex diametro oppositas sanctorum doctorum opiniones concordare, dicentes, Adamum protoplastum fuisse quidem in Hebron iuxta diui Hieronymi sententiam in tumulo conditum: post vniuersalem vero totius terræ inundationem eius caluariam a Sem filio Noe ibi fuisse reconditam, vbi postea Christus fuit crucifixus. Sem autem, Hebræi dicunt, fuisse Melchisedec, qui Hierosolymam primum ædificauit. Consule ordinariam sacrorum bibliorum glossam, & Diuum Thomam super. 7. capitulum epistol. ad Hebræos,

& Diuum Isidorum in vita eiusdem Melchisedec. Et ne diuinare videamur, Iacobus Edessenus Syrus apud Alphonsum de Villegas Toletanum. 2. historiae sanctorum parte, in vitæ Adami capitulo. 4. affirmat, inter Syros certam, & antiquissimam traditionem esse, Noe patriarcham collegisse Adami ossa, seruasseque in salutis arca: postea vero quam ab ea egressi sunt, Sem eius filium ibi in sepulcrum Adami calcuariam intulisse, vbi postea Iesus cruci est affixus. In cuius corroboracionem faciunt Christi crucifixi imagines tam pictæ, quam factæ, in quarum basibus calcuaria, illam Adami protoplasti representans, fere semper subiacere solet. Aliter, sed haud ita concinne, componit cetero-uerfiam Honorius chronographus, a Martino Martinez citatus lib. 6. hypotyposon. c. 1.

6 Ex Theophylacto super Matthæi. 17. capit. Sexta die primus homo creatus fuit, ac sexta eiusdem diei hora de ligno vitico comedit: atque eisdem & die, & hora cruci affixus, hominem reparauit filius Dei, homo factus.

7 Terræmotum, quem Matthæus capitu. 27. scribit tempore mortis Christi accidisse, commemorat Plinius libro. 1. historiae mundi capit. 84. his verbis. Maximus terræ memoria mortalium extitit motus Tiberij Cæsaris principatu, duodecim vrbibus Asia vna nocte prostratis. Eiusdem meminit Phlegon libro. 14. qui imperante eodem Tiberio suam historiam scripsit: cuius verba ex Eusebio in chronicis repetit Melchior Canus de locis theologi. libro. 11. capit. 2. Nizephorus vero libro. 1. capit. 17. & Tertullianus in apologetico. capi. 21. reputant, eundem esse terræmotum, quem enarrant & Matthæus, & Plinius locis citatis.

8 Tempore mortis Christi sol per supernaturalem, & nimis mirandam ipsius eclipsim fuit obscuratus Lucæ. 23. quam D. Dionysius Areopagita in vna ad Policarpum, & in altera ad Apollophanem epistolis manu plena, vt oculus testis, narrat. Cuius eclipsim Phlegon historiographus sub Tiberio Cæsare li. 14. meminit, auctore Eusebio in chronicis. De qua eclipsi legito Suidam, & simonem Metaphrastem in vita. D. Dionysij Areopagite, & D. Antonium. 3. p. histo. titulo. 6. capit. 28. & Iansenium in concor. euangel. capitu. 143. atque ex nostratibus Melchior Canum de locis theolo. li. 11. cap. 2. & Martinum Martinez lib. 6. hypotyposon. c. 2. & Petrum Mexiam Hispalensem concinem meum lib. 2. lux sylux. c. 34. & Franciscum Vincentium de Tornamira Nauarrum in sua chronographia capit. 60. Ego enim eclipsim, vt vulgatissimam sigillatim non describo. Ferrur. D. Dionysium Areopagitam Heliopoli, quæ ciuitas Egypti est, eclipsim admirandam suspicientem, stupefactum dixisse: Aut ordo naturæ peruertitur, aut Deus naturæ paritur, & elementa sibi compatiuntur. Præterea et ipsi ani-  
maduer-

maduersa Athenienses philosophi, vt. D. Antoninus loco citato refert, nouum altare in honorem illius Dei, cuius causa talis eclipsis acciderat, crexerunt, titulum altari imponentes, Ara ignoto Deo. A quo argumentū orationis suæ artificiosissime deduxit Paulus actorū. 17. OEcumenius autem super citatum actorum apost. locum alteram antiquiorem causam refert, cur eam inscriptionem haberet ara. Laborabant inquit, quondam grauissima peste Athenienses: & quum deorum omnium, quos ipsi colerent, opem multis votis, precibus, ac sacrificiis implorassent, nihil adiuuenti senserunt. Intelligentes igitur, quendam fortassis esse Deum, quem ipsi absque honore reliquissent, qui iratus pestem immitteret, nouam extruxerunt aram, eamque inscripserunt: Ignoto Deo. Quo facto statim pestis cessauit. Haecenus OEcumenius.

9 Non solum diuo Francisco, passionem Christi assidue animo contemplanti, suas quinque maiores plagas Christus Dominus impressit, sed & beatæ Catharinæ Senensū, vt illi, qui ipsius vitam conscripsere, enixe contendunt: quanuis in canonizationis eiusdem beatæ Catharinæ bulla, vbi compendiose quidem tota eius vita perstringitur, nihil de ea re referatur. Hisce præterea temporibus certo certius vbique celebratur, quondam abbatissam monachij, quod Olyssipone vulgo dicitur De la annunciada, nominatam Mariam Visitationis, siue de Meneses, regulam diui Dominici professam, impressas Christi plagas in manibus, pedibusque, ac dextero latere habere. Cuius veritas euentibus multorum grauissimorum virorum testimoniis confirmatur.

10 In Augustiniano sanctimonialium conuentu oppidi Itali, Montefalco nominati, quædam sanctimonialis assidue, piissimeque Christi passionem meditabatur: in cuius corde, post mortem in duas partes diuiso, vniuersa passionis Dominicæ instrumenta, & visa sunt, & modo videntur insculpta. Quod testificatur Ludovicus Granaten. p. e. catechismi in. 15. fidei nostræ excellentia. §. 7.

B b ij

Summaria

## Summaria capituli de- cimi noni.

- 1 **I**N quocumque matrimonij impedimento, proveniente ex spirituali cognatione, potest papa dispensare: & super quibuscumque aliis, iure humano inductis, etiam si ab apostolis fuissent statuta, vel a conciliis uniuersalibus.  
Cognatio spiritualis quo ad omnes suas species iure solo pontificio est introducta.
- 2 Matrimonium ob aliquod impedimentum nullum non incipit valere per dispensationem papa superuenientem, etiam si copula subsequatur: sed necessum est, ut denuo contrahatur per utriusque coniugis liberum consensum.
- 3 **A**tas nullus propter aliquam causam non reconualescit propter cessationem causae.
- 4 **M**atrimonium, existente impedimento, illud dirimente, contractum sub conditione, si papa dispensauerit, dispensatione impetrata, non censetur ratum sine nouo consensu, etiam si copula subsequatur.
- 5 **V**t matrimonium non incipiat valere inter ignorantem impedimentum, & scientem, quid requiratur.
- 6 **Q**ui matrimonium iuxta formam concilij Tridentini contraxerunt, reperto deinde occulto impedimento, matrimonium dirimente, possunt ex papae dispensatione denuo inter se matrimonium contrahere absque paracho, & testibus.
- 7 **E**piscopus legitima intercedente causa dispensare potest super impedimento cognationis spiritualis, ex solo catechismo proveniente.  
In omnibus impedimentis, iure pontificio inductis, quae solummodo impediunt matrimonium, potest episcopus dispensare.  
Cognatio spiritualis ex solo catechismo impedit, sed non dirimit matrimonium.
- 8 **E**piscopus potest dispensare, ut qui culpabiliter cum coniuge suo spirituales cognationem contraxit, possit coniuge mortuo, iterum matrimonium contrahere.
- 9 **H**abens facultatem delegatam legitimandi natos ex adulterio, item & natos ex incestu, non potest legitimare natos ex adulterio, & incestu simul.
- 10 **E**piscopus in omnibus impedimentis, iure canonico introductis, quae solummodo matrimonium impediunt, legitima intercedente causa, potest iure proprio dispensare, quanuis plura in eandem concurrant personam.  
In materia fauorabili mixta sub simplicibus continentur.  
Ordinaria dispensandi potestas, respectu eam habentis, est fauorabilis.
- 11 **P**apa potest dispensare super quibuscumque matrimonij impedimentis, iure humano inductis, etiam si plura concurrant in eandem personam.
- 12 **P**otestas delegata est odiosa, ac restringenda: secus ordinaria: nec valet argumētum ex vna ad alteram.

- 13 *Episcopus potest dispensare iusta de causa cum altero, vel utroque cōiuge, qui est matrimonium contractum cognationem spirituales in ter se culpabiliter contraxerunt, ut, ea non obstante, possint coniugale debitum, exigere: cum explanatione.*
- 14 *Episcopus dispensare potest, ut coniux petat debitum, quando impeditur ratione affinitatis, matrimonio superuenientis.*  
*Argumentum de cognatione carnali ad spirituales est efficax.*
- 15 *Qui post emissum castitatis simplex votum, contrahit matrimonium, licet prius existat iure exigendi coniugale debitum, episcopus post matrimonij consummationem potest cum eo dispensare.*  
*A similitudine rationis bonum deducitur argumentum.*
- 16 *Episcopus in multis potest cum clerico dispensare quantum ad exercendos ordines susceptos, vel retinenda beneficia antea acquisita, in quibus non potest quantum ad alios ordines suscipiendos, vel acquirenda denuo alia beneficia.*  
*Ius in re acquisitum sicut difficilius amittitur, quam ius ad rem, ita amissum facilius recuperatur.*  
*Res facile reuertitur ad suam naturam.*
- 17 *Impedimentum cognationis spiritualis ex baptismo, vel confirmatione proueniens, a solo papa tollitur.*
- 18 *Magnum discrimen est, an aliquid suspendatur, an vero omnino tollatur.*  
*Fortius est impedimentum, ab initio consistens, quam ex facto postea superueniens.*
- 19 *Non omnis causa totalis, & proxima efficit necessario suum effectum, etiam si sit per se, propria, & sufficiens: quia potest impediri, & suspendi.*
- 20 *Durante causa, videlicet completa, & non impedita, quæ in fieri, & conseruari, est causa, & necessario, semperque suos effectus producit, durant eius effectus.*  
*Quando cause sunt voluntariæ, vel agunt ex ordine alicuius, ipsis durantibus, non semper durant earum effectus.*
- 21 *Cessante causa, cessat eius effectus: non tamen cessante effectu, necessario cessat eius causa.*  
*Causa ab effectu non dependet, sed effectus a causa.*

## Caput decimum nonum.

Quis dispensare possit super cognationis spiritualis impedimento.



Vo tractatum hunc suis numeris absoluamus, hinc ad finem de dispensatione super cognationis spiritualis impedimento agendum est. In presenti, sequentique declarabimus, ad quem pertineat super huiusmodi impedimento dispensare: in reliquis vero alia eodem spectantia connectemus.

### Prima conclusio.

**1** In quocunque matrimonij impedimento, ex spirituali cognatione proveniente, potest papa dispensare. Ratio est: quia in omnibus matrimonij impedimentis, iure humano inductis, summus pontifex dispensare potest, argumento ex c. Proposuit. de concessio. præbend. & ex l. Princeps. ff. de legi. & ex concil. Trident. sess. 24. can. 3. Tradunt Syluest. v. Matrimonium. 6. nu. 5. Paludan. in. 4. sent. libr. d. 42. q. 1. arti. 1. conclusione prima, & doctor Nauarr. in manua. c. 22. nu. 84. & sequenti. Etiam si ab apostolis fuissent statuta secundum D. Thom. in. 4. sent. li. d. 27. q. 3. art. 3. ad. 2. & in quodlib. 4. ar. 13. & glossam in. c. Sunt quidam. 25. q. 1. v. conciliis vniuersalibus. c. Significasti. de elect. Quod docent glossa communiter recepta in. c. Proposuit, citato, & in. c. Vbi periculum. ver. Concilio. de electio. li. 6. Abb. Panor. in. c. Significasti, citato, Felinus in. c. 1. de cõsti. Tabien. v. Dispensatio. nu. 2. concl. 5. Turrecrem. latissime li. 3. summæ ecclesiæ. c. 51. & sequenti. Sed cognatio spiritualis quo ad omnes suas species iure solo pontificio est introducta secundum omnes doctores: igitur.

**2** Verum enim en tibi, matrimonium ob aliquod impedimentum nullum non incipit valere propter dispensationem papæ superuenientem, etiam si carnalis copula subsequatur:

sed



sed necessum est, ut denuo contrahatur: quod docent Flo-  
rent. in. 3. p. theolo. tit. 1. c. 15. §. 3. & Sylu. ff. v. Matrimo-  
nium. 6. nu. 5. & latius, ac melius. v. Matrimonium. 3. q. 9.  
& Dominicus a Soto in. 4. sent. lib. d. 29. q. 2. ar. 1. & doct.  
Nauarrus in manna. confess. c. 22. nu. 86. & Baldus in. 1. Si  
contra. C. de nupt.

3 Cuius veritatis ratio prior est, quia quando auctus qui-  
spiam sit nullus propter aliquam causam, non renascitur  
propter cessationem causæ §. 1. instit. de exher. lib. iancta  
l. Papinianus. in. princi. ff. de inoffi. testa. & §. Præterea. in-  
stit. Quibus non est permittum facere testa. & §. 1. instit. de  
inuti. itip. & c. 1. de despon. impu. & l. Filiam. ff. de serato.  
& l. Generali. §. si. ff. de ritu nup. & l. Eius, qui. ff. de testa.

4 Posterior ratio est: quia, cū consensus antiqui matrimo-  
nij, stante impedimēto, fuerit nullus, nouus cōsensus mu-  
tuus de præsentī, per verba explicitus, sublato per dispen-  
sationem impedimento, necessario requiritur. c. Veniens.  
de eo, qui duxit in matr. & l. Si manente. ff. de precariis. &  
l. Si contra mandata. in. summario. C. de nupt. Etiam si ma-  
trimonium, existente impedimento, illud derimente, con-  
tractum fuerit sub conditione, si papa dispensauerit, secun-  
dum Innoc. Cardi. & Abb. in. c. Super eo. de condit. appo.  
Fran. Are. in. conf. 143. incipiēte, Ex facto proponitur. Ro-  
sellā, & Sylu. v. Matrimonium. 3. q. 9. & Domi. a Soto in. 4. sc.  
li. d. 29. q. 2. ar. 1. Quidquid in cōtrariū senserit Calderin<sup>o</sup>  
& Anto. in dicto. c. Super eo, & Angel. in summa. v. Matrimo-  
nium. Quorum sententiam confutāt egregie Sylu. & So-  
tus locis proxime citatis, & Victoria. in relect. de matrim.

5 Ex supradictis inferitur, non sufficere cessationem impe-  
dimenti, & consensum nouum solius scientis, ut matrimo-  
nium incipiat valere inter ignorantem impedimentum, &  
sciētem, quod Dominico a Soto aliquatenus visum fuit in  
4. sen. li. d. 28. q. 1. ar. 2. cōcl. 3. sed oportere, ut etiam igno-  
rās, postquā ei saltem in genere impedimentū notū fuerit,  
denuo, & libere matrimonio consentiat, prout affirmat In-  
no. in fi. c. 1. de eo, qui duxit in matr. & Scot. in. 4. sc. li. d. 35.

& Caiet. in. 2. tomo opus. q. 2. de matrimonio, & in summa v. Matrimonium. & doct. Nauarr. in man. c. 22. n. 47.

- 6 Felicis autem recordationis Pius, huius nominis papa quintus, declarauit, eos, qui matrimonium publice coram parcho, præmissis denunciacionibus, contraxerant, reposito deinde occulto impedimento, matrimonium dirimere, posse ex papæ dispensatione, denuo inter sese matrimonium contrahere absq; parcho, & testibus. Cuius declaratione vtitur sacræ poenitentieræ prætorium, vt testificatur doct. Nauarr. in manua. c. 22. nu. 70. Huic autem declarationi concordat doctrina Caietani in summa. v. Matrimonium, ibi, Si matrimonium contrahatur omissis banis, & Dominic. a Soto. in. 4. sent. lib. d. 28. q. vnica. ar. 2.

### Secunda conclusio.

- 7 Episcopus propter aliquam iustam causam dispensare potest super impedimento cognationis spiritualis, ex solo catechismo prouenientis: quidquid in contrarium videatur sentire Palud. in. 4. sent. lib. d. 42. q. 1. ar. 1. concl. 1. Probatum: quia tale impedimentum iure solo pontificio est introductum, & impedit, non tamen dirimit matrimonium: in omnibus autem huiusmodi impedimentis potest episcopus dispensare secundum communem doctorum sententiam, quando simul cum eis non cõcurrit impedimentum, dirimens matrimonium. Florent. 3. p. theolo. tit. 1. c. 16. §. 4. doctor Nauarrus in manua. c. 22. num. 84. & sequenti. Domini a Soto in. 4. sent. lib. d. 37. q. vnica. ar. 1. Caieta. in summa. v. Matrimonium. Armilla eod. v. nu. 60.
- 8 Ex hac confirmatione recte infertur, episcopum posse etiam dispensare, vt qui culpabiliter cum coniuge suo spirituales cognationem contraxit, possit, coniuge mortuo, iterum matrimonium contrahere, qua potestate ratione cognationis spiritualis, stante priori matrimonio, culpabiliter contractæ, priuatus erat, vt ostendimus supra. c. 16. Quia hoc impedimentum iure solo pontificio est introductum, & solūmodo impedit matrimoniū contrahendum.
- Dubita

9 Dubitari autem posset, An quando simul cum hoc impedimento concurrat aliud, iure pontificio impediens duntaxat matrimonium, episcopus possit super utroque simul cum eadem persona dispensare? Et ratio dubitandi est: quia si papa legatus haberet facultatem legitimandi natos ex adulterio, item & natos ex incestu, non posset legitimare natos ex adulterio, & incestu simul secundum communem canostiarum opinionem, cui potius, quam contrariae adhereremus. c. si. huius tractatus: igitur.

10 Quo argumento non obstante, sit tertia conclusio. Episcopus potest in omnibus impedimentis, iure pontificio introductis, quæ solummodo matrimonium impediunt, iusta interueniente causa, dispensare, quanuis duo, vel plura in eandem concurrant personam. Probatum primum: quia in materia fauorabili mixta sub simplicibus continentur. l. Titia textores. ff. de lega. 1. l. Si ita scriptum. in prin. & ibi Ioan. de Imol. ff. de liber. & posth. l. Seruis urbanis. §. si. ff. de lega. 3. l. Iam hoc iure. in prin. ff. de vulga. & pupill. l. Quoties. §. Si quis ita scripserit. ff. de hæred. instituend. l. Clemens. ff. eodem, glossa, & doctores in l. 2. ff. de verbor. oblig. glossa in instit. de actio. §. Omnium. vers. Summa: sed ordinaria dispensandi potestas, respectu eam habentis, est fauorabilis secundum omnes doctores, ac proinde extendenda: igitur episcopus, ut pote qui iure proprio, & ordinario habet facultatem dispensandi in omnibus, & singulis matrimonij impedimentis, iure pontificio introductis, quæ duntaxat matrimonium impediunt, poterit etiam dispensare super eisdem, quanuis duo, vel plura in eandem concurrant personam.

11 Iterum. Sicut papa in impedimentis, matrimonium dirimentibus, dispensare potest, ita episcopus in illis, quæ non dirimunt, sed tantum impediunt: sed papa potest dispensare super pluribus impedimentis, matrimonium dirimentibus, cum eadem persona: igitur & episcopus super pluribus, quæ duntaxat matrimonium impediunt, quanuis concurrant in eandem personam.

- 12 Ad argumentum in contrarium respondetur, legatum papæ non posse in casu illius argumēti dispensare, quia habet facultatem ad id delegatam, quæ, ut odiosa, est restringenda: episcopus autem in casu nostro habet facultatē dispensandi ordinariam, quæ amplianda est. Quam ob rem ex illa ad hanc non potest efficax argumentum deduci.

### Quarta conclusio.

- 13 Episcopus potest dispensare ex causa cum altero, vel utroq; coniuge, qui post matrimonium contractum cognationem spirituales inter se culpabiliter contraxerunt, ut ea non obstāte, possint cōiugale debitum exigere. Conclusio est Paluda. in. 4. sent. libr. d. 42. q. 1. arti. 1. conclusione prima. Florēt. 3. p. theolog. tit. 1. c. 15. §. 3 Sylu. v. Matrimonium. 8. q. 7. Rosellæ. v. Impedimentū. 6. n. 6. Angeli. v. Matrimonium. 3. impedimento. 7. in principio. doctoris Nauarri in manua. c. 16. nu. 36. Hostiensis in capi. Si vir. de cognat. spirituali.

- 14 Probatum primum: quia episcopus dispensare potest, ut coniux petat debitum, quando impeditur ratione affinitatis, matrimonio superuenientis, secundum communem doctorum sententiam. Palud. in. 4. sent. libr. d. 34. vel. 37. q. 1. art. 2. Bartholomæa Medina super. 1. 2. D. Thomæ. q. 97. ar. 4. post. 3. conclusionem. Florent. 3. p. theolog. tit. 1. c. 11. in princ. & c. 16. §. 4. Domini. a Soto in. 4. sen. li. d. 37. q. 1. art. 2. & de iust. & iur. li. 1. q. 7. ar. fi. Syluest. v. Debitum coniugale. q. 9 & v. Luxuria. q. 4. Armillæ. v. Dispensatio. nu. 18. Anto. de Butrio in. c. Rursus. qui cleri. vel vouen. Abb. Panor. in. c. 1. de eo, qui cognouit conf. n. 4. & in. c. Transmissæ, eodem titulo. Quidquid in contrarium senserint Couarr. in epit. de sponsal. p. 2. c. 7. §. 2. n. 6. & Antonius Cordab. li. 1. q. 12. art. 2. sui questionarij. Igitur similiter poterit episcopus in casu nostro dispensare, argumento de cognatione carnali ad spirituales.

- 15 Iterū probatur conclusio: quia, quādo aliquis, post nuncupatum castitatis simplex votum matrimonium contra-

hit, licet priuatus existat ratione voti iure exigendi cōiugale debitum, episcopus tamen post matrimonij consummationem potest cum eo super debiti exactione dispensare secundū Domin. & Soto in. 4. sen. li. d. 38. q. 2. ar. 1. ante. 4. concl. & sum. Armillam. v. Dispensatio. n. 18. igitur propter rationis similitudinē idē dicendū est in proposito nostro.

- 16 Tertio, quia episcopus in multis potest cum clerico dispensare quantū ad exercendos ordines susceptos, vel retinenda beneficia antea acquisita, in quibus nō potest quantum ad alios ordines suscipiēdos, vel acquirēda denuo alia beneficia, vt videre licet apud Syluestrum. v. Dispensatio. num. 14. & seq. & alios summarum auctores eodem verb: Igitur quanuis episcopus nō possit super cognationis spiritualis impedimēto ex baptismo, confirmationeue nascentis, simpliciter dispensare: poterit tamen super exactione debiti coniugalis, quādo cognatio matrimonio iā contracto accessit. Nam ius in re iam acquisitum sicut difficilius amittitur, quā ius ad rē, ita amissum facilius recuperatur. Quia res facile reuertitur ad suam naturam, vt supra ostendimus. c. 11. nu. 9. Cui illud Horatij concinit.

*Naturam expellas furca, tamen vsque recurrit.*

- 17 Contra præscriptam conclusionem potest adduci tale argumentum. Impedimentum cognationis spiritualis ex baptismo, confirmationeue proueniens a solo Romano pontifice tolli potest: sed tota causa, quam ob rem coniux prohibetur, debitum coniugale in casu conclusionis nostræ exigere, est cognatio spiritualis: igitur ea re manente, non potest episcopus facultatem coniugi facere exigendi debitum coniugale. Nanque durante causa, durare, & perseverare debet effectus, vt dicit Signorolus conf. 135. incipiente, Pater familias. n. 6. per. l. Si cui. §. 1. ff. Ex quibus causis maior. & l. 2. §. Omnes. ff. de iudi. cuius sententiam sequitur Tiraquellus in tracta. Cessante causa. p. 1. in principio. numero. 17.

- 18 Ad maiore huius argumenti respōdeo, cognationē spirituale ex baptismo, cōfirmationeue a solo Romano pōtifice omnino

omnino tolli, ac submoueri posse: ab episcopo autem posse suspendi quantum ad debiti exactiōem, quando cognatio accessit matrimonio iam contracto, vt dictum fuit. Longa est enim differentia, an aliquid suspēdatur, an vero penitus abrumpatur, vt tradit Baldus in. c. 1. nu. 5. de iur. iura. quem refert, & sequitur Andræas Tiraquell. in tract. Cessante causa, limitatione. 17. nu. 2. Et fortius est impedimentum, ab initio consistens, quam ex facto post superueniens. l. Patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. institu. Quibus non est permissum facere testa §. Furiosum. quod tradit Tiraquell. in tract. citato. p. 1. litera. g. nu. 116.

19 Ad minorem eiusdem argumenti propositionem sic respondeo. Quauis cognatio spiritualis sit tota causa, quare coniux non possit exigere conjugale debitum: verum tamen nō omnis causa talis, etiam si sit perse, propria, & sufficiens, producit necessario suum effectum. Quia potest impediti, & suspēdi, vt ostendunt Arist. in 6. lib. metaphi. & D. Thomas. 1. 2. q. 75. ar. 1. ad. 2. & lib. 3. contra gent. c. 86. & multis aliis in locis, a Petro de Bergamo in tabula operum eiusd. D. Thomæ citatis, dictio, Causa. n. 4.

20 Sententia autem Signoroli intelligēda est de causis non impeditis, quæ & in fieri, & conseruari sunt causæ, & necessario, semperq; suos effectus producant. Talibus enim durantibus, durant eorum effectus: secus autem multoties contingit, quando causæ non sunt huiusmodi: & potissimum quando vel sunt voluntariæ, vel agunt ex ordinatione alicuius. Thom. in. 3. sent. lib. d. 19. ar. 3. quæstiuncula. 2 ad. 4. argumentum.

21 Leges vero, pro Signoroli sententia allegatæ, probant quidem, cessante causa, cessare etiam eius effectum, nō tamen cessante effectū, necessario cessare eius causam. Quod causa ab effectū non dependet, sed effectus a causa. D. Thom. 1. p. q. 33. ar. 1. ad primum. & q. 104. art. 1. & 2. & in 1. sent. lib. d. 37. q. 1. ar. 1. in corpore, & ad. 3. & in quæstionibus de verita. q. 5. arti. 8. ad. 8. & in quæstionibus de potentia Dei. q. 5. art. 1. & 2.

## Summaria. c. 20.

- 1 **L**egatus papæ in sua provincia potest super matrimoni impedimenti dispensare, in quibus & episcopus.
- 2 Legatus papæ concurrit cum quolibet ordinario sue provincie quo ad ea, quæ iurisdictionis sunt.
- 3 Habet & maiorem, quam episcopus, & archiepiscopus, potestatem, & in ipsos iurisdictionem, & tenet locum papæ.
- 4 Potest omnia, quæ non sunt papæ specialiter reseruatæ.
- 5 Patriarcha, vel primas, & archiepiscopus possunt super illis matrimoni impedimenti dispensare, in quibus potest episcopus, in propriis tamē diocesis, non autem in comprouincialium episcoporum territoriis.
- 6 Archiepiscopi, & primates, vel patriarchæ non habent iurisdictionem in comprouincialium suorum subditos, nisi in gradu appellationis, vel tempore visitationis.
- 7 Prælati episcopo inferiores nisi habuerint populum sibi subditum, in quem iurisdictionem episcopali equiparatam pleno iure exerceant, dispensare in prædictis casibus non possunt.
- 8 Iurisdictionis episcopali coequata diffinitur.
- 9 Pleno iure, id est, in utroque foro.
- 10 Episcopalis iurisdictionis est, in prædictis casibus dispensare.
- 11 Prælati, habentes iurisdictionem episcopali adæquatam, eamq; in populum sibi subditum pleno iure exercentes, quid possint.
- 12 An, & quando vicarius episcopi generalis in prædictis casibus dispensare valeat.
- 13 In generali commissione non veniunt illa, quæ speciale requirunt mandatum.
- 14 Ad dispensandum requiritur speciale mandatum.
- 15 Quando non requiratur.
- 16 Episcopali sede vacante, is, ad quem administratio eiusdem sedis tunc spectauerit, poterit in prædictis impedimenti dispensare.
- 17 Ad quem spectat administratio episcopatus, mortuo, vel amoto episcopo.
- 18 Potestas dispensandi, sede vacante, transfertur in capitulum.
- 19 Qui possunt in prædictis impedimenti dispensare iure proprio, & ordinario, possunt etiam talem facultatem aliis delegare.
- 20 Iudex ordinarius ea, quæ iurisdictionis sunt, delegare potest.
- 21 Potestas dispensandi ad iurisdictionem spectat.
- 22 Cause matrimoniales, vel ad matrimonium pertinentes, viro doctissimo, & integerrimo sunt delegandæ.

## Capitulum vigesimum.

An alij præter episcopum dispensare possint vel super impedimento cognationis spiritualis, ex solo catechismo prouenientis, vel super debiti coniugalis exactione, quando coniuges post matrimonium contractum cognationem spiritualem culpabiliter adinuicem contraxerunt.



QUESTIONI propositæ per sex conclusiones satisfaciemus.

1. Prima conclusio. Legatus summi pontificis ratione ordinariæ potestatis potest in prouincia suæ legationis in prædictis casibus perinde, ac proprius episcopus, dispensare.
2. Probatum primum: quia legatus papæ concurrit cū quolibet ordinario, etiam patriarcha, existente in prouincia sua: & ideo exercere potest ea, quæ per ipsos ordinarios ratione ordinariæ potestatis exercentur secundum Speculatorem tit. de legatis. §. Nunc ostendendum. vers. Legatus. cuius doctrinam notabilem appellat Abbas Panormit. in c. 1. & c. Quod translationem. de offic. leg. Speculatorem sequuntur Ancharranus consil. 131. & Bellam. in c. Pastoralis. de offic. iud. ordin. nu. 4.
3. Imo legatus papæ habet ampliorem potestatem in prouincia sibi decreta, quam episcopus, vel archiepiscopus in suis diocesisibus, ut notant glossa in c. fin. de offi. lega. vers. Statuta, & Innoc. in c. Quod translationem. eodem tit. Et bene probatur per. l. Si in aliqua. §. pen. & per. l. Ne quicquam. ff. de officio proconsul. Est enim iupra episcopos, & archiepiscopos, ut ostendit Abb. Panor. in c. 1. de offi. lega. quia tenet locum papæ, & eius vices gerit secundum eundem Abb. ibidem, & Hostien. in summa titu. de legato §. 2. Quorum doctrina expresse confirmatur ex c. 1. de off. leg.

& ex



& ex. c. 1. d. 94. Ad rē facit. l. 1. ff. de offic. præsid. & l. Quisquis. C. ad Iuliam maiestatem.

- 4 Rursus confirmatur conclusio, quia summi pontificis legatus in sua prouincia potest omnia, quæ nō sunt papæ specialiter referuata secundum Hostien. in summa tit. de offi. leg. §. 3. quem sequuntur communiter summarū abbreviatores. v. Legatus. & Sylu. v. Delegatus. n. 22. Quorū doctrina corroboratur. c. Nisi. & c. Quod translationē. de off. leg.
- 5 Secunda conclusio. Patriarcha, vel primas, & archiepiscopus possunt super dictis casibus dispēfare in suis propriis dicecesibus, nō autē in dicecesibus cōprouincialiū episcoporum. Quia in cōprouincialium suorū subditos nisi in gradu appellationis, vel tēpore uisitationis non habēt iurisdictionē, nisi in quibusdam casibus, iure expressis. c. Romana. de fo. compe. lib. 6. c. Pastoralis. §. 1. de off. ord. ubi Bella. c. Ut litigantes. de off. ord. li. 6. c. Perpetuo. de censib. li. 6. ubi Gem. Idē tradunt Ang. & Sylu. v. Archiepiscopus.
- 6 Tertia cōclusio. Prælati episcopo inferiores, nisi habuerint populum sibi subditum, in quem iurisdictionē episcopali æquiparatam pleno iure exerceant, dispensare in prædictis casibus de iure proprio, & ordinario nequeunt.
- 7 Iurisdictionē episcopali adæquata est illa, quā ibi episcopus exerceret, si locus ab eius iurisdictione nō esset exēptus, ut glossa. declarat in. c. Abbatem. de priuile. li. 6.
- 8 Pleno iure, id est, in utroq; foro, & interiori, & exteriori iuxta glossam. c. Cum & plantare. ver. Pleno. de priuile.
- 9 Conclusio confirmatur: quia episcopalis iurisdictionis est, in prædictis casibus dispensare, ut ex secunda, tertiaq; conclusione, capitulo præcedēti traditis, satis deprehēditur. sed prælati, habētes iurisdictionē episcopali æquiparatam, eamq; in populum sibi subditum pleno iure exercentes, omnia, quæ ad iurisdictionem episcopalem spectant, exercere possunt secundum Cardi. in Clem. in agro. §. Ad hæc q. 2. de statu monach. & in consi. incipiente, Reuerēde pater, & domine mi. Antonium in consilio. 23. incipiente, Quia hic agitur de potestate episcopi, & Felinum in  
cap.

cap. 2. de sententia excom. vbi Abbas. Abbas iterum in. c. Statuimus. eodem titulo, & in. c. Significasti. de foro compet. & in. c. Antecedentibus. de excess. prælat. & in. c. 1. de voto. & in. c. At si clerici. §. De adulteriis. nu. 13. de iudi. vbi expresse dicit, tales prælatos posse dispensare, perinde ac episcopus, & citat pro eadem opinione Federicū conf. 14. Quorum opinio probatur. c. Audistis. & c. Cum olim. de præscrip. cum glossis vtriusq; igitur.

10 Quarta conclusio. Vicarius generalis episcopi in prædictis casibus dispensare non potest secundum Palud. in. 4. sent. lib. d. 34. q. 1. ar. 2. conclusione. 3. Nisi vel in commissione, sibi data, fuerit expressum, vel ex ea per argumentum efficax deduceretur. Probat: quia in generali commissione non veniunt illa, quæ speciale requirunt mandatum, quorum vnum est facultas dispensandi, argumento ex cap. fin. de officio delegati.

11 Per argumentum vero efficax deducitur, quādo in commissione expressis aliquibus casibus, speciale mandatum exigentibus, addita esset clausula vniuersalis, & in omnibus aliis, in quibus nos possumus, etiam si speciale mandatum requirant. Nam tunc concessio ad articulos non expressos extenderetur per. c. Qui ad agendum. de procura. Dummodo expressis maiores, & grauiores non sint. Clem. Non potest. de procurat. & c. Sedis, de rescriptis. Idem tradunt glossa. c. fin. ver. Speciale. de procura. li. 6. Ioan. Andr. in. c. Tua nobis. de officio vicarij. Florent. 3. p. theolo. tit. 17. c. 13. Angelus. verb. Confessio. 5. nu. 5. Syluest. v. Absolutio. 2. n. 2. Tabiena. v. Vicarius. nu. 6.

Præterea si episcopus, recedens in regionem remotam, constituisset vniuersalem vicarium, etiam si non expressisset aliquod speciale in generali commissione, talis vicarius omnia posset expedire, quæ ad iurisdictionem episcopalem de iure spectant, ex intentione episcopi, manifestis argumentis declarata, secundum Hostiensem in summa titu. de pœnit. & remissio. §. Cui confitendum. num. 14. Cuius sententia, quæ communis est, cōfirmatur. c. Petitio. de procurat.

curat. cum ibi traditis 2 glossa, & doctoribus ver. Inten-  
tio, & cap. Humanæ. 22. quæst. 5. vbi glossa ver. Verba,  
idem docet.

12 Quinta conclusio. Episcopali sede vacante, is, ad quem  
administratio eiusdem sedis tunc spectauerit, poterit in  
prædictis casibus dispensare secundum Palud. in 4. sent. li.  
d. 34. q. 1. art. 2. & Syluest. Probatur conclusio, argumento  
ex cap. His, qui, & c. Cum olim. de maior. & obedien. cum  
traditis vtrobiq; per glossas.

13 Spectat autem administratio episcopalis sedis, & iuris-  
dictionis, mortuo, aut amoto episcopo, ad administratorem  
datum siue a papa, c. Is, cui, de elect. li. 6. siue ab archiepisco-  
po in casu c. si, de suppl. negligent. prælat. Præterea ad ele-  
ctum ad id per ecclesie cathedralis collegium secundum  
glossam in c. unico, de maior. & obedien. lib. 6. & in c. vl-  
timo, de suppl. neglig. prælati.

14 Potestas dispensandi, quæ de iure communi episcopo  
competit, mortuo, vel amoto episcopo, transfertur in capi-  
tulum secundum Federicum de Senis in consil. 29. cuius  
opinionem late, & sufficienter demonstrat Abbas Panor.  
in c. At si clerici, §. De adulteriis, nu. 7. de iud. Quæ de re  
perpendite, quæso, tradita a Felino. in c. Eam te, §. In man-  
dato. nu. 17. de rescriptis.

15 Sexta conclusio. Qui possunt in prædictis casibus iure  
proprio, & ordinario dispensare, possunt etiam talem fa-  
cultatem aliis delegare.

16 Confirmatur: quia iudex ordinarius ea, quæ iurisdictio-  
nis sunt, delegare potest. l. More maiorum. ff. de iurictio.  
omnium iud. & potestas dispensandi ad iurisdictionem spe-  
dat secundum omnes.

17 Verum enim cum hæc, de qua loquimur, dispensandi po-  
testas matrimonium respiciat, nec passim, nec cui libet est  
deleganda; sed raro, circumspecteque, ac viro doctissimo, &  
integerrimo, argumento ex c. 1. de consan. & affinit. Quod  
quidem archiepiscopus Florentinus 3. p. theolo. tit. 9. c. 3.  
S. in expresse docet.

## Summaria cap. 21.

- 1 Dispensandi potestas prelati est concessa in ecclesia ad satisfactionem
- 2 Principis sine ulla dispensatione indulgentia peccata.
- 3 Prelati dantes pro voluntate licentiam veniendi contra legem, dissipatores sunt, & ad leges transgrediendas aditum aperiunt.
- 4 Princeps ias subditis commune, viuis gratia violando, frangit equalitatem iustitie.
- 5 Dispensare in lege absque rationabili causa, est actus voluntarius, dissonus rationi recte.
- 6 Subditus, absque causa rationabili dispensationem petens, peccat. Quia petit rem iniustam, & inquit principem ad peccandum.
- 7 Qui utitur tali dispensatione, peccat.
- 8 Turpis est pars, quae absque causa non consonat suo toti.
- 9 Homo debet se conformare moribus honestis illorum, quibus conluit.
- 9 An peccatum vel a principe, vel a subdito commissum in concedenda, vel petenda absque iusta causa dispensatione, & in eius usu, sit mortale, vel veniale?
- 10 Dispensatio, contra ius humanum a principe concessa, etiam absque causa est valida.
- 11 In quibus iuris naturalis, aut diuini obligatio admiscetur, dispensatio, absque legitima causa impetrata, est nulla.
- 11 Explicatur illud Iuuenalis, Sufficit pro ratione voluntas.
- 12 Eiusdem est destruere, cuius & condere.
- 13 Princeps pro sua voluntate ius humanum tollere potest.
- 14 Princeps sua lege non ligatur.
- 15 Interdum in aliquo actu committitur crimen, & actus est validus.
- 16 Absoluta excommunicationis quauis iniusta, valida est.
- 17 Inferior a principe absque iusta causa contra ius superioris dispensare valide nequit.
- 18 Absoluta facultas dispensandi in lege absque causa soli principi conuenit.
- 19 Secundum ius commune ad dispensandum requiritur iusta causa.
- 20 Sic se habet inferior ad legem sui superioris, sicut monarcha ad legem dei.
- 21 Communi utilitati expedit, interdum legis vinculum relaxari.
- 22 Frequenter, & absque causa in legibus dispensare, nil aliud est, quam unicuique ad leges transgrediendas aditum aperire.
- 23 Canones sunt ab omnibus seruandi.
- 24 Dispensatio, causa cognita, ac summa maturitate, gratisque est concedenda.
- 25 Dispensatio absque causa, leuiter, aut pretio concessa subreptitia debet indicari.
- 26 An dispensatio inferioris a principe, pro libito concessa circa suam propriam legem, &c. valeat in utroque foro?

# Capitulum vigesimum primum.

## In dispensatione causa requiritur.

**I** V. & dispensandi potestas praelatis sit concessa in ecclesie ædificatione, & nõ destructionem. 2. Corin. 10. merito in presenti inquirimus, An summus, ceteriq; ecclesie pontifices sine iusta causa super matrimonij impedimentis dispensantes, subditi que talem dispensationem impetrantes, eaque vtentes, peccent?

**2** Prima conclusio. Princeps sine iusta causa dispensationem indulgens, peccat grauiter. Conclusio colligitur ex doctrina D. Bernardi lib. 3. de consid. ad Eugenium, & lib. de dispensatione, & præcepto. & D. Thomæ. 1. 2. q. 96. art. 5. & q. 97. art. 5. & vtroque Caietani. Caietani iterum in summa. v. Dispensatio, & Armillæ eodem. v. n. 15. glossæ in c. Non est. de voto. Navarra in manu. prælu. q. nu. 11. & in e. Si quando. de rescriptis. nu. 25. Rebuff. in præxi benefi. p. 2. tit. Dispensatio ad plura beneficia. n. 51. & seque. Innocent. in c. Cum ad monasterium. de statu monach. Domini. a Soto de iust. & iure lib. 1. q. 7. art. 3. Ricardi in 4. sent. li. d. 38. q. 9. art. 1. Couarr. in epit. de sponsal. p. 2. c. 6. §. 9. n. 7. Felini in c. Quæ in ecclesiarum. nu. 25. de comit. vbi plures alios citat, quamuis aliter videtur sentire in cap. Ad audientiam el. 1. nu. 4. de rescriptis.

**3** Conclusio probatur primum. quia praelati, dantes pro voluntate licentiam veniendi contra legem sine causa rationabili, dissipatores sunt, non dispensatores, vt ait D. Bernardus locis citatis: & vnicuiq; ad leges transgrediendas aditum aperit eonci. Triden. c. 18. de refor. sess. 25.

**4** Iterum, quia princeps ius, quod subditis comune est, vnus gratia violando, frangit illa æqualitate, quæ circa omnes secundum iustitiã seruare debet, vt docet D. Tho. locis proxime citatis. Cuius sententia corroboratur. c. Insuper. d. 9.

**5** Tertio, quia dispensare in lege absq; rationabili causa, est actus voluntarius dissonus rationi rectæ, vt ostēdit Caietanus in summa. v. Dispensatio.

Ultimo, quia vt diximus, potestas data est p[ro]lati nō in destructionem, sed ædificationē ecclesiæ. 2. Cor. 10. & 13.

### Secunda conclusio.

**6** Subditus absq; causa rationabili dispensationem petēs, peccat grauiter. Colligitur conclusio ex. D. Bernardi doctrina in epist. ad Theobaldū comitem, quæ est. 271. & Dominica Soto, & Couarru. locis proxime citatis; & doct. Nauarri in manua. prælud. 9. nu. 12. & Innocent. in c. Cum ad monasterium, citato.

Confirmatur conclusio: quia eo casu subditus petit rem iniustam a principe, & eum inducit ad peccādum. Pro cuius ampliori corroboratione legito Caietanum super. 2. 2. D. Thomæ. q. 78. art. 4.

### Tertia conclusio.

**7** Qui vtitur tali dispensatione, peccat grauiter. Colligitur ex gl. in c. Non est. de voto. Caiet. super. 1. 2. D. Thomæ. q. 96. ar. 5. doctore Nauarr. in man. præludio. 9. n. 11. Soto lib. 1. de iust. & iure. q. 7. art. 3. Couarru. vbi supra. Quauis contrarium teneat Felinus in c. Ad audientiam. el. 2. nu. 4. de rescriptis.

**8** Ratio conclusionis est, Quia tali vsu malū exēplum aliis exhibetur, & ins naturæ violatur a subdito, nolēte sine causa se conformare moribus honestis illorum, quibus conuiuit cōtra. c. Quod contra mores. d. 8. Turpis enim est pars, quæ absq; causa non consonat suo toti. In cuius cōfirmationem nonnulla diximus supra. c. 2. nu. 25.

**9** Est tamen aduertendum, peccatum principis, dispensantis sine iusta causa in sua lege, & peccatum subditi, petentis, vel vtentis tali dispensatione, solum esse venialia, si scandalum, & damnum notabile alterius absint, iuxta mentem Caietani super 1. 2. D. Thomæ. q. 96. art. 5. & Nauarri nu. 12. prælud. citati.

## Quarta conclusio.

10 Dispensatio, contra ius humanum a principe concessa, etiam absq; vlla causa est valida. Conclusio est communis, videlicet glossæ, & Bartoli in l. Relegati ff. de flumini. Innocent. in c. Cum ad monasterium. de statu regularium. Abb. Panorm. in c. Non est. de voto. & in c. De multa. de præben. & in c. Quæ in ecclesiarum. de consti. vbi Felinus, & Decius. Caietan. super. 1. 2. Diui Thomæ. q. 96. artic. 5. Syluest. v. Dispensatio. nu. 5. doctoris Nauarr. in man. præ. lud. 9. num. 11. Felini in cap. Ad audientiam. cl. 2. nu. 4. de rescriptis, vbi plures alios citat. Dominic. a Soto de iustit. & iure libr. 1. q. 7. arti. 3. & in 4. sent. libr. d. 21. q. 2. artic. 2. & Bartholomæi a Medina in cōment. 1. 2. Diui Tho. q. 97. art. 4. In illis autem, quibus iuris naturalis, aut diuini obligatio admisceetur, dispensatio, absque legitima causa impetrata, coram Deo nulla est. Vt si papa dispense in voto, aut episcopatus residentia absque legitima causa. Pro quibus, & similibus legitore Bartholomæum a Medina eo loci.

11 Conclusio. 4. confirmatur primum: quia in his, quæ tantummodo a iure positiuo depēdent, pro ratione sufficit voluntas principis quantum ad dispensationis validitatē. Nam sicut princeps pro sua voluntate ius tollere potest, (quia eiusdem est destruere, cuius & condere. c. Cum ex iniuncto. de hæret. c. 1. & 2. de cape. mona. c. Cum & plantare. §. In ecclesiis. de priuil. auth. de defenso. ciuit. §. Ius iurādum.) ita etiā potest in illo pro sua voluntate valide dispensare.

12 Iterum, quia bene potest accidere, vt crimen committatur in aliquo actu, & tamen ipse actus sit validus, vt Syluester ait. v. Papa. q. 15. & Caietanus loco citato subtiliter ostendit.

13 Tertio, quia absolutio excommunicationis quamuis iniusta, valida tamen est. c. Venerabilibus. §. Sanc. vers. Vbi. de rescript. igitur similiter dispensatio, a principe concessa, licet iniusta, valida tamen erit.

## Quinta conclusio.

14 Si inferior a principe, cui conceditur vel a iure, vel ab homine facultas dispensandi, absque iusta causa superius commune dispenset, dispensatio in utroque foro est nulla. Innocen. in c. Cum ad monasterium. de statu reg. & in c. Dudum. el. 2. de elect. Felin. in c. Ad audientiam. el. 2. de rescrip. & in c. Postulasti. eodem titulo, & in c. Ecclesia S. Mariæ. de constit. Alexand. in l. Filius a patre. ff. de libe: & posth. Couarru. vbi supra. Syluest. v. Dispensatio. nu. 5. doctor Nauarrus in c. Si quando. de rescriptis. & in cap. Non liceat. §. 3. 12. q. 1. & in manua. c. 25. nu. 74. & in præludio. 9. nu. 13. vbi quæstionem disputat, Rebuffus in præxi benefic. p. 2. titu. Dispensatio ad plura beneficia. nu. 52. & sequentibus.

15 Ratio conclusionis duplex est. Prior, quia sub tali limitatione facultas dispensandi inferioribus conceditur concil. Trid. c. 18. de reformatio. sess. 25. Illa enim absoluta potestas faciendi contra legem, vel in ea dispensandi, ex sola voluntate, reseruatür principi, tanquam legis conditori. Quando autem hæc potestas inferioribus cõceditur, limitanda est secundum ius, quod causam exigit in dispensatione. c. 1. de voto, & voti redem.

16 Posterior ratio conclusionis est: quia sicut se habet inferior ad legem sui monarchæ, ita monarcha ad legem Dei. c. Cum inferior. d. 21. sed dispensatio monarchæ circa legem Dei sine iusta causa nil valet secundum omnes: igitur.

17 In huius quintæ conclusionis corroborationem subscribam. c. 18. de reformatione sess. 25. concil. Trid. Sicuti publice expedit, legis vinculum quandoque relaxare, vt plenius euenientibus ealibus, & necessitatibus pro communi utilitate satisfiat: sic frequētius legem soluere, exemploque potius, quam certo personarum, rerumque delectu petentibus indulgere, nil aliud est, quàm vnicuique ad leges transgrediendas aditum aperire. Qua propter sciāt vniuersi, sacratissimos canones exacte ab omnibus, & quoad eius fieri  
potent



poterit, indistincte obseruandos. Quod si vrgens, iustaque ratio, & maior quandoque vtilitas postulauerint, cum aliquibus dispensandum esse, id causa cognita, ac summa maturitate, atque gratis a quibuscunque, ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum, aliterque facta dispensatio subreptitia censeatur.

18 Quod si perconteris, An dispensatio inferioris a principe, pro libito circa suam propriam, vel prædecessoris, aut inferioris sui legem concessa, valeat in vtroque foro? Dominicus a Soto de iustitia & iure lib. 1. q. 7. arti. 3. & doct. Nauarrus in manu. præludio. 9. n. 14. respondent affirmanter. Et non vulgari nititur Sotus anchora. Quia nõ est cur, inquit, episcopus in suas leges nõ fungatur facultate, qua papa fungitur in suas. Cæterum quum inter papam respectu iuris positivi ex vna, & episcopos inferiores respectu synodaliū constitutionum ex parte altera sit ingens interuallum, & discrimen, dubito, an quemadmodum papa super iure positivo iure, ita perinde episcopus in constitutionibus synodalibus, vel quicumque alius similis multitudinis rector in vtroque foro pro libito valide dispense? Nam summus pontifex est supra concilium vel vniuersale, ipsumque confirmat, confirmatumque quãtã ad ius mere posituum potest vel cancellare, vel abrogare, cuius legibus saltem quo ad vim coerciuam haud quaquã subicitur. Episcopus vero per oppositum ex diametro in prædictis omnibus se habet. Quoniam ipse nõ est supra totã diocesana synodum: eius confirmatio ab eo nõ petitur, eius constitutiones ipse solus nec tollere, neque abrogare potest: eius legibus etiam quantum ad vim coerciuã astringitur secundum Bartholomæum a Medina. 1. 2. q. 96. ar. 5. Quam ob rem tamen ancipitis animi, in partem negatiuã potius inclinor. Solum enim de principe, superiorem non recognoscente, dicitur. Ipse dixit. Et illud Iuuenalis

satyra. 6.


*sic vol. sic tu beo. sic pro ratione voluntas.*

## Summaria cap. 22.

- 1 **A**B vniuersalioribus est incipiendum.
- 2 **C**ause dispensandi in lege humana.
- 3 In humanis actibus maxima est circumstantiarum varietas.  
In dispensatione super lege humana standum crebro est arbitrio boni viri.
- 4 **Q**ui intra gradus prohibitos scienter matrimonium contraxerit, spe dispensationis caret: & qui ignorer, si sollempnitatibus prætermisissis.  
Non debet ecclesie benignitatem experiri, qui eius præcepta contemnit.
- 5 **Q**ui intra gradus prohibitos ignoranter matrimonium, adhibitis sollempnitatibus requisitis, contraxit, dispensationem facile obtinebit.  
Dispensatio raro gratis, & cum causa est concedenda.  
In secundo gradu nisi inter magnos principes, & ob publicam causam non dispensatur.
- 6 **C**ause dispensandi in matrimonio ex D. Thoma.  
Reipublice expedit, pacem inter magnates conseruari.
- 7 **C**ause dispensandi in matrimonio ex abbate Pancratiano.  
Propter scandalam recedendum est a iuris positivi dispositione.
- 8 **C**ause dispensandi in matrimonio ex doctore Nauarro.  
Ex litibus quamplurima oriuntur damna ubi gratia vitandi lites nonnulla scitu,  
& perenni memoria digna traduntur.
- 9 **R**eipublice expedit, ne dotis defectu mulieres inuupte remaneant.  
Causa dotis est fauorabilis.
- 10 **S**i dos pro mulieris qualitate sufficiens fuerit, insufficientem autem respectu viri,  
an tunc sit cum eis propter dotis defectum dispensandum?  
Puella, parentibus orbata, ut miserabilis persona reputatur.  
Mores, leges, & consuetudines diuersarum nationum de dote.
- 11 **M**atrimonium celebrari debet inter equales.  
Similitudo, & equalitas est causa amoris, & pacis.  
Amor, & pax inter coniuges potissimum desiderantur.
- 12 **M**agnorum bonorum temporalium conseruatio in eadem agnatione est causa dispensandi super matrimonij impedimentis.  
Reipublice expedit familias diuites, integrasque conseruari.  
Dispensatio ad bonum publicam est referenda.
- 13 **M**atrimonio statutorum, quibus excluduntur femine a successione, existentibus masculis.  
Familie per masculos potius quam feminas conseruantur.
- 14 **T**empore Patromitani non dispensatur super cognationis spiritalis impedimento.  
Magis abstinendum est a matrimonio contrahendo cum cognata spiritali, quam carnali.
- 15 **I**n prima cognationis spiritalis specie ex baptismo, confirmatione uel nascens,  
nunquam, vel raro conceditur dispensatio. In secunda vero specie conceditur dispensatio cum ea causa, que ad dispensandum in tertio consanguinitatis gradu rescribitur.

- Maiores causas requiruntur ad dispensandum super duobus impedimentis, quam vna.  
 Duo vincula fortiora sunt vna.
- 16 Causæ dispensandi super secunda cognationis spiritualis specie.  
 Ex carnali copula, matrimonio non sequuto, oriri solem inimicitie int. r. affines.  
 Pax inter conciuos est maxime necessaria.
- 17 Mulier infamata difficile nubet.  
 Infamia mulieris crebro nascitur ex vehementi copulae suspitione.
- 18 Quæ non prosunt singula, simul collecta iuuant.
- 19 Causæ dispensandi in cognatione spirituali, ex solo catechismo pronunciate, & in similibus.

## Capitulum vigesimū secundum. De causis dispensandi.

- 1  Tab vniuersalioribus doctrina nostra procedat, primum omnium hoc capitulo causas dispē sandi super lege humana vtcūq; , in genereq; duntaxat attingemus. Deinde nonnullas dispensandi causas super matrimonij impedimentis, humana lege introductis, in specie explicabimus. Vltimo ad scopum huius tractatus accedentes, eas, quæ possunt esse dispensandi causæ super cognationis spiritualis impedimento, pro captu nostro trademus.
- 2 De causis dispensandi in lege late, & cōfuse tractat Gratianus. 1. q. 7. c. Requiritis. §. Nisi rigor, vsq; ad. c. Si quis episcopus. §. Ecce. Ex quibus iuribus summarum auctores, v. Dispensatio, colligunt eas, quæ possunt esse dispensandi causæ: nempe tempus, locus, persona, qualitas, pietas, necessitas, utilitas, euentus rei, scandalum vitandum, &c. huiusmodi.
- 3 Verum enim in humanis actibus tanta est circumstantiarum occurrentium varietas, vt generali sermone difficile tradi possit, quæ causa ad dispensandum sufficiat, quæ vero non. Quare in singularibus casibus standum

est arbitrio boni viri, ut notant Abb. Panor. in. c. 1. notab. 2 de voto. Sylu. v. Dispensatio. nu. 3. Tabiena codein. v. nu. 11. Et hæc pro legis dispensatione sufficiant.

- 4 De dispensatione autem super matrimonij impedimentis ita decretum est concil. Trident. sess. 24. c. 5. de refor. matrim. Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequendæ careat: idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium cōtrahere, sed etiam consummare ausus fuerit. Quod si ignoranter id fecerit, siquidem sollemnitates requisitas in contrahēdo matrimonio neglexerit, eisdem subiiciatur pœnis. Non enim dignus est, qui ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cuius salubria præcepta temere cōtempserit. Si vero sollemnitatibus adhibitis impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo, & gratis dispensare poterit. In contrahendis matrimoniis vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro, idque ex causa, & gratis concedatur. In secundo gradu nunquam dispensetur nisi inter magnos principes, & ob publicam causam.

- 5 Præterea. D. Thomas. 2. 2. q. 63. arti. 2. ad. 2. inquit. Dispensatio matrimonij contrahendi principaliter fieri consuevit propter fœdus pacis firmandum, quod quidem magis est necessarium communi utilitati circa personas excellentes, & ideo cum eis facilius dispensatur absq; peccato acceptionis personarum.

- 6 Abbas Panorm. deinde in. c. Quia circa. de consang. & affi. duas causas dispensandi super matrimonio contrahendo, seu contracto in gradu, lege pontificia prohibito, notat ex illo cap. Prior, quando ex tali matrimonio, iam contracto, sololes est superstes. Nam tunc fauore filiorum in tali matrimonio dispensatur, maxime quando matrimonium cū ignorantia impedimenti fuit contractū. Posterior causa est scandalum vitandū. Quia propter scādalum recedendū est a dispositione iuris post. i. c. 2. de nou. ope. nūt.

7 Nouissime doctor Nauarrus in manuali. c. 22. n. 21. & 86. & 87. quatuor refert dispensandi causas super matrimonij impedimentis. Prima, quando dispensatio est remedium quali necessarium obuiandi alicui magno delicto. Et bene probatur ex. c. Dispensationes. 1. q. 7. & doctrina. D. Thomæ. 1. 2. q. 97. ar. 4.

Secunda causa est extinctio magnæ litis Et optime confirmatur doctrina. D. Thomæ eo loci.

Ex litibus enim & multa, & grandia oriuntur damna. Nam lites facultates extenuant: frequenter quippe litis expensæ superat vniuersum causæ pōdus. Conscientiā plerunq, vulnerat: nam testibus Nonio, & Cicrone de republica lib. 4. his inimicorū est. Sunt nimirum lites quædam ciuilia bella, & domesticæ pugnæ: perturbant conciuium pacem, odia multoties generat capitalia etiam inter coniunctissimos vel sanguine, vel amicitia. Iniustitiā nutriunt ex vna, aut altera collitigantiū parte. Alunt cōcordiæ hostes, causidicos videlicet, & curiales. Ex litibus mēdacia, periuria, furta, iniuriæ, infamiæ, homicidia, & cætera vniuersa mala crebro procreatur. Quæ vitæ causa Christus seruator, ac magister noster apud Matth. 5. & Lucam. 12. Christicolis consulit, Esto consentiens aduersario tuo, cito dum es in via cum eo, &c. Et infra apud Matth. eodem c. 5. & Lucam c. 6. Si quis te percusserit in dexteram<sup>a</sup> maxillam, prebe illi & alteram: & ei qui vult te cum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte & palium. Paulus quoque Corinthios litigiorum arguit. 1. c. 6. scribens, iam quidem omnino delictū est in vobis, quod iudicia habetis inter vos: quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? & c. Iacobus itidem. c. 4. Vnde bella, & lites in vobis? nonne ex concupiscentiis vestris? Litium fugam nos admonent ecclesiasticus. c. 28. inquiēs, Abstine te a lite, & minues peccata. Et apostolus ad Titum. 3. & 2. ad Timoth. 2. vbi ait, Seruum autem Domini non oportet litigare. Illud quoque poetæ:

*Qui dicit perit, plorant, qui succubere.*

Et

Et adagia, Flervictus, victor interit. Victoria non incrueta.  
 Testa collisa testæ. Numum quærit pestilètia, duos illi da.  
 Et alia plura similia.

Quam ob rem merito quidem dux ille præclarus Ferdinandus Cortes, qui eam noui orbis<sup>b</sup> partem, quæ Hispania noua appellatur, feliciter expugnauit, & sub Christi vexillum mirabiliter reduxit, Carolum<sup>c</sup> quintum imperatorem, Hispaniarum regem literis supplicauit, ne in illam remotissimam nouiter repertam, cognitamque regionem mitteret, neque ire permitteret facultatum, & salutis defensores, iuris peritos videlicet, & medicos. Nam absq; iuris consultis, eorumq; diuersis, ac plurimis legum interpretationibus, quæ fontes sunt litium omnium, & controuersiarum, res suas pacifice possidebant: & sine medicis, ac eorum pharmacis optima fruebantur valetudine. Iurgia enim, quæ inter eos oriebantur, arbitrio boni, & prudentis viri componebant: infirmitatibus autè medicamentis simplicibus, & domesticis medebantur. Cæterum inuito cum iuris peritis, & medicis cõsilio, Imperatori Carolo nõ placuit, supplicationi acquiescere. Tamen dictit vulgus.

*Quibus male vis, & matula, & glis.*

Item. *M. iuorum turba interfecit regem.*

Ea Iemque de causa Gregorius. 13. instante illustrissimo, ac reuerendissimo Cardinali Paleoto, Bononiensi episcopo, ac principe dignissimo, sui gregis vigilantissimo, ut lites inter suos conciuies minuerentur, nonnulla sanctissime, & prudentissime statuit, me Bononiæ cõmorante, quæ vti nam toto terrarũ orbe seruarètur. Creabatur enim annuatim iudices bini, de singulis ciuũ classibus selectissimi, quos concordia<sup>d</sup> iudices nuncupabant, sine quorum facultate nemini ciuile causam exordiri licebat. Nã coram illis actor litigaturus primum omnium causas proponebat, vocataque parte aduersa, vtriusque rationes absq; iudicij strepitu perpurgatis auribus iudices audiebant, ac summam vnuerſas allegationes, probationesq; ad amissim expendebant, & si iustitia, iniustitiave alterius partis

erat

erat perspicua, omnibus modis, & vndiq; curabant, ne talis  
 lis inchoaretur: si autem causa erat anceps, ad concordiam  
 amicabili arbitrio inducebāt litigaturos, nullo lapide non  
 moto. Quæ omnia gratis, & v̄tis, ac remis, prudentissime,  
 benevoleq; expediebantur, & sine litis præiudicio, si quæ  
 esset postea agitanda. Quod si tandem colligantes non  
 conueniebant, de licentia prædictorum concordie iudi-  
 cium cū causam coram ordinariis iudicibus perinde, ac si nihil  
 antea actum esset, ordiebātur. Atq; ita plures componebā-  
 tur lites absque procuratoribus, & aduocatis, & cæteris  
 eiusdem farinae, qui lites & pariunt, & nutriunt, & vnde-  
 quaque nil aliud quam lucrum captant. De iudicibus au-  
 tem, eorumque in iudicando vitiis, legitote Alexandrum  
 ab Alex. lib. 4. de. gen. c. 5. & li. 5. c. 14. Pro ceteri vero li-  
 tium, quæ motæ sunt, expeditione, relego lectores ad Bu-  
 daum super pandectas l. vltima. de senatoribus.

Martialis lib. 7.

*Ab miser, ego demens, viginti litigat annos*

*Quisque, cui vincet Gargiliane licet.*

Et alibi.

*Sit mihi verna satur, sit non doctissima coniux,*

*Sit nox cum somno, sit sine lite dies.*

Chilo vnus ex septem Græciæ sapientibus dicere solebat,  
 vt refert Plinius lib. 7. hist. mundi. c. 32: Comes æris alic-  
 ni, atque licis est miseria.

In senatoria domo vr̄bis Brunsvicensis prouinciæ Saxo-  
 niæ in Germania hæc scripta leguntur, vt refertur in teatro  
 ciuitatum orbis terrarum. In controuersis causarum capi-  
 tales inimicitie oriuntur, fit amissio expensarum, corpus  
 quotidie defatigatur, labor animi exercetur, multa, & in-  
 honesta crimina deinde consequuntur, bona, & vtilia ope-  
 ra posponuntur, & qui sæpe credunt obtinere, frequenter  
 succumbunt, & si obtinent, computatis laboribus, & ex-  
 pensis, nihil acquirunt.

Quo autem litium miseria præ oculis habeatis, totoq;  
 corde excremini, eas placet delineare. Nam quodā quasi

per trāsennā in lineo pulcherrime causam forensem aspeximus depictā. Iudex erat in primis pro tribunali sedēs, inflatus, & censorium supercilium affectans, quāvis oculis orbatus, & vna perpetuo obturata aure. Inscriptio huiusmodi circumdabat eum: Odio, gratia, petitio, aut timore omne iudicium eluditur. Coram illo mōstrum erat, caput leonis habens, corpus autem humanum, & si deforme: quod litis processum repræsēntabat, cuius libellus peritorius leone ferocior est, allegata tamē, & probata humana, quāuis plerunque deformia. Ex monstro vndiq; crumena pendebāt, pecuniarum refertæ, quas causidici, & curiales, colligantium sanguisugæ, letabundi, pro libito exinanibant. Ad monstri pedes victus prostratus, excoriata facie, & nudus iacebat. Victor autem stabat lacrymabundus, palidus, exanguis, & admodum imbecillus, manu ostendens pro leonis capite muris caudam, oreq; proferens, Quāta mus<sup>f</sup> apud Pisam. Inter vtrunque vero inscriptum erat, Cadmea victoria. Lindei demum dextera, sinistraque pars a summo vsque deorsum vtranq; per oram legum erat libris constipata, singulis inscriptum, Lixium seminarium.

At en tibi leges iustas, earumque germanas interpretationes, sanctam iustitiæ administrationem, bonam reipublicæ gubernationem, magistratus, iudicesque rectos, iurisconsultos prudentes, causidicos, ac curiales pios, timoratosque, litigantes, qui ordine iuris seruatō, ac præ oculis habentes iustitiam, animo tranquillo, sine odio prorsus, & vitio ab iniustitia iuridice vel se, vel sua defendunt, recuperantve, haud quaquam carbone sed creta notamus, atque omni voce emissa laudamus: sed illos, & ea atris floribus duntaxat aspergimus qui, vel quæ horū singulis aduersantur. Qua de re legitote D. Augustini epistolā. 5. quæ Marcellino inscribitur.

Cato.

*Esse animo forti, cum sis h damnatu iniquo.*

*Nemo diu gaudet, qui iudice vincit iniquo.*

Ceterum vt post longam digressionem domum regressiamur

diamur



diamur. Tertia dispēſandi causa ſecundū doct. Nauarrum, eſt defectus dotis pro mulieris qualitate. Expedi enim bo- no publico, ne defectu dotis mulieres innuptæ permaneāt, quarum matrimoniis reſpublica propagatur, la. ff. ſolut. matri. Vnde causa dotis eſt maxime fauorabilis. auth. Res, qua. C. Communia. de legatis.

9. Quod ſi dos pro mulieris qualitate ſufficiens fuerit, in- ſufficiens autem reſpectu viri, eam in vxorem ducere vo- lentis, poteſt etiā cum eis diſpensare ſecundū doct. Nauar- rum. Cuius ſententiam ſi vir, mulierque quarto gradu ſe at- tingāt, approbamus: ſecus vero ſi in tertio, niſi alia ſimul cauſa concurrente, veluti ſi mulier puella fuerit, parenti- busque orbata. Nam huiusmodi, & ſi ſufficientem dotem habeant, quam plurimis ſunt periculis expoſitæ, & veluti miſerabiles perſonæ exiſtimātur. l. Vni. C. Quando impe- rator inter iud. & pupi. Inno. & Abb. in. c. Significantibus. de off. lega. Sylu. v. Miſerabiles perſonæ.

Sed en tibi, Babylonij, ne dotis defectu mulieres innup- tæ remanerent, omnes nubiles cerro anni die in vnum pu- blicum ciuitatis locum conuenire faciebant: vbi haſtæ eas ſubiiciebant: & pulcras publica auctione plurimum offe- rentibus, ſingulas ſingulis, locabant: deformes vero mino- ri dote in vxores accipere volentibus, dote ſoluta, ex pul- crarum recepto pretio: mediocres autem forma ſine dote nuptui tradebant. Atque ita omnes in matrimonium elo- cabantur. Eundem morem apud antiquiſſimos Venetos vi- uiſſe, Sabellicus auctor eſt. Aliarum autem nationum le- ges, & conſuetudines de dote eleganter refert Alexan. ab Alex. li. 4. diſt. gen. c. 8. Plura quoque ad dotem pertinē- tia legito apud Tiraquellum. l. conub. 5.

10. Quarta diſpēſandi causa ſuper matrimonij impedimen- tis a doctore Nauarro relata, eſt anguſtia loci. Quando vi- delicet propter loci anguſtiam, vel nimis propagatam in eo cognationem non inuenitur præter conſanguineos, & affines, æqualis, cum quo matrimonium commode contra- hi poſſit. Huius cauſæ ratio eſt: quia matrimoniū celebrari debet

debet inter æquales, propter amorē<sup>1</sup>, pacemq; perpetuam,  
vitæ coniugali necessariam, quæ inter æquales propter co-  
rum maiorem similitudinem potissimum nascitur, con-  
feruaturque. Ad rem facit illud Genes. 2. Non est bonum,  
hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi.

Et adagia, Æqualis æqualem delectat. Pares facillime con-  
gregantur. Æqualem ducito. Et id genus plurima cumula-  
ta a Tiraquello. l. 5. conubiali.

<sup>1</sup> Ultra prædictas solet etiam hisce temporibus, causa le-  
gitima dispensandi super matrimonij impedimentis iudi-  
cari, diuitiarum conseruatio in eadem agnatione, ne vide-  
licet causa dotis distrahatur ad aliã cognationis familiam.

<sup>2</sup> Expedi enim reipublicæ, familias diuites, integrasque  
conseruari. l. 1. §. Diuuitiare. ver. Publice. ff. de ventre in-  
spi. l. Super statuta. Cl. de questi. Nam ex tali conseruatio-  
ne viros nobiles, ac diuites habet ex antiquissimis ciuitatis  
famiis, qui præptiores in bello, paceque reipublicæ su-  
bferuunt. Vnde cum omnis dispensatio ad bonum publi-  
cum sit referenda secundum. D. Thomam. 1. 2. q. 97. art. 4.  
S. Dominic. a Soto de iusti. & iure li. 1. q. 7. art. 3. iuste pro-  
pter talem causam super matrimonij impedimentis dispen-  
sari potest.

<sup>3</sup> Hoc accedit, quod Italiæ statuta, quibus scemina a bono-  
rum successione excluduntur, stantibus masculis, iusta cen-  
sentur, ne familia, quæ per masculos potius, quam scemi-  
nas conseruantur. l. Pronunciatio. §. Familiae. & §. fin. ff. de  
verbor. signifi. l. Iurisconsultus. ff. de gradi. l. Cum legiti-  
me. ff. de statu homi. institu. de leg. agna. success. §. 1. dimi-  
nutione, extenuato patrimonio, ob paupertatem patian-  
tur. Quod frequenter contingeret, si sceminis liceret pa-  
rentum patrimonia ad exteram familiam secum ferre,

in iuxta illud Euripidis.

*Mulier egressa paternis adibus*

*Non amplius est parentum, sed coniugis.*

*Mantentam vero genus perpetuo manet in iudicibus*

*Deorumque perennem, sed sepulchrorum limitem honorem.*

Est enim vxor de familia mariti non patris. Quod late ostendit Tiraquell. in. l. i. l. connub. nu. 31.

Propter traditam rationem prædicta statuta defendunt Cinus in. l. i. C. de adult. Imola in. l. fin. ff. de hære. insti. Alberic. in auth. Itaque. C. Commu. de success. Albertus Brunus in tract. de statutis excluden. scemi. art. 3. An vero huiusmodi statutorum ea sit sola ratio? apud doctores quam plures, citatos a Tiraquello in tracta. Cessante causa, limitatione. 21. n. 15. poteritis videre.

14 De dispensatione super cognationis spiritualis impedimento Abbas Panor. in c. Accepimus. nu. 4. & 5. de purg. cano. cuius dictum tanquam singulare commendat Felin. in capit. At si clerici. de iudic. ait, Ecclesia Romana nunquam legitur dispensasse super cognatione spirituali, & tamen quotidie dispensat in cognatione carnali ad matrimonium contrahendum. Et ratio est: quia magis abstinendum est a matrimonio contrahendo cū spirituali cognata, quam carnali. Quia cognatio spiritualis procedit ex venerabiliore parte: ac proinde maiori veneratione est digna. 30. q. 1. cap. 1. Hæc Panormitanus.

15 Hisce autem temporibus, prout accepi a curialibus Romanis antiquissimis, & versatissimis, in prima cognationis spiritualis specie ex baptismo, cōfirmatione ve nascentis, raro, vel nunquā dispensatū est. In secūda vero specie crebro conceditur dispensatio cum ea causa, quæ ad dispensandum in tertio consanguinitatis gradu requiritur dummodo cum cognatione spirituali aliud non concurrat impedimentum. Nam si concurreret, maior causa exigeretur. Quia fortiora sunt duo vincula vno capitulo. i. de tregua & pace.

16 Causæ vero dispensandi in secunda cognationis spiritualis specie vltra superius relatas posset esse euitatio inimicitia, quæ probabiliter posset oriri inter cognatos viri, & mulieris ratione copulae præcedentis, matrimonio non sequuto. Conducit enim bono publico, vt ciues in pace conseruentur, & omnis inimicitia causa ab eis semouea-

tur. In cuius confirmationem facit doctrina. D. Thom. in. 2. 2. q. 63. arti. 2. ad. 2. & in. 1. 2. q. 97. artic. 4.

17 Præterea, ne mulier remaneat infamata, & sic perpetuo innupta. Nam tunc dispensatione prouidebitur scandalo futuro, & bono publico. Et est aduertendum, huiusmodi infamiam crebro nasci absque copula ex eius etiam vehementi suspitione.

Excellentis deinde meritorum prærogatiua cum petentis dispensationem, tum vel maxime illius, cui petitur, solet attendi iuxta cap. Tali coniugio. 1. q. 7. Concordat centurionis historia apud Lucam. 7. in illis verbis, Quia dignus est, ut hoc illi præstes, diligit enim gentem nostram, &c.

18 Quæ quidem causæ quando solæ non sufficiunt, solent ad inuicem adiuuari. Quia quæ non prosunt singula, simul collecta iuuant cap. Cum dilectus. de success. ab inst. l. Instrumentum. & l. Non epistolis. cum glossis. C. de proba. glo. c. Cum causam, & c. Accedens. de præb. glossa iterum in. l. 2. ver. Legitimis. ff. de excusationibus tuto. Barto. in. l. 1. §. Idem Cornelio. ff. de quæstio.

19 Causæ dispensandi in cognatione spirituali, ex solo catechismo proueniente, vel ad contrahendum secundo matrimonium post contractam cum coniuge mortuo spiritualē cognationem, durante primo matrimonio, & etiam ad petendum debitum coniugale, quando aduenit cognatio matrimonio iam contracto, quæ quidem dispensationes ad episcopum spectant, ut cap. 19. tradidimus, possunt esse vel ætas iuuenilis, vel periculum incontinentiæ, vel quid simile, aut maius cap. Si duo. 35. q. 6. & cap. In adolescentia. & cap. Antiqui. 33. q. 2. & c. Ex literis. de eo, qui cognouit consang. vxor. suæ.

Annotations

## Annotationes ad cap. 22.

## CXXXVIII. PATIENTIA IN TOLERANDIS INIURIIS. A.

1 Lycurgus, a temulento quodam iuvene altero priuatus oculo, non tantum non permittit, eum a cibibus puniri, at blande submonuit. Textor in officio substituit. Patientes, & c.

2 Aristides quum improbus quidam faciem spuro coinquinasset, risit hominis improbitatem, satisque habuit, eum monere, ne postea simile quidquam faceret. Idem Textoreo loci.

3 Quum Catonem seniori, causam in foro agenti, Lentulus attracta pingui salua in mediam frontem, quantum poterat, expulisset, absterfit Catonem faciem, ac dixit: Affirmabo omnibus Lentule, falli eos, qui te negent os habere. Et nihil aliud contra eum est locutus.

4 Cum in via quidam Socrati per lasciuam calcem impegisset, admirantibus, quod id pateretur, Quid facerem? inquit. Illis, hominibus, ut vocaret hominem in ius, Ridiculum, ait: si quis alius me calce percussisset, diceretis mihi, Voca illum in ius?

5 Idem colapho percussus a quodam in via, nihil aliud respondit, quam quod homines nescirent, quando prodire deberent cum galea. Simile quoddam Laertius ascribit Diogeni canino.

6 Socrates e palestrae redeuntem Euthydemum, casu factus obuius, duxit ad cenam. Illis autem inter se multa commentantibus, Xanthippe irata surrexit, multaque in maritum dixit conuitia: quibus quum ille nihil commoueretur, tandem ipsa & mensam subuertit. Cum autem Euthydemus valde perturbatus, surgens, abire coepisset, Quid habes? inquit Socrates: nonne nuper hoc idem accidit domi tuae, ut gallina subuolans, euerterit, quae erant in mensa? Nos tamen ob id non indignabamur.

7 Idem quum Xanthippem diurixantem tulisset in aedibus, ac tandem fessus confedisset ante fores, illa magis irritata quiete viri, de fenestra perfudit eum lotio. Ridentibus, qui praeteribant, & ipse Socrates arridebat, dicens: Facile diuinabam, post tantum tonitrum sequuturam pluiam.

8 Alcibiadi percontanti, cur aleret duas uxores praesertim rixosas, nec eas domo expelleret? Haec, respondit Socrates, me domi docent tolerantiam, qua mihi in publico utendum est: harum moribus exercitatus, commodior ero ad aliorum consuetudinem.

9 David ferens iniurias, sibi a Semei illatas, patientissimum animum ostendit. reg. c. 16.

10 Christus Dominus usque adeo iniuriam tolerantia praecelluit vniuersos, ut reliqui, cum eo collati, nihil esse videantur.

11 Petrus. 1. epistol. capit. 2. Hæc est enim gratia, si propter Dei constantiam sustinet quis tristitias, patiens iniuste. Quæ enim est gratia, si peccantes, & colaphizati fuissetis? Sed si bene facientes, patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum. In hoc enim vocati estis, quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius: qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniuste, & c.

12 Diuus Isidorus archiepiscopus Hispalensis soliloquiorum libro. 2. Magna est virtus, si non lædas, a quo læsus es. Magna est fortitudo, si etiam læsus remittas. Magna est gloria, si cui potuisti nocere, parcas.

13 Seneca Cordubensis de virtutibus libr. 4. Scito magnum, & honestum vindictæ esse genus, ignoscere.

### CXXXIX. DE INDIA OCCIDENTALI. B.

Vulgus putat, Christophorum Columbo anno a Christi natiuitate. 1492. primum omnium occidentalem Indiam inuenisse. Verum enim anno ante saluatoris aduentum. 396. quosdam mercatores Carthaginenses, e Bæticis portibus in altum oceanum nauigantes, insulam inuenerunt, quam Florianus de Ocampo libro. 3. rerum Hispaniarum, & Camalloe Gariuai libro. 5. capit. 8. eam suspicantur esse, quæ modo Hispanica, vel de Sancto Domingo appellatur, a Columbo seculo superiori inuenta.

Item Seneca tragicus Cordubensis in Medea prænuñciauit.

*Venient annis*

*Secula series, quibus Oceanus  
vincula rerum laxet, & ingens  
pateat tellus, Tiphysq; nouos  
detegat orbes, nec sit terris*

*ultima Thule.*

### CXL. DE CAROLO QUINTO IMPERATORE, ac Hispaniarum rege. C.

Carolus quintus Germanorum imperator maximus, atq; Hispaniarum rex inuictissimus, postquam de Italis, Gallis, Germaniæ hæreticis, Turcis, Mauris, aliisque nationibus satis gloriose triumphauit, coronidem, accolophonem suis victoriis, trophæisque anno Christi 1555. & 56. Bruxellis addidit. Vbi regna sua omnia, nec teruntio quidem

quidem, sibi recento, sponte resignauit, imperium in Ferdinandum fratrem, regna reliqua in Philippum suum filium dilectissimum. Quo equidem egregio facinore, sicuti aliis ceteros vicit, se ipsum superauit: Maxime quod renuntiatione monarchiæ celebrata, Hispania repetiit, & in monachio de Iuste Placentini territorij cum. D. Hieronymi monachis tranquille, proculque ab omnibus mundi negotiis vitæ periodum pie admodum, ac nimis religiose absoluit.

### CXLI. DE CONCORDIA, ET discordia. D.

- 1 Ecclesiasticis. 4. Funiculus triplex difficile rumpitur.  
 2 Ecclesiastici. c. 35. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus. Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir, & vxor sibi bene consentientes.  
 3 Psal. 133. Quam bonum, & quam iocundum habitare fratres in vnũ. & c.  
 4 Scilurus Scytha, octoginta liberos masculos habens, quum esset moriturus, facisculum iaculorum singulis porrexit, iussitque rumpere. Id cum singuli recusassent, eo quod videretur impossibile: ipse singula iacula exemit, atque ita facile confregit omnia, filios admonens his verbis: Si concordēs eritis, validi, inuictique manebitis: cōtra si disidiis, & seditione diltrahemini, imbecilles eritis, & expugnati faciles. Erasmus in apophthegma.  
 5 Virtus vnita maior est se ipsa dispersa. Ex lib. de causis prop. 17.  
 6 Boethius de consolatione li. 4. Nōsti ne, omne, quod est, tandiu manere, atq; subsistere, quandiu sit vnum: sed interire, atq; dissolui, quando vnum esse desierit.  
 7 Cato. *Concordia nutrit amorem.*  
     Quidam poeta.  
 8 *Concordia fulciuntur opes etiam exiguae.*  
     Item.  
 9 *Coniuncti pollent etiam vehementer inertes.*  
     Ouidius.  
 10 *Et quæ non prossunt singula, multa iuuant.*  
     *Ita quæ non ledunt singula, multa nocent.*  
 11 Sallustius. Concordia res parua crescunt: discordia maximæ dilabuntur.  
 12 Pytho rethor Byzantius cum esset supra modum obeso corpore, prodissertque in concionem suaturus concordiam Bizantiis, seditione ciuili tumultuantibus, statim populi risus obortus est ex ipso corporis habitu

- habitu. At ille risum vertit in rem feriam, Ridetis, inquit, ciues? Quum tale corpus habeam, v̄xorem habeo multo me obesiorē, & tamen concordēs quoduis grabatulum capit ambos: discordēs nec tota quidem domus. Hoc proœmio vsus, ingressus est orationem.
- 13 Diuus Ambrosius libr. de patriarchis. Nulla spatia possunt esse satis discordibus: quietis, & pacificis etiam angusta abundāt.
- 14 Luc. x. 11. Omne regnum in se diuisum desolabitur. & c.
- 15 Diuus Isidorus de summo bono libro. 3. Sicut optandum est, vt boni pacem habeant ad inuicem, ita optandum est, vt mali sint discordēs.
- 16 Ludouicus Ariostus lepidissimam discordiæ fabulam in sui Orlandi cantico. 13. composuit quā intertextam vsq; ad. 26. canticum protrahit.
- 17 Seneca. Semper dissentio ab alio incipiat, a te reconciliatio.
- 18 Diuus Gregorius. Melius duco alieno iudicio cedere, quam contentionibus inferuire.
- 19 Cato. *Vincere cum possis, interdum cedo sodali.*  
*Quem superare potest, interdum vince ferendo.*
- 20 Seneca lib. de moribus. Quietissimam vitam agerēt homines in terra, si hæc duo verba a natura omnium rerum tollerentur, meū, & tuum.

## CXLII. DE LEONE. E.

- 1 Hanno Cartaginensis primus omnium leonem mansuefecit. Plinius li. 8. histor. mundi. c. 16.
- 2 Marcus Antonius, Octauiani Cæsaris leuir, primus Romæ leones subdidit iugo, & ad currum iunxit. Plinius eo loci.
- 3 Leones terrentur gallinaceorum cantu, & ignis flamma, rotarumq; circumactione. Ex eodem Plinio.
- 4 Helpis natione samius, in Africam naue delatus, conspecto iuxta litus leone, arborem fuga petiit. Tum leo ad arborem procumbens, hiatu miserationem quærebat. Habebat enim ingentem spinam pedi infixam. Quam cum reuclisset Helpis, gratiam retulit leo, venatus aggereudo quandiu nanis in littore stetit. Idem Plinius eodem loco.
- 5 Pro simili obsequio fertur. D. Hieronymum habuisse in eremo leonem, veluti vernam: qui ea de causa ad pedes Hieronymianæ imaginis fingitur.
- 6 Habuit Macarius in desertis nemorū locis vicinam cellæ suæ leonem, cuius catulis cæcis cum restituisset visum, fera, obsequij memor, eidem pelles ouium, & pecudum, quas venabatur, afferebat. Textor in officina substitit. Animalia diuersa mansuefacta.
- 7 Aulus Gellius. li. 5. noct. Attica. c. 14. historiam narrat cognitu dignissimam, cuius verba transferam. In circo maximo venationis amplissima pugna populo dabatur. At inter alias sauientes feras vnus leo corporis



poris impetu, & vastitudine, terrificoque fremitu, & sonoro, toris, comisque ceruicem fluctuantibus, animos, oculosque omnium in se se conuerterat. Introductus erat inter complures ceteros ad pugnam bestiarum seruus viri consularis Androdus nomine. Hunc ille leo ubi vidit procul, repente quasi admiratus stetit, ac deinde sensim, atque placide tanquam nosciturus ad hominem accedit. Tum caudam more, atque ritu adulationis canum clementer, & blande mouet, hominiq; se adiungit. Cruraq; & manus eius semi mortui timore, lingua leniter demulcet. Androdus inter illa tam atrocis bestiae blandimenta amillum animum restaurat: paululumque oculos ad contuendum leonem reuertit. Tum quasi mutua recognitione facta, lætos, & gratulabundos videres hominem, & leonem. Ea res prorsus admirabilis maximos populi clamores excitat. Accersitusque a Cæsare Androdus, interrogatusque, cur ille atrocissimus leonum ipsi vni pepercisset, rem miram narrat. Quum prouinciam, inquit, Africam pro consulari imperio meus dominus obtineret, ego ibi duris eius, & quotidianis verberibus ad fugam sum coactus: & vt mihi a domino, terræ illius præfide, tutiores latebræ forent, in camporum, & arenarum solitudines concessi: ac si defuisset cibus, consilium fuit, mortem aliquo modo querere. Tum sole medio, rapido, ac flagranti specum quandam nactus remotam, latebrosamque, in eam me penetraui, & recondo. Neque multo post ad eandem specum venit hic leo debili vno, & cruento pede gemitus edens, & murmura, dolorem, cruciatumque vulneris commiserantia. Atque ille primo quidem conspectu aduentantis leonis terrorem sibi incussum dicit. Sed postquam introgressus, inquit, leo in habitaculum illud suum, videt me, procul delitescens, mitis, & mansuetus accessit, & suspensum pedem ostendere mihi, & porrigere quasi opis petendæ gratia visus est. Ibi ego stirpem ingentem vestigio pedis eius hærentem reuulsi: conceptamque saniem vulnere intimo expressi: accurati usq; sine magna iam formidine siccaui penitus, atque deterfi cruorem. Ille tunc mea opera, & medela leuatus, pede in manibus meis posito, recubuit, & quieuit. Atque ex eo die triennium totum ego, & leo in eodem specu, eodemque victa viximus. Nam quas venabatur feras, membra optimiora ad specum mihi suggererat, quæ ego ignis copiam non habens, sole meridiano torrens, edebam. Sed ubi vitæ illius ferinæ iam pertæsus sum, leone in venatum profecto, reliqui specum, & viam ferme tridui permensus, a militibus visus, apprehensusque sum: & ad dominum ex Africa Romam deductus: is me statim rei capitalis damnandum, dandumque ad bestias curauit. Intelligo autem hunc quoque leonem, me tunc separato, captum gratiam nunc mihi beneficii, & medicinæ referre. Hæc dixit Androdus. Atque ideo cunctis petentibus dimissus Androdus, & pœna solutus fuit: leoque ei suffragii

populi donatus . Postea videbamus Androdum , inquit Appion apud Gellium , & leonem , loro tenui reuinctum , urbem totam circum tabernas ire , donari ære Androdum , floribus spargi leonem , omnesque fere vbiq; obuios dicere : Hic est leo hospes hominis : hic est homo medicus leonis . Hastenus ex Gellio .

- 8 Quū Golfedrus de Torres insignis eques , vnus illorū , qui cū Gothifredo de Bullon , ad recuperandā ferro , non auro Hierosolymā conuenierant , per Iudææ saltus venaretur , serpentem horribilem , cum leone diuicantem , offendit . Quæ , vt hedera laurum , leonem circumserpserat , adeoque strictis amplexibus circumplicauerat , vt iam leo vita periclitaretur . Serpentem pene victricem eques interfecit , leonemque cæde liberauit . Qui equiti gratiam retulit . Nam deinceps perpetuus eius sequax , comes , & custos fuit . Et quotiescunque eques venatum ibat , leo , vt generosus canis , ei inseruiebat . Demum cum Golfedrus nauigare cogeretur , & in nauim leonē recipere nollent , ipse leo natando nauem subsequens , prius quam subleuari posset , submersus fuit .

### CXLIII. CADMEA VICTORIA. F.

- 1 Quanta mus apud Pisam , de iis dicitur , qui vincūt , & optatis potiuntur , sed non sine summo negotio , neq; citra magnū incōmodum suum .  
 2 Quanta scilicet mala mus apud Pisam , subintellige , attulit .  
 2 Cadmea victoria appellatur quæ in felix est ipsi quoq; victoribus .

### CXLIII. DE CARBONE. G.

- 1 Creta notare est approbare : carbone autem notare reprobare  
 1 Persius . *Illa prius creta , mox hæc carbone nota stit .*  
 2 Diuus Augustinus lib. 21. de ciuitate Dei . c. 4 . Miranda est tanta carbonis infirmitas , vt ic̄tu leuissimi frangatur , pressu facillimo conteratur : & tanta firmitas , vt nullo humore corrumpatur , nulla ætate vincatur , vsq; adeo vt eum substernere soleant , qui limites figunt .

### CXLV. SINE CVLPA PATI. H.

- 1 Tota euangelica doctrina , & omnes martyrum passiones ad patientiam sine culpa vel mortem propter Deum nos inuitant : in eoq; consummata religionis Christianæ perfectio collocatur . Quam ob rem pluribus supersedens , pauca , quæ ad rem faciunt tum ex ethnicis , tum etiam ex Christianis referam .  
 2 Agis Laconicorum regū vltimus , per insidias captus , ac præter meritum ab Ephoris condemnatus , quum ad laqueum duceretur , conspiceretque quendam e lictoribus flentem ob indignitatem rei , cuius cogebatur esse minister : Desine , inquit , o homo vicem meā flere . Nam sic mories præter ius , & equū , melior feliciorq; sum his , qui me occidunt .

Cicero

3 Socrates, capitis dānatus, vxori, muliebriter cōporanti, dicētiq; Mi  
 3 vir innocens morieris: Quid, inquit, vxor, nū me nocentē mori malleſ?

4 Cicero. Quando præſtitimus, quod debuimus, moderate, quod eue-  
 4 nit feramus.

5 Cato. *Successus indignos noli te ferre moleſte:*

*Indulget fortuna malis, vt ledere poſſit.*

6 Diuum Petrum martyrem Dominicanum, animo cæleſtia contem-  
 plantem, ſanctæ virgines, omni ex parte beate, per omniaque felices,  
 interdum inuiſebant, ac cum eo quam familiariffime colloquebantur.  
 Vnde accidit, vt quidam ſui ordinis fratres, prope eius cellam trāſeun-  
 tes, prædicta colloquia audierint, & exiltimantes fœminas eſſe in eius  
 cella apud priorem contentus, & omnes fratres in capitulo, vt moris  
 eſt, eum accuſarunt. Qui de crimine a priore interrogatus, neq; illyd  
 confitendo, neque negando, proſtratus peccatorum veniam humiliter,  
 & generatim petiit. Quem conuentus prior duriffime increpauit, ac  
 in delicti pœnam ad conuentum Ieſinum, in Marchia ſitum, quali rele-  
 gatum abire, iuſſit. Petrus innocens, & humilis pœnitentiam ſuſcepit,  
 & relegatus in conuentum ſibi aſſignatum ſe contulit. Vbi quadam  
 nocte in templo coram crucifixi imagine piiffime ita quærebatur. Do-  
 mine mi tu ſcis in cauſa illa innocentiam meam: cur ergo me ita iudica-  
 ri permiſiſti? Cui crucifixi imago, Petre, quid mali feci, vt crucis mor-  
 te damnarer? Diſce igitur mei exemplo omnia æquanimiter ſuſtinere.  
 Quibus verbis mirabiliter Petrus & corroboratus, & animo recreatus  
 eſt. Temporis autē proceſſu declaratū fuit, accuſatores Petri uiſſe erro-  
 re deceptos. &c. Imago vero illa crucifixi adhuc in prædicto monachio  
 maxima habetur veneratione. D. Antoninus, 7. p. hiſtor. tit. 23. ca. 6. §. 3.

7 Marina virgo, ſexum mētica, ſimul cum patre monachium virorum  
 ingreſſa, & Marius vocata, mortuo patre, pro collegij rebus iuſſu abba-  
 tis crebro conuicina oppida petebat. Aliquotiesque hoſpitabatur domi  
 quorundam coniugum, filiam habentium inuptam. Quam cum graui-  
 dam parentes animaduertiſſent, ab ea ſtupratorem inquirebant. Quem  
 filia monachum Marinum fuiſſe falſo aſſeuerauit. Id parētes quum ab-  
 bati, vt facinus ingratiſſimum, furibundi nuntiāſſent, ab eo Marinus  
 ſuper ſtupro interrogatus, ingemiſcens, ait: Peccaui pater, pœnitentiam  
 agam, ora Deum pro me. Ipſum autem abbas poſt duram nimis, aſpe-  
 ramque increpationem de monachio ignominioſe eiecit. Marinus ve-  
 ro neque latum, vt aiunt, vnguem a monachij ianua diſcedere voluit:  
 ſed ibi perpetuo iacens, aliquot ciborum reliquias a monachis diebus  
 ſingulis humiliter excipiebat. Infantulum autem ablaſtatum auia ad  
 monachorum conuentū, quaſi alicuius ipſorum, aſportauit: quem Ma-  
 rinus buccis panis, quæ ſibi a monachis miſericorditer erogabantur,  
 bancuole nutrebat. Poſt longum vero tempus, & abbas, & monachi

profundam humilitatem, & diurnam Marini patientiam secum in animo considerantes, venia ei indulta, monachium introduxerunt; omnia tamen vilissima officia ei iniungentes. Quum autem haud diu post Marinus spiritum creatori reddidisset, abbas, lauate, inquit, corpus eius, ut mos est, sed longe a monachio sepelite. Lauantes vero cum feminam esse comperissent, stupefacti, vna cum abbate vexationis Marino illatae poenitentes, lachrymabant. Eademque hora puella, quae falso Marinum culpauerat, a demone arrepta, ad monachium percurrit; delictum palam fatetur, stupratorem nominatim declarat, & c. Quae tandem Marinae meritis a demonis infestatione fuit liberata. Diuus Antoninus Florentinus. 3. p. histor. tit. 15. c. 10. §. 10.

### CXLVI. DE PVELLIS ORPHANIS. I.

1 Quae dotis materiei hic addi poterant; superius annotationibus de matrimonio. 57. & 109. ac 120. tradidimus. Modo operae pretium duxi, duo optima, & Christiana instituta, quae inter alia admodum pia Hispali stabilita sunt, ad puellarum orphanarum remedia pertinentia, commemorare: quae faxit Deus, ut vbiq; terrarum instituantur. Vnum. Aedes sunt, quae orphanotrophium dici possunt, vbi orphanae puellae sub cura, & doctrina cuiusdam spectatissimae matronae optimis moribus, & domesticis disciplinis instituantur. Ibi iustarum sanctorumque hominum elemosynis, & redditibus, quos contentus annuatum habet, aluntur. Quum ad legitimam perueniunt aetatem, quae volunt, vel sibi vel amicae recipiunt, vel nupti traduntur, dote ex collegij redditibus, ac elemosynis soluta. Non enim in orphanotrophio recipiuntur nisi vere orphanae, id est, carentes omni paterno praesidio. Sunt viri non pauci, qui ex illis orphanis ob ipsorum pietatem, vel optimam illarum educationem, institutionemque sine prorsus dote uxores dant. Sunt etiam matronae & diuites, & nobiles, quae pro famulis illas excipiunt, interueniente cautione eas & liberaliter tractandi, & intra centum tempus locandi. Etc. Atque ita puellis orphanis, quae in lupanaria aliter prolaberentur Hispali prouidetur.

2 Est item Hispali quadam & diuitum & nobilium virorum urbano-  
rum confraternitatis, quae Hispanice De las donzellas appellatur, in templo Desparae virginis maximo instituta. Cuius sodales elemosynis, & redditibus ipsius confraternitatis, qui maximi sunt, singulis annis feria quinta, & sexta hebdomadae sanctae, supra quingentas puellas pauperes nuptui tradunt. Quo pacto plurimae puellae egentes a  
Cupidi-

Cupidinis laqueis eripiuntur. O vtram alia orbis terrarum frequen-  
tes ciuitates meam Hispalini in his institutis imitentur,

Inter præclara sancti Nicolai opera illud præcipue celebratur, quod  
cum eius ciuis egens tres filias iam nobiles in matrimonio collocare  
non posset, earumque pudicitiam prostituere cogitaret, re cognita,  
Nicolai noctu per fenestram tantum pecuniæ in eius domum inie-  
cit, quantum vnus virginis doti satis esset. Quod cum iterum, & ter-  
tio fecisset, tres illæ virgines honestis viris in matrimonium datæ sunt.

### CXLVII. DE AMORE ET BO- no, & malo. L.

Amor coniugibus magis necessarius est quam ignis, & aqua. Simi-  
litudo, quæ in æqualitate fundatur, est mutui amoris causa. Vnde vul-  
go dicitur, Amicitia æqualitas. Æqualem igitur tibi vxorem quære.

*Et si qua voles apte nubere, nube pari.*

Ecclesiastici. 13. Omne animal diligit simile sibi. Omnis caro ad si-  
mitem sibi coniungetur, & omnis homo simili sui sociabitur. Qua de  
re plura diximus annotationibus de matrimonio. 77. & 109. & 110.

In vxorem alienam omnis amor turpis est: in propriam vero nimius  
potest esse. Seneca a se cognitum quendam testatur, qui exiturus in  
publicum fascia vxoris pectus alligabat, & ne momento quidem præ-  
sentia eius carere poterat: potumque omnino nullum sibi nisi vxoris  
præ gustatum labris hauriebat: alia item pleraque, neque inepta minus  
faciebat. & cætera.

Diuus Augustinus lib. de amicitia. Amor est animæ rationalis affe-  
ctus, per quem ipsa aliquid cum desiderio quærit, & appetit ad fruen-  
dum, per quem & fruitur eo, & cum quadam suauitate interiori am-  
plectitur, & conseruat adeptum.

Idem lib. 15. de ciui. Dei. Omnis creatura, quæ bona fit, & bene ama-  
ri potest, & male. Bene ordine constituto: male ordine perturbato.

Idem super psal. 64. Duas ciuitates duo faciunt amores. Hierusalem  
facit amor Dei: Baby loniam facit amor seculi. Interroget igitur se vnus-  
quisque, quid amet? & inueniet, vnde sit ciues.

Seneca. Amor formæ rationis obliuio est, & insanix proximus. Quod  
reperit. D. Hieronymus lib. 2. aduersus Iouinianum. De quo amore prius  
nonnulla dicam, posterius de honesto.

Ouidius.

*Nox, & amor, vnumque nihil moderabile suadent.*

*Ille pudore vacat, Liber, amorq; metu.*

Ambro-

8 - Ambrosius in sermone de assumpt. Amor nescit modum, nec aliud cogitat, quã quod amat. Amor non accipit de impossibilitate solatium, neque ex difficultate remedium, nec consilio temperatur, neq; pudore frænatur, neque rationi subiicitur.

9 Amor ex aspectu nascitur. Celerem habet ingressum, regressum tardum. Haud quaquam est tutum videre, quod non licet concupiscere.

10 Catullus.

*Difficile est, longam subito deponere amorem.*

11 Zenon. Qui vulgo dicuntur amare, suam venãtur voluptatem cum ingenti amariæ damno.

12 Deformia pulcra videntur amanti.

13 Amantium est etiam nexos eius, quod amant, ex osculari.

14 Amanti nihil difficile. Omnia vincit amor.

15 Terentius in Andria.

*Amantium ira amoris reintegratio est.*

Alius.

*Puillo amantum durat ira tempore.*

Alius.

*Amor fit ira incundior.*

16 Mulicam docet amor. Da mihi hominem efferum, atque truculentum: hunc amor mollem reddet, & mansuetum. Da rudem, & rusticum: ab amore fiet ingeniosus, & urbanus. Da incultum: ab amore cultissimus efficietur. Deniq; torpor omnis, segnicies, marcor, squalor, incuria ex amoris contubernio eliminantur: In quo industria, gnauicas, vigilantia, solertia, cultus, decor commorantur. Ex Beroaldo.

17 Cato senior. Amantis animus in alieno corpore viuit: nam potius est vbi amat, quam vbi animat.

18

- Plautus in Cistellaria.

*Ita nullam mentem animi habeo.*

*Vbi sum, ibi non sum, Vbi non sum, ibi est animus.*

19 Placet ad verbum ex Plutarcho in vita Demetrii historiam amatoriam, notatu quidem dignam repetere. Cum in regno patris Seleuci assidue adolescens versaretur Antiochus, forte Stratonices noueræ iam vnum habentem ex Seleuco filium, venustate, ac pulcritudine captus, puellam cœpit vehementer ardere, & crescente indies amore, consueque processit, vt die noctuq; ingenti perturbatione angeretur. Erat autem durior ex eo adolescentis cõditio, quod intus alebat ægritudinẽ suam, nec cuiquam communicare audebat, rubore quodam, & reuerentia patris Seleuci detentus. In hoc igitur statu constitutus adolescens, cum se

se omnino ab hac cupiditate superatus esse perspiceret, nec vllum remedium huic malo reperire posse consideret, magis necessarium, vt sibi visum est, quam salutare consilium cepit. Simulans enim se corporis morbo vehementer vrgeri, operam dedit, vt abstinentia cibi sensum, pedetentimque sibi vitam eriperet, & morte voluntaria se ab ingenti ægritudine, quæ animum eius excederat, vindicaret. At vero Erasistratus solus inter plerosque medicos, quos Seleucus magnis propositis præmiis ad curandum filium vndique conuocauerat, percipere potuit hanc, animi ardentis amorem, non male affecti corporis ægritudinem, esse. Sed ignarus cuius amore adolescentis animus præcipue deperiret, ad hoc inueniendum in eo maximum studium, operamque constituit, vt vultum, & eas partes, quæ mutari facile solent, obseruaret Antiochi, cum adolescentes, puellæq; formosæ eum visitatû venirent. Multis igitur ad eum, vt par erat, quotidie veniētibus, nullum cernebatur mutationis indicium: accedente vero Stratonice ( frequenter enim ad visendum vna cum Seleuco veniebat ) tanta repente perturbatio Antiochum occupabat, vt defectum vocis, ruborem vultus, subintuitû oculorum, sudores acutos, motum incredibilem venæ, cunctaque alia, quæ a Sappho de amatoribus referuntur, intueri in adolescente liceret. Statimque post hæc deficiente pedetentim sensu, ingens palor toto corpore diffusidebantur. Hæc obseruans Erasistratus, manifeste apprehendit nullius amore, nisi Stratonicæ captum esse Antiochum. Itaque primo Seleucum metuens, magis sui, vt æquum erat, quam adolescentis periculi memor, hanc rem perpetuo tacere decreuerat: deinde secum reputans, quam ingenti amore Seleucus filium complecteretur Antiochum, quanto nunc dolore die, noctuque pro eius salute augetur, deposito non iniuria metu, virum adire constituit, eumque arguta calliditate in adolescentis desiderium trahere. Vbi igitur ad illum venit, Ægritudinis inquit ( o ) rex, quæ filium tuum ad mortem perducit, cum causam ingenti cura, diligentiaque perquirerem, tandem non valetudinem malam, aut vllum corporis morbum, vt a plerisque falso creditum est, sed incredibile amoris incendium causam esse, inueni. Neque me profecto mea opinio fallit. Sed satius fortasse erat, minusque molestum, vel eius causam non esse repertam, vel tibi patri non manifestatam fuisse, cum nullum possit huic malo remedium reperiri. Stupefactus Seleucus, Cur amice inquit, si huius ægritudinis amor causâ est, languenti filio opitulari non possumus? ingenium nobis, an facultates desunt? quænam, quæso, tanta cupiditas, aut qualis amor adolescentem corripuit, qui omnes deliberandi nobis rationes excludat? At vero Erasistratus post multos sermones vtrinque habitos tandem precibus Seleuci fatigatus, Scias, inquit, o rex, meam coniugem esse, quam adolescens Antiochus ar-

det.

det. Tunc Seleucus multis cum lacrymis Erasistratum complexus obsecrare coepit: vt per fidem, per amicitiam suam adolescentis salutem, iam ad voluntarium interitum properantis, succurrere velit. Hunc sibi esse filium, ait, in quo esset status, & regnum, & vitæ suæ spiritus conlaturus, in quem omnes populi oculos conuertissent, quo amisso, nihil restare præter mortem, quod sibi amplius expectandum foret. Hæc ( inquit Erasistratus ) facile vt pater nobis enarras: verum forte aliter sentias, si Stratonicem tuam amaret Antiochus. Utinam amice inquit Seleucus, aut dii, aut homines facultatem darent, vt hanc amorem permutare meo arbitrato possem, Deos enim obtestor, quod si ea, quæ mihi carissima sunt, in vnum conferrentur, omnia libenter abiicerem pro tuenda vnus Antiochi vita. Hæc vehementi affectu, multisque cum lacrymis dicenti Seleuco, Erasistratus non amplius cunctandum ratus, apprehensa illius dextera, Nihil est, inquit, o rex, cur Erasistrato amplius indigeas, nam pater, & vir, & rex cum sis, medicus optimus tuæ familiæ eris. Non enim coniugem meam, sed Stratonicem tuam filius Antiochus ardet. Quibus cognitis, Seleucus vehementer rei nouitate turbatus Erasistratum rogare coepit, vt rem omnem serio enarraret. Postea vero quam voluntariam mortem proposuisse animo filium suum, cognouit, & reuerentia patris esse detentum, quominus causam suæ ægritudinis aperiret, incredibili illius misericordia motus, non deserendum tam egrogium adolescentem putauit. Sed omnia interitu filij potiora ducens, extemplo populo in concionem vocato, luculentam orationem habuit, qua ostendit, se velle, ac iubere, omnium populorum, qui superiora Asiæ loca incolunt, Antiochum regem, & Stratonicem reginam appellari, & matrimonio simul coniungi. Existimare filium, qui cunctis in rebus suo imperio obtæperare solitus sit, ab his nuptiis non alienum fore. Sin vero mulier re inopinata perturbetur, amicos, & familiares hortari, vt ei persuadeant, omnia iusta, ac honesta arbitretur, quæ sine optima regi Seleuco visa. Celebrata sunt deinde Stratonices, & Antiochi nuptiæ iugenti apparatu, & incredibili magnificentia rerum, festaque vbiq; in regno Seleuci pro nouo coniugio acta. Hactenus ex Plutarcho.

20 Huius historie instar noster comicus Bartholomæus de Torres Naharcus artificiosam nimis in sua Aquilana fabulam finxit.

21 Amorem soluit iniuria.

22 Potiora amoris venere remedia sunt longa absentia, & iugis cum vexatione occupatio.

23 Fœminæ amor inconstans impatiens, nimis tener, furiosus, audax, querulus, suspicax, voluptuosus, ardens, excus, mendax, periculosus, incautus, loquax, quibus adiungere poteris epitheta similia ceterum.

Ouidius



Ouidius in epistola Paridis ad Helenam.

24

*Quis enim celauerit ignem?*

*Lumine qui semper proditur ipse suo.*

*Sed tamen apparet dissimulatus amor.*

25

Hugode Ara. li. 1. Inter mūdi, & Dei amorē hęc est differētia: quia amor mūdi a principio dulcis esse videtur, sed finem amarū habet: amor vero Dei ab amaritudine incipit, sed vltima eius dulcedine plena sunt.

26

Antisthenes. Non est verus, aut syncerus amor, nisi quem conciliat virtus.

27

Seneca in prouerb. Nihil est, quod non toleret, qui perfecte diligit.

28

D. Dionysius Areopag. Prima deitas amore mulcetur. Idem. Amor habet vim quandam vnitivam.

29

D. Bernardus super cant. serm. 30. Sapientia est Deus, & vult amari non solum dulciter, sed & sapienter.

30

D. Augustinus lib. confess. Minus Dominē te amat, qui aliquid tecum amat, quod propter te non amat.

31

D. Bernardus in tractatu de diligendo Deo. O iugum sancti amoris quam dulciter capis: gloriose laqueas: suauiter premis: delectanter oneras: fortiter stringis: prudenter erudis. O felix amor ex quo oritur strenuitas morum: puritas affectionum: subtilitas intellectuum: desideriorum sanctitas: operum claritas: virtutum fecunditas: meritorum dignitas, præmiorum sublimitas.

### CXLVIII. DE DIVITIB VS. M.

Diuites enim belli, pacisque tempore reipublicæ maxime seruiunt. Nam amantiore sunt patriæ, & in ea tuenda diligētiores, vt cuius portio sunt eorum diuitiæ. Ad scelera item sunt timidiore, ne bona sua amittant. Quam ob rem Solon Atheniensium legislator, magistratus omnes ex nobilioribus, & locupletioribus creari, sanciuit, vt tradit Aristoteles libr. 3. politici. cap. 10. & Plutarchus in vita ipsius Solonis. Apud Indos quoq; reipublicā optimi, ditissimiq; gubernabant, iudiciaq; reddebant, auctoribus Plinio li. 6. c. 19. & Solino collectaneorum. c. 60. Aristoteles præterea li. 2. politicorum. c. 7. Lacedæmonios arguit, quod ad Ephorum magistratum, qui apud eos summus erat, inopes admittebant. Et libr. 4. politicorum ait. Qui nimis viles sunt, & egeni, nesciunt principare.

### CXLIX. DE PAVPERTATE. N.

Euripides.

*Scis ne, quod nobiles quidem mortalium.*

*Dum pauperes sunt, non amplius clari existunt?  
 Qui vero prius niberant, nunc diuites facti,  
 Gloriam assequantur propter nimos,  
 Genusq; nuptias suis liberis excellentes comparant.*

Iuuenalis.

*Haud facila emergant, quorum virtutibus obstat  
 Res angusta domi.*

Quidius lib. 3. elegiarum.

3 *Curia pauperibus clausa est, dat census honores,  
 Inde grauis iudex, inde seuerus eques,  
 In pretio pretium nunc est, dat census honores,  
 Census amicitias, pauper vbique iacet.*

4 Ecclesiastici. c. 13. Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius ad nubes producent. Pauper locutus est, & dicunt, quis est hic?

5 Diogenes interrogatus, quid esset miserimum? respondit, Seneæ inops,

Horatius.

*Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignem.*

## CL. DE COGNOMINIBVS. O.

1 Lycij a matre nomen generis sortiuntur, & non a patre. Legito Plutarchum lib. de claris mulieribus. c. 9. & Herodotum lib. 1. & Polibium lib. hist. 2. Quod si de filiis illegitimis, quorum matres notæ sunt, statueretur, non esset quidem absurdum. c. Liberi. 32. q. 4. Prout est, quod nostratum nonnulli filij etiam legitimi faciunt, qui a matre nomen generis sibi sumunt, eoque ipso tanquam ignobilem notant patrem, & sonum quidem nobilitatis habent, sed præterea fere nihil. Nam mulier nobilis, ignobili nupta, amittit nobilitatē: & filij patris familiam sequuntur, & non matris, Pro quibus omnibus, ne longus sim, re-lego lectores ad tractatum de nobil. Andræ Tiraquell. c. 15. & 18.

2 Non grauabor tamen morem Bononiensium recensere, apud quos mulieres statim cum nubunt, mariti cognomen accipiunt, paterno obliuioni tradito. Neque iniuria quidem nam vxor de familia mariti est, non patris: legito Tiraquellum in. 1. lege connub. nu. 31.

Summaria

## Summaria cap. 23.


- D**ispensatio semper conceditur super determinato matrimonij impedimento,  
& propter causam expressam.
- In dispensationibus, quæ a papa extra urbem conceduntur, præcæ examinatione  
committitur ordinario loci, quando impedimentum est publicum, & nondum  
matrimonium factum attentatum.
- Dispensatione prius ab ordinarijs locorum sunt examinandæ, quam suum sortiã-  
tur effectum.
- Ordinarius loci summarie, & extra iudicialiter debet de dispensationis precibus  
cognoscere.
- Q**uando dispensatio in foro conscientie alicui confessario delegatur, tunc confessa-  
rius delegatus iuxta præscriptam, sibi traditam dispensandi formam, debet om-  
nia exequi.
- Confessarius, cui committitur in foro conscientie dispensandi facultas, non debet  
pro præcæ examinatione testes examinare.
- In conscientie foro standum est confessioni penitentis.
- Præiuris existentibus falsis, nihil prodest dispensatio.
- Si confessarius, cui committitur dispensandi facultas, certus sit de præcæ falsitate,  
debet dispensationem denegare.
- Absolutio, & dispensatio inter se differunt.
- An mandatum ad dispensandum circa matrimonij impedimentum habeat vim di-  
spensationis.
- Q**uando princeps in iure humano dispensat, causa præsumenda est iusta.
- Dispensatio impetrata ex falsa causa, vel tacita veritate, quæ de iure exprimi de-  
bet, est nulla.
- Ad dispensandum super consanguinitatis, & affinitatis impedimentis, maior cau-  
sa requiritur, dum gradus est propinquior, ac maior ad dispensandum in con-  
sanguinitate, quam affinitate in eodem gradu: maiorq; ad dispensandum in li-  
nea affinitatis recta, quam transversali.
- Si contrahentes in diuersis gradibus existant, & vir est in propinquiori, natuque  
maior muliere, facilius dispensatur.
- Utrum in computandis gradibus inter collaterales quoto gradu distat alter ab sti-  
pite, distet etiam a quolibet descendendum per aliam lineam ab eodem stipe.
- An sit satis in impetranda dispensatione super gradu consanguinitatis, aut affini-  
tatis prohibito mentionem facere remotioris gradus ab stipe in linea transversali?
- Q**uando concurrunt duo matrimonij impedimenta in eandem personam, sunt simul  
in eadem supplicatione declaranda.
- In materia odiosa mixtum sub simplicibus non continetur.
- Dispensatio respectu illius, cui conceditur, est odiosa, atque striete interpretandæ.
- Dispensatio particularis facta de adulterio, & incestuoso separatim, non porri-

gitur ad simul iuncta.

- 9 Casus mixtus diuersus est specie a quocunque simplici.  
 10 Duo crimina, quando in eodem reperiuntur, ad inuicem aggrauantur.  
 11 In impetratione noua diuersi generis a prima oportet facere mentionem de eodem defectu, super quo extitit dispensatum: cum exemplo ex. c. 2. de filiis presbyterorum lib. 6.  
 12 Si matrimonium sui facto contractum inter cognatos spiritalis, debet in gratia supplicatione declarari.  
 Illa sunt necessario in gratia supplicatione exprimenda, quæ expressa aut difficiliorem redderent, aut totaliter impedirent gratia concessionem.  
 13 Ex coniugio in gradibus prohibitis soboles non solet subresecere, idcoq; dissuaderi debent huiusmodi coniugia, cum limitatione.

## Capitulum vigesimum tertium.

### Quædam in dispensationis materia maxime notanda.

- I  N hæc dispensationis materia nonnulla sunt notatu digna. Primum, In dispensationibus, quæ hisce tēporibus super matrimonij impedimentis a summo pontifice extra Romanam curiam conceduntur, cum semper super determinato impedimento, atque ex causa expressa concedantur, committi consuevit precum examinatio, quando impedimentum est publicum, & nondum matrimonium de facto contractum, ordinario loci illorum, qui dispensationem impetrauerunt iuxta decretum concilii Trident. c. 5. de reform. sess. 22. cuius verba sunt. Dispensationes, quacumq; auctoritate concedendæ, si extra Romanam curiam comittendæ erunt, committantur ordinarijs illorum, qui eas impetrauerint. Eæ vero, quæ gratiose conceduntur, suum non sortiuntur effectum, nisi prius ab eisdem, tanquam delegatis apostolicis summarie tantū, & extra iudicialiter cognoscatur, expressas preces subreptionis, vel obreptionis vitio non subiacere. Quando autem vel impedimentum est secretum, vel ex occurrenti causa dispensatio in foro conscientia alicui est delega-

deleganda, tunc cōmitti solet precum examinatio, precibusq; existentibus absq; surreptionis vitio, facultas in superdispensandi super expresse matrimonij impedimēto, cōfessario in sacra theologia magistro, vel iuris pōtificij doctori, qui iuxta præsriptā sibi traditā dispensandi formā debet ad vnguē omnia examinare, atq; seruare. Nō tamē requiritur, vt præsatus cōfessarius testes superdispensandi causis, aut super matrimonij impedimento recipiat. Quia in, quo ei cōmittitur, dispensandi facultas, secretissimo conscientiae foro, stare debet confessioni pœnitentis, quæ in tali foro pro ipso, & cōtra regulariter sufficit absq; alia probatione. Pœnitēs vero sibi caueat, ne vel falsum dicat, vel veritatē, iure exprimendam, taceat. Nam eo casu nihil ei proderit dispensatio. Atq; cōfessarius, si de precū veritate dubitet, eum caute inducat ad veritatē exprimendā. Quod si vel de causatum falsitate, vel de propinquiori, aut distincto matrimonij impedimento cōfessarius contra sibi factam secreto confessionem aliunde certus sit, non debet cum ipso dispensare. Quia facultas dispensandi extra peccatorum confessionem ei committitur, & a sacramentali absolute differt. Quam ob rē h. s. non obstantibus, precibus existentibus falsis, recte potest dispensationem ei denegare.

Illud libenter huic addiderit, mandatū ad dispensandum circa matrimonij impedimentum non habere dispensationis vim, etiā si nulla sit per delegatum, aut commissariū ad h. bēda causę cognitio. Nam ex eo solo mādato non potest matrimonij contrahi, neq; contractū valebit, priusquam mādataris, potestate sibi cōmissa vsus, dispensauerit. Ita in quadā causa in rotæ Ro. p̄torio obtētum fuit vt assenerat Ant. Maria Papaz. in add. ad rotā, 2. in nou. de fi. pres. cōtra Præposi. in. c. Quia circa. de cōsang. vbi ex diametro oppositū docet. Pro cuius ampliori intelligentia ad Didac. a Co. uar. lēctōrē relego in epit. de spon. 2. p. c. 6. §. 9. in fine.

Secundum notabile. Quando princeps in iure humano dispensat, causa præsumentanda est iusta, nisi de opposito manii esse constet. Ita docet Bar. post Cinū. in. l. h. C. Si cōtra

ius, vel utilitatem publicam, Felinus in. c. Quæ in ecclesiis. nu. 60. & Decius. nu. 29. de contit. glossa in. c. Ad aures. de temp. ordin. & in. c. 2. de maior. & obedi. D. Tho. 2. 2. q. 88. art. fin. ad. 2. Caiet. 1. tomo opusc. tract. 9. q. 2. Domin. a Soto in. 4. sent. lib. d. 21. q. 2. ar. 2. Quorum sententia, quæ communis est, confirmatur ex. c. Quid culpatur. 23. q. 1. & c. In presentia. de renunt.

4 Tertium notabile. Dispensatio impetrata ex falsa causa, vel tacita veritate, de iure exprimenda, est nulla, c. Quia circa. de consan. & affin. c. 2. de filiis presb. li. 6. Quod notant doctores in. c. Ad audientiam. el. 2. de rescrip. & in. c. Non potest. de præbend. lib. 6. Rota in nouis decis. 32. de rescript. Bellam. decis. 698. Felinus in. c. Postulasti. de rescript. Syluest. v. Dispensatio. nu. 2. doctor Nauarrus in manua. c. 22. nu. 86. Innoc. in. c. Dudum. el. 2. de elect. De subreptione autem tradidimus multa lib. 30. disput. disputatione. 21. nu. 26. & sequentibus.

5 Quartum. Ad dispensandum super consanguinitatis, & affinitatis impedimentis maior causa requiritur, dum gradus est propinquior: ac maior ad dispensandum in consanguinitate, quam affinitate in eodem gradu: maiorq; ad dispensandum in linea affinitatis recta, quam transuersali. Si autem contrahentes in diuersis gradibus existant, tunc si vir est in propinquiori, natuque maior muliere, facilius dispensatur, quam si e contrario existant, & se attingant. Quæ quidem omnia sigillatim confirmare prælongum esset, & extra propositum nostrum.

Sed en tibi, iuris pontificij professores in. c. Quod dilectio, & c. fina. de consang. & affini. disputant, Vtrū in computandis gradibus inter collaterales, quoto gradu distat alter ab stipite, distet etiā a quolibet descendentium per aliam lineam ab eodem stipite? Et commune respōsum est, quod si contrahētes sint transuersales, & æqualiter ab stipite distent, quoto gradu distant ab stipite, distant inter sese, vt fratres distant inter se primo gradu, quo distant a patre. Si vero ab stipite inæqualiter distent, tunc quoto gradu  
remotior

remotior distat ab stipite, distant & ipsi inter se. c. Vir, qui ab stipite. de consan. & affinit. Ratio huius regulæ est: quia cum collaterales non habeant inter se consanguinitatem nisi ratione primi stipitis, in quo vniuntur, nullus vnus lineæ maiorem habere potest propinquitatem ad lineam alterius, quam habet ad stipitem. Qua de re legitote præter Abbatem, & canonistas iuribus citatis, Domini. a Soto in 4. li. sent. d. 40. q. vnica. art. 2. prope finem.

Hinc quæritur, An sit satis in impetranda dispensatione super gradu consanguinitatis, aut affinitatis prohibito, mentionem facere remotioris gradus ab stipite in linea transuersa: vel an sit necessarium, simul & propinquioris gradus, quo alter ex impeditis ab stipite distat, meminisse? Et quanquam hinc inde fuerint opiniones, & contraria summorum pontificum decreta, tãdem Pius. 5. die. 20. mensis Augusti anno. 1568. declarauit, nõ esse in eiusmodi dispensationibus necessariam propinquioris gradus mentionem: sed sufficere remotiorem tãtum gradum exprimere, obtentis tamen postea super propinquiori literis declaratoriis: nec posse, priores literas notari de subreptionis, aut obreptionis vitio, ex eo quod in eis propinquioris gradus mentio facta non fuerit. Pro pleniori autem prædictorum intelligẽtia relego lectores ad Philippum Probum in rubr. de consang. & affini. & ad Didacum Conarru. in epit. de sponsal. p. 2. c. 6. nu. 12. Placet quoque constitutionem Pij quinti subscribere.

Sanctissimus in Christo pater, & dominus noster, dominus Pius diuina prouidẽtia papa. v. attendens, per quãdam constitutionem dudum per felicis recordationis Pium papam quartum, sanctitatis suæ prædecessorem, editam, qua cauetur, quod in dispensationibus matrimonialibus, pro diuersis consanguinitatis, seu affinitatis, ex eodem stipite prouenientibus, gradibus, coniunctis, non remotioris solum, prout olim fieri solebat, sed etiam propinquioris gradus expressa mentio fieri debeat, alioquin dispensationes, ac de super cõfectæ literæ nullius sint roboris, vel momẽti,

prout in dicta constitutione plenius continetur, a dispositione iuris communis, & laudabili, ac antiquo Romanæ curiæ stylo nunium recedi, ac fauorem matrimonij debitum restringi. Volensque propterea iuri, & stylo prædictis, nec non piæ memoriæ Gregorij. x i. & Clementis. v i. Romanorum pontificum, etiã sanctitatis suæ prædecessorū vestigiis inherendo, sacramento, & libertati matrimonij, quantum cum Deo potest, fauere, statuit, & ordinauit, quod de cætero in quibuscunq; dispensationibus, quas pro matrimoniis contractis, aut contrahendis inter viros, & mulieres, inuicem diuersis prohibitis consanguinitatis, seu affinitatis, aut mixtis, ex cõmuni, seu ab eodẽ stipite surgentibus, quicumq; illi sint, dummodo primũ quoquomodo nõ attingat, cũ in eo sanctitas sua nunquã dispensare intendat, gradibus coniunctos, ab eadẽ sanctitate sua, & pro tẽpore existente Romano pontifice, aut sede apostolica impetrari, vel alias cõcedi contigerit, ac litris, cõmissionibusq; desuper etiam locorũ ordinariis faciendis, gradus remotior attẽdatur, trahatq; secum propinquiorem, ac ob id sufficiat remotiorem tantũ gradum exprimere, obtentis tamẽ postea super propinquiori literis declaratoriis iuxta Gregorij, & Clemētis prædecessorũ huiusmodi constitutiones, quas quo ad hoc innouauit, & inuiolabiliter obseruari mãdauit, dispensationesq; seu dispensandi cõmissiones, ac desuper cõfectas literas, & processus habitos per easdem dispensatis, seu his, cum quibus dispensari mandatur propter proximioris gradus huiusmodi non expressionẽ, de surreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis defectu notari nõ posse, sed in omnibus, & per omnia suffragari, perinde ac si in literis, seu cõmissionibus huiusmodi de proximiorẽ, seu vtroque gradu specialis, & expressa mentio facta fuisset: sicq; per quoscunq; iudices, & commissarios, etiam sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, sublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus super his a quocunq; quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum,



& inane decreuit, constitutione Pij prædecessoris huiusmodi, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunq;.

6 Quintum. Quando concurrunt duo matrimoni impedimenta in eandem personam, sunt simul in eadem supplicatione declaranda. Nam si diuisim in duabus supplicationibus, non facta, vtriusque mentione, exprimerentur, censeretur impetratio subreptitia.

7 Probatum primo: quia in materia odiosa mixtum sub simplicibus nõ continetur. l. Vm passam. §. Præscriptione. ff. de adul. iuncta. l. Mariti. §. Hoc quinquennium. eodem tit. Quod tradunt Bartol. Iasson, Alex. Angelus, & communiter iuris Cæsarei professores in. l. 2. ff. de verbor obligat. Ioan. de Imola in. l. Si ita scriptum. not. 1. ff. de liber. & posthu. Syluest. v. Dispensatio. nu. 10. Sed dispensatio prout respicit personam, cui conceditur, maxime est odiosa, atq; strictè interpretanda. c. 1. & 2. & cap. Quod dilectio. de filiis presby. in. 6. c. Cui de non sacerdotali. de præbend. lib. 6. c. si. de transla. episc. c. si. cum glossa, & ibi Ioan. Andr. de simo. c. Dudum. cum glo. in. v. Beneficij. de preb. li. 6. iuncto c. Quauis el. 2. eodem tit. Alex. in. l. 2. ff. de verb. obligat. Sylu. v. Dispensatio. nu. 9. igitur dispensatio cõcessa super duobus impedimentis diuisim, non facta vtriusq; mentione, non prodest habenti vtrunque simul.

8 Secundo. Quia dispensatio particularis, facta de adulterino, & incestuoso separatim, nõ porrigitur ad simul iuncta secundum Abbat. & Felin. in. c. fin. de simonia. Couarr. in epit. de spons. 2. p. c. 8. §. 8. nu. 9. Bartolum in. l. Stipulationem. ff. de verbo. obligat. Syluest. v. Dispensatio. nu. 10. igitur idem dicendum est in casu nostro.

9 Tertio. Quia casus mixtus diuersus est a quocunq; simplici, ac proinde facit aliam speciem per se. instit. de actio. §. Sequens illa diuisio. l. Adeo. §. Cum quis. ff. de acqui. rerum domin. l. Imperium. ff. de iurisdic. omnium iudic. l. Certi conditio. §. Quoniam. ff. Si certum petatur. §. Ex maleficiis. instit. de action. l. Iam hoc iure. in principio. ff. de vulga. & pupil.

- 10 Quarto. Quia sicut duo crimina, quando in eodem reperiuntur, propter coniunctionem ad inuicem aggrauantur. l. Vimpassam. §. præscriptione. ff. ad. l. Iuliam. de adul. iuncta. l. Mariti. §. Hoc quinquennium, eodem titulo, sic duo matrimonij impedimenta.
- 11 Quinto: argumento deducto ex. c. 2. de filiis presb. lib. 6. Vbi ille, cum quo super origenis defectu ad beneficium, cui iniuncta est animorum cura, fuerit dispensatum, si prædicto defectu tacito, super beneficiorum pluralitate dispensationem obtineat, non valet dispensatio: etiam si defectus natalium sublatus censeatur per primam dispensationem, vt argumētando innuit glossa penultima eiusdem capituli. Vbi etiam Ancharranus in. 3. notabile ait. In impetratione noua diuersi generis a prima oportet facere nouam mentionē de eodem defectu, super qua extitit dispensatum. Quem sequuntur Geminianus ibidem, & Syluest. v. Beneficium. 3. n. 16. Decius conf. 695. Menochius de arbitra. iud. qq. li. 2. cent. 3. casu. 201. nu. 39. & casu. 203. nu. 12 & 13. & 32. & Rebuffus in praxi beneficior. p. 1. titulo de dispensatione. nu. 26.
- 12 Sextum notabile. Si matrimonium fuit factum cōtractum inter cognatos spirituales, debet in gratiæ supplicatione declarari, præsertim si fuerit cōsummatum. Probatum: quia hæc circumstantia multo difficiliorem iure reddit dispensationis impetrationem iuxta concilij Trid. decretum supra. c. 22. nu. 4. citatum, & Couarr. in epit. de spons. p. 2. c. 6. §. 10. nu. 13. & 14. & Franciscum Sarmiento selectarum interpret. li. 1. c. 10. nu. 3. & doctorem Nauarrum in manu: c. 22. nu. 86. & illa sunt necessario in gratiæ supplicatione exprimenda, quæ expressa aut difficiliorem redderent, aut totaliter impedirent gratiæ concessionem secundum Abbatem communiter receptum in. c. Constitutus. nu. 5. de relig. domi. cuius sententia firmatur. c. Postulasti. de rescr. vbi idem notant Inola, & Abb. & Felinus, quos sequuntur Decius in. c. Cum cessante. de appella. & Tiraquell. in tracta. Cessante causa, limitatione. 1. nu. 11. & 12.

Vtrum vero quando sola copula carnalis præcessit inter cognatos spirituales absque matrimonio de facto contracto, talis copula sit in supplicatione dispensationis exprimenda? sequenti disputabitur.

- 13 Ultimo in hac materia notandum est illud, quod beatus Gregorius papa ad Augustinum Anglorum episcopum scripsit, & continetur. c. Quædã lex. 35. q. 3. videlicet, Experimento didiscimus, ex cõiugio scilicet in gradib<sup>us</sup> prohibitis, dispensatione etiam impetrata, sobolem non posse subcrefcere. Et idem scripsit. D. Ambrosius ad Paternum. libr. 8. epistol. epistola. 66. in fine. Quam ob rem tale coniugium dissuadendum est, nisi causæ contrahendi, dispensandique, & magnæ, & vrgentes sint.

### Summaria cap. 24.

- 1 **D**isputatur, An copula carnalis, inter consanguineos habita, sit in dispensationis supplicatione exprimenda?
- 2 Quando aliquis est pluribus ligatus excommunicationibus, vna papæ, altera episcopo reservatis, potest per episcopum absolui ab excommunicatione ei reservata, remanente altera, eiusque nulla mentione facta.
- 3 Quando quis inter alia habet peccata, quorum absolutio est superiori reservata, potest per inferiorem absolui a peccatis, quorum absolutio nemini reservatur, & recurrere ad superiorem pro reservatorum absolutione.
- 4 Copula carnalis, inter consanguineos, affines, vel spirituales cognatos habita, est necessario in dispensationis supplicatione exprimenda.
- 5 Duo vincula fortiora sunt vno.
- 6 Duo impedimenta in eadem persona propter coniunctionem ad inuicem aggrauantur, & multo difficiliorem reddunt dispensationis impetrationem.
- 7 Casus mixtus diuersus est a quocunque simplici.
- 8 Incestus est matrimonio impedimento, & quando concurrit cum eo alterum impedimentum, matrimonium dirimens, vtriusque est mentio facienda in dispensationis impetratione.
- 9 Ratione copulæ præcedentis qui dispensationem petit, indignum ea se fecit. In quo quis delinquit, maxime est puniendus.
- 10 Incesti, quando dispensationem impetrant, puniuntur.
- 11 Super matrimonij impedimentis, semoto delicto, gratis dispensatur.
- 12 Copula præcedens non faciliorem, sed difficiliorem reddit principem ad dispensandum.

Vtrum vero quando sola copula carnalis præcessit inter cognatos spirituales absque matrimonio de facto contracto, talis copula sit in supplicatione dispensationis exprimenda? sequenti disputabitur.

- 13 Ultimo in hac materia notandum est illud, quod beatus Gregorius papa ad Augustinum Anglorum episcopum scripsit, & continetur. c. Quædã lex. 35. q. 3. videlicet, Experimento didiscimus, ex cõiugio scilicet in gradib<sup>us</sup> prohibitis, dispensatione etiam impetrata, sobolem non posse subcrefcere. Et idem scripsit, D. Ambrosius ad Paternum. libr. 8. epistol. epistola. 66. in fine. Quam ob rem tale coniugium dissuadendum est, nisi causæ contrahendi, dispensandique, & magnæ, & vrgentes sint.

### Summaria cap. 24.

- 1 **D**isputatur, An copula carnalis, inter consanguineos habita, sit in dispensationis supplicatione exprimenda?
- 2 Quando aliquis est pluribus ligatus excommunicationibus, vna papæ, altera episcopo reservatis, potest per episcopum absolui ab excommunicatione ei reservata, remanente altera, eiusque nulla mentione facta.
- 3 Quando quis inter alia habet peccata, quorum absolutio est superiori reservata, potest per inferiorem absolui a peccatis, quorum absolutio nemini reservatur, & recurrere ad superiorem pro reservatorum absolutione.
- 4 Copula carnalis, inter consanguineos, affines, vel spirituales cognatos habita, est necessario in dispensationis supplicatione exprimenda.
- 5 Duo vincula fortiora sunt vno.
- 6 Duo impedimenta in eadem persona propter coniunctionem ad inuicem aggrauantur, & multo difficiliorem reddunt dispensationis impetrationem.
- 7 Casus mixtus diuersus est a quocunque simplici.
- 8 Incestus est matrimonio impedimento, & quando concurrit cum eo alterum impedimentum, matrimonium dirimens, vtriusque est mentio facienda in dispensationis impetratione.
- 9 Ratione copulæ præcedentis qui dispensationem petit, indignum ea se fecit. In quo quis delinquit, maxime est puniendus.
- 10 Incesti, quando dispensationem impetrant, puniuntur.
- 11 Super matrimonij impedimentis, semoto delicto, gratis dispensatur.
- 12 Copula præcedens non faciliorem, sed difficiliorem reddit principem ad dispensandum.

- Quæ inducunt principem ad dispensandum super matrimonij impedimentis, etiam si copula præcesserit.
- 11 Quo modo obuiatur infamiae mulieris, quando copula fuit secreta.
- 12 Super simplici incestu peti non solet in aliquibus prouincijs dispensatio ad contrahendum matrimonium.
- 13 Quando cum incestu concurrit aliud matrimonij impedimentum, debet peti vtriusque dispensatio.
- 14 Episcopus non potest dispensare super incestu, quando cum eo aliud impedimentum dirimens concurrit.
- Si legatus summi pontificis habet facultatem legitimandi natos ex adulterio, item et natos ex incestu, non potest legitimare natos ex adulterio, et incestu simul.
- 15 Quannis episcopus dispenset super incestu, nihilominus impedimentum hoc, super quo fuerat dispensatum, est exprimendum in supplicatione dispensationis pro altero impedimento.
- 16 Argumentum non valet de absolutione ad dispensationem.
- Absolutio est fauorabilis, ac late interpretanda.
- Dispensatio respectu illius, cui conceditur, est odiosa, ac stricte interpretanda.
- 17 Titius impetrauit a papa dispensationem ad contrahendum matrimonium cum Berta eius cognata, impetrata autem dispensatione, antequam matrimonium contraheretur, habuit copulam incestuam cum eadem Berta: inquitur, An sit necessarium iterum coram Romano pontifice exprimere simul cum antiquo cognationis impedimento nouum incestum commissum, vel sufficiat episcopi dispensatio super patrato incestu.
- 18 Post concilij Tridentini tempus non solet papa per se ipsum immediate dispensare super matrimonij impedimentis: sed committit dispensandi facultatem, vel episcopo, vel confessorio, &c.
- Mandatum ad dispensandum non habet dispensationis vim, quousque delegatus super matrimonij impedimento dispenset.
- 19 In ambiguis tutior pars est eligenda.

## Capitulum

## Capitulum vigesimum quartum.

Copula carnalis, inter cōsanguineos, affines, vel spirituales cognatos habita, est necessario in dispensationis supplicatione exprimēda.

**I** X capitulo præcedenti huic reseruauimus disputandum, An copula carnalis habita inter consanguineos, affines, vel spirituales cognatos absque matrimonio de facto contracto, sit in supplicatione dispensationis exprimenda?

Pro cuiusnegatiua parte in primis facit, quia ea copula faciliorem reddit dispensationis impetrationem, siquidem potest inducere principem ad dispensandum, vt superius c. 22. diximus.

Præterea infamia, ex delicti manifestatione mulieri imminens, si incestus est secretus.

Deinde: quia super simplici incestu nō solet peti dispensatio ad contrahendum matrimonium cum muliere neque consanguinea, neque affine, vt affirmant nonnulli, quos defendit, & sequitur Antonius Cordubens, lib. 1. q. 12. art. 2. sui quæstionarij.

Vltimo: quia quanuis dispensatio sit necessaria, episcopus tamen potest super incestu dispensare, remanente consanguinitatis, vel affinitatis impedimento, & c. pro quo solo potest fieri ad summum pontificem recursus.

**2** Hoc quintum argumentum ex eo confirmatur, quod quando aliquis est pluribus ligatus excommunicationibus, vna papæ, altera episcopo reseruatis, potest per episcopum absolui ab excommunicatione ei reseruata, remanente altera, eiusque nulla mentione facta, iuxta glossam communiter receptam in capitulo. Ex parte, de officio ordina. Et similiter quando quis inter alia habet peccata, quorū absolutio est superiori reseruata, potest per inferiorem absolui a peccatis, quorum absolutio nemini reseruatur

atur

uatur, & recurrere ad superiorem prælatum pro reservationum absolutione secundum communem theologorum, & summistarum opinionem, quam vna cum aliis lib. 3. de casuum reservatione. c. 7. recensimus.

3 Quibus non obstantibus Romæ in prætoriiis & summæ poenitentiarie, & datarie copula carnalis habita exprimi consuevit vel in eadem dispensationis supplicatione, quando incestus est publicus, vel in alia occulta, facta vtriusq; impedimenti mentione, quando est secretus: & ita debet fieri iuxta tradita per Franc. Sarmiento select. interpre. li. 1. c. 9.

4 Ratio huius styli potest esse prima: quia quando præcessit carnalis copula, concurrunt duo matrimonij impedimenta in eandem personam, vnum dirimēs, videlicet consanguinitas, vel affinitas, vel cognatio spiritualis: alterum, dum taxat impediens matrimonium contrahendum cum quacunque, nempe incestus. Quam ob rem difficiliorem efficiunt principē ad dispensandum: quia duo vincula fortiora sunt vno, anthen. Itaque. C. Commu. de success. & c. 1. de treg. & pace.

5 Secunda: quia duo impedimenta in eadem persona propter coniunctionem ad inuicem aggrauātur, & multo difficiliorem reddunt dispensationis impetrationem. In cuius confirmationem plurimum facit. c. 2. de filiis presb. li. 6. cum glossa penult. eiusdem. c. & tertio Ancharrani notabili, quod supra. c. 23. nu. 11. retulimus.

6 Tertia: quia casus mixtus diuersus est a quocunque simplici, vt. c. præcedenti. nu. 9. ostendimus.

7 Quarta: quia cum incestus de iure pontificio sit matrimonio impedimento, necessario in dispensationis impetratione est exprimendus, ne dispensatio subreptitia censeatur iuxta ea, quæ tradidimus lib. 30. disput. disputatione 21. nu. 26. Quam ob rem Couarr. in epit. de sponsal. 2. p. c. 6. §. 4. nu. 11. & ante ipsum Dominicus consil. 33. docent, irritam fore Romani pontificis dispensationē super aliquo impedimento, matrimonium dirimēte, si in eadem dispensatione mētio non fiat de cognatione spirituali, quæ inter impeditos

impeditos aderat, per catechismum tantum contracta:

8 Quinta, quia ratione copulæ carnalis præcedentis, qui dispensationem petit, indignum ea se fecit, etiam si alias habuisset causam iustam, vt cum eo dispensaretur, iuxta tradita concilij Trid. sess. 24. c. 5. de reform. matrimonij.

9 Quam ob rem iustissime sane huiusmodi homines incesti, quando dispensationem impetrant, puniuntur vel multa, vel aliis pœnis reuerendissimi Datarii arbitrio, etiam si alias gratis debeat super matrimonij impedimentis concedi dispensatio iuxta decretum concilij Trident. sess. 24. c. 5. de reform. matrim.

10 Ad primum in contrarium respondetur, copulam carnalem præcedentem non inducere principem ad dispensandum, sed eum difficiliorem reddere: ob idque punitur homo incestus vel multa, vel aliis arbitrariis pœnis, vt diximus. Infamia autem mulieris ex copula carnali resultas, vel plurimorum scandalum, vel perpetuus, & inuitus mulieris cælibatus, vel proles ex copula suscepta, vel inimicitia inter cognatos viri, mulierisq; imminentes, vel quid simile, inducit principem ad dispensandum, etiam si ratione incesti, qui dispensationem petit, se fecerit ea indignum.

11 Ad secundum respondetur, infamiae mulieris, quando incestus est secretus, sufficienter obuiari per supplicationem secretam, in qua vtriusque impedimenti mentio fiat, prout superius nu. 3. in quæstionis resolutione tetigimus.

12 Ad tertium sic respondetur. Quanuis super simplici incestu peti non soleat in aliquibus prouinciis dispensatio ad matrimonium contrahendum: verum tamen quando simul cū incestu concurrat aliud impedimentū, quod matrimonium dirimit, solet, & debet peti vtriusq; dispensatio.

13 Ad quartum respondetur primum, episcopum nō posse, dispensare super incestu, quando cum eo aliud impedimentum, quod matrimonium dirimit, concurrat. Quod quidem confirmatur, quia si legatus summi pontificis haberet facultatem legitimandi natos ex adulterio, item & natos ex incestu, non posset legitimare natos ex adulterio, & incestu



ex adulterio, & incestu simul secundum communio-  
 re opinionem: videlicet Ioan. Calder in. q. quæ inci-  
 pit, Papa concessit, quem sequuntur Ioan. Andræ. & Imola,  
 & Aretinus in cap. At si clerici. §. De adulteriis. de iudic.  
 Ioan. de Imola iterum in. l. Si ita scriptum. notab. i. ff. de  
 lib. & posth. Archidia, in. c. Vigorem. 27. q. 1. Geminian. in  
 c. Susceptum. nu. 5. de rescriptis. lib. 6. & in cap. Nos con-  
 suetudinem. dist. 12. Ancharran. in repetitione regulæ, Ac-  
 cessorium. de regul. iuris. libro. 6. Iasson, Aretinus, & Al-  
 ciatus in. l. 2. ff. de verborum obligat. Tiraquellus de legi-  
 bus connub. glossa. 3. nu. 63. Contra quos scio tenere Bar-  
 tolum in. l. Stipulationem. ff. de verborum oblig. Baldum,  
 Alexandrum, Angelum, Ludouicum Romanum in. l. Si ita.  
 ff. de liberis & posthum. Decium in. c. At si clerici. §. De  
 adult. de iud. Abb. in cap. fin. de simo. cum pluribus aliis.  
 Sed prioris opinionis maior chorus, & concinnior est,  
 vt affirmant Iasson, & Abbas locis proxime citatis.

14 Iterum respondetur, etiam si episcopus super incestu  
 dispenset, esse nihilominus impedimentum hoc, super  
 quo fuerat dispensatum, in supplicatione dispensationis  
 pro altero impedimento exprimendum iuxta textum in  
 capit. 2. de filiis presbytero. libro. 6. & doctrinam Anchar-  
 rani, & Geminiani, quam capitu. præcedenti numero. 11.  
 retulimus.

15 Ad quintum respōdetur, argumentum non valere de  
 absolute ad dispensationem: quia absolutio est maxi-  
 me fauorabilis capit. Ex literis de præbend. & l. Fauora-  
 biliores. ff. de regulis iuris. Dispensatio autem maxime  
 odiosa, quatenus respicit eum, cui conceditur. Quam  
 ob rem illa late, hæc vero strictè interpretanda est.

16 Circa tradita in hoc capitulo dubium frequentissimum  
 solet occurrere. Videlicet Titius impetrauit a summo  
 pontifice dispensationem ad contrahendum matrimo-  
 nium cum Berta eius cognata, post impetratam autem  
 dispensationem antequam matrimonium contraheretur,  
 habuit copulam incestam cum eadem Berta: inquitur,

an sit necessarium, iterum coram Romano pontifice exprimere simul cum antiquo cognationis impedimento nouum incestum commissum, vel sufficiat episcopi dispensatio super patrato incestu?

Videtur sufficere episcopi dispensatio super nouo incestus impedimento: quia per dispensationem summi pontificis sublatum fuit cognationis impedimentum, & postea successit incestus; super quo solo potest episcopus dispensare.

Sed hoc argumento non obstante, videri videor, non sufficere episcopi dispensationem super nouo incestus impedimento: se operæpretium esse, iterum a summo pontifice dispensationem impetrare, facta in dispensationis supplicatione vtriusque impedimenti mentione.

Primum propterrationes, quibus sententiam nostram superius confirmauimus a nu. 4. vsque ad. 15. quæ pariter responsum hoc nostrum probant.

17 Iterum, quia post concilij Tridentini tempus non solet papa super matrimonij impedimentis per se ipsum immediate dispensare: sed committit dispensandi facultatem vel episcopo, vel confessario, & c. iuxta tradita a nobis supra capitulo. 23. nume. 1. & 2. mandatum autem ad dispensandum non habet dispensationis vim, quousque delegatus, facultate sibi concessa vtens, super matrimonij impedimento dispense, vt supra ostendimus eodem cap. 23. nu. 2.

Tertio, quia quâuis papa per se ipsum immediate dispense, dispensat tamen ad effectum contrahendi matrimonium: quare non obstante dispensatione impetrata, copula prænarata incesta fuit, vt potè ante matrimonium perpetrata.

Sed adhuc animo huc, & illuc fluctuo. Nam saltem secundum opinionem Bartoli & illorum, quos supra citauimus num. 13. (Qui tenent, quod si legatus papæ haberet facultatem legitimandi natos ex adulterio, item & natos ex incestu, posset legitimare natos ex adulterio, & incestu simul) poterit episcopus super vtroque impedimento

mento dispensare. Nam iam habet facultatem a summo pontifice dispensandi super cognationis impedimento, & ipse potest iure proprio super incesto dispensare.

18 Hæc autem ratio non me astringit: nec etiam cogit omnino illos, qui Bartoli opinionem sequuntur. Quia antequam dispensatio papæ, vel mandatum ad dispensandum speciatim cum Titio, suum effectum sortiretur, incestus interuenit: quare eius faciēda est mentio corā ipso papa, dispensante, vel delegante dispensandi facultatem, propter rationes, quibus responsum nostrum supra corroborauimus a nu. 4. vsque ad. 15. Et quanuis quæstio anceps sit, nihilominus ante contractum matrimonium, vt tutius ita consulendum arbitror. Quoniā in ambiguis tutior pars est eligenda. c. Illud. de cleric. excommun. Nam bene (inquit Cicero) præcipiunt, qui vetant, quidquam agere, quod dubites, æquum ne sit, an iniquum, iuxta adagium, Quod dubites, ne feceris.

*Tractatus de spirituali cognatione numeris  
omnibus absolutus.*

*Laboribus<sup>a</sup> omnia nobis dii venditant bona.*

**Annotationes ad cap. 24.**

**CLII. DE LABORE, ET OTIO. A:**

- 1 Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradysum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum. Genesis. 2.
- 2 Genesis. 3. Adæ vero dixit Deus, quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinæ, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terrā, de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris.

- 3 Iob. 5. Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum.  
 4 Prouerb. 12. Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, stultissimus est.  
 5 Seneca epistola. 31. Generosos animos labor nutrit.  
 6 Cicero libr. 1. de oratore. Iustus, ac honestus labor honoribus, præmiis, splendore decoratur.  
 7 Salustius in Iugurtha. Audiui sæpenumero, munditias mulieribus, labores viris conuenire.  
 8 Xenophon dicebat, nullam esse veram voluptatem citra laborem.  
 9 Aulus Gellius hæc verba ex Catonis oratione ad milites refert: Mementore, si quid vnquam recte per laborem feceritis, labor ille cito a vobis abscedit, benefactum autem semper remanebit. Si quid vero nequiter per voluptatem: voluptas repente abibit, nequiter illud factum apud vos semper stabit.  
 10 Pittacus. Torius honesti dux, & continentia fundamentum in primis labor.  
 11 Hesiodus. Per labores virtus incedit.  
 12 Plato. Breuis virtutis labor, æterna voluptas.  
 13 Lassus Hermioneus rogatus a quo sapientiam didicisset? A labore, inquit, & experientia.  
 14 Menander. Cuncta & labore, & diligentia deprehendi possunt. Laborare necesse est volentibus fortunatos esse.  
 15 Epicharinus. Laboribus omnia nobis dii venditant bona.  
 16 Euripides. Laborantes Deus adiuuat. Labor gloria pater. Fortunam laboribus venari oportet. Nullo modo quis citra laborem felix esse, neque gloria asequi vllam potest.  
 Sapientia. c. 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus.  
 17 Suavis est laborum præteritorum memoria.

Seneca in trage.

*Quod fuit datum pati, meminisse dulce est.*

Menander.

*Quam suauè sapientibus recordari laborum.*

Phosylides.

18 *Nullam sine labore est hominibus facile opus:*

Horatius satyra. 9.

19 *Nil sine magno*

*Vita labore dedit mortalibus.*

Vergilius lib. 1. georgic.

20 *Labor omnia vincit*

*Improbis.*

- 21 Matthæ. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: & c.
- 22 Diuus Augustinus lib. de virginitate. Mutatio laboris inducit sine quietis.
- 23 Exodi. c. 10. Memento, vt diem Sabbathi sanctifices. Sex diebus operabis, & facies omnia opera tua. Septima autem die Sabbathum Domini Dei tui est: non facies omne opus in eo tu, & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena, qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus cælum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt, & requieuit in die septimo, idcirco benedixit Dominus diei Sabbathi, & sanctificauit eum.
- 24 Quum. D. Ioannes apostolus per dicem sibi viuam oblatam recreationis gratia demulceret, adolescens quidam, eum videns, sociis dixit: Animaduertite, quo modo ille senex, sanctus reputatus, vt puer cum auicula ludit. Tunc Ioannes eum vocans, iussit, vt arcum, quem manu tenebat, tenderet. Quod cum semel fecisset adolescens, nil ei dicente apostolo, arcum mox remisit. Cui Ioannes, Quare non tensum diu tenuisti arcum, sed cito remisisti? Respondit adolescens, Quia si diu tenus teneretur, ad iaculandum infirmior redderetur. Cui Ioannes, Sic & humanus animus ad contemplandum debiliior efficeretur, si semper in rigore meditationis persisteret, & non quandoq; honeste recrearetur. D. Antoninus. l. p. histo. tit. 6. c. 6. §. 3.

## Cato.

- 25 *Interpone tuis interdum gaudia curis,*  
*Vt possis animo quenuis sufferre laborem.*
- 26 Aristoteles. 8. lib. politici. Omnis laborans requie indiget. Et. 4. libr. ethico. Requies, & ludus in vita videntur necessaria.
- 27 Plato. Interdum labori miscenda est *otiosa*, interponenda honesta oblectatio: non equidem viuendum vt ludas, quod vt stultum, ita puerile: ludendum tamen aliquando honeste, vt ferias res geras.

## DE OTIONE QVAM.

- 1 Ecclesiastici. c. 38. Multam malitiam docuit otiositas.
- 2 Ezechiel. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ: superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsorum, & filiarum eius. Et manum egeno, & pauperi non porrigebant.
- 3 Matthæi. 20. Quid hic statis tora die otiosi, & c.
- 4 Inter laudes mulieris fortis prouerb. 30. recensetur, Et panem otiosa non comedit. & c.
- 5 Prouerb. 28. Qui operatur terram suam satiabitur panibus, qui autem sectatur otium, replebitur egestate.

6 Notus est apologus de formicis, exprobrantibus cicadæ, quod totam  
æstatem nihil aliud quam cecinisset otiose, eoque mendicaret in hyeme.

7 Hieronymus ad Rusticum monachum, cuius verba referuntur cap.  
Nunquam. de consecrat. d. 5. Facito aliquid operis, vt te semper diabo-  
lus inueniat occupatum, & c.

8 D. Chrysolomus super Ioannē homel. 26. Peruersi facti sumus otio.  
Non laborare, nos corrumpere, assuevit.

9 Innocentius. 3. in. c. Nisi cum pridem. 5. Verum. de renuntiat. Otio-  
sitas, & voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseræ animas capiendas.

10 Cicero lib. 2. de natura deorum, & Seneca epist. 19. ad Lucil. Otiosi  
homines perinde sunt, ac si non essent.

11 Demetrius philosophus otiosos homines mare mortuum appellabat.

12 Plato lib. de republ. Otiositas pestilentia mortalium est.

13 Seneca lib. de clementia. Emollit otium vires, sicut rubigo ferrum.

Ouidius lib. 1. de ponto elegia. 6.

14 *Cernis, vt ignaquam corrumpunt otia corpus.*

*Et vitium capiant, ni moueantur aquæ*

Menander.

15 *Quam multa mortalibus otium facit mala.*

Ouidius lib. 1. de remedio amoris.

16 *Otia si tollas, periere Cupidinis arcus.*

Cato.

17 *Plus vigilia semper, ne somno deditus esto,*

*Nam diuturna quies vitii alimenta ministrat.*

18 Illud Attilij celebrat Cicero lib. de finibus: Satius est otiosum esse,  
quam nihil agere. Id est, Melius est esse in otio, quam frustra laborare.

19 Plato solebat discipulos admonere, Videte, vt otium in re quapiam  
honestâ collocetis.

20 Seneca in prouerbiis, Quies tibi, non desidia sit: & quum ab aliis lu-  
ditur, tu sancti aliquid, honestique tractabis.

21 Ignavis semper feriæ sunt. Olim valde potentes fuere Tarentini, sed  
delitiæ eos perdiderunt: quia plures apud eos festi dies per annū, quam  
apud alios celebrabantur, propter otium, & delicias instituti.

22 Gymnosophistæ apud Indos nihil magis odio prosequerantur, quam  
segniciem, ac torporem animi. Quo circa ante cœnam ab adolescenti-  
bus rationem exigebat, quid officij, quidve negotij per diem peregis-  
sent: & illis solis sculenta apponebant, quorum industriam comproba-  
bant. Illos autem ex cœnaculo expellebant, qui per ignauitiam nihil egis-  
sent: & cibum officio, negotiove vt lucrarentur, imperabant, quod scri-  
bit Franciscus Patritius li. 1. de instit. reipublicæ tit. 8.

- 23 Lege Draconis otij damnati capite puniebantur.
- 24 Apud Ægyptios, vt scribit Diodorus, lex fuit, qua singuli cogebantur nomina sua apud præfides profiteri, & qua arte, quoque lucro viverent, ostendere.
- 25 Apud Athenienses inertes tanquam obnoxij delicto in forum protrahebantur, vt punirentur. Valerius Maximus li. 2. sub titu. de institutis antiquorum.
- 26 Areopagita, (qui officium simile Romanis censoribus gerebāt) quid quisque Atheniensium ageret, aut quonam quæstu sustentaretur, diligentissime inquirere solebant: vt homines honestæ vitæ rationem, memores reddendam esse, sequerentur. Idem Valerius lib. & tit. citato.
- 27 Ignavi, & otiosi homines in republica sunt, veluti fuci in alueis: digni sane, vt vrbe extorres fiant.
- Aufonius.
- 28 *Sanus piger, febriente multo est nequior.  
Potat duplum, dapesq; duplices deuorat.*
- 29 Matthæi. 12. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Diuus Gregorius homelia. 6. Otiosum quippe verbum est, quod aut necessitate, aut vtilitate caret.

*Plura continet progressu, quam in fronte  
opus promisserat.*


FINIS.

Laus Deo.

Pampilonæ,


Excudebat Thomas Porralis.


Anno M. D. LXXXVIII.













# AVCTORES IN HIS citati opusculis sunt.

(527)

A.

I.



Bdias.  
Adā theologus  
scholasticus.  
Adamus Frācif-  
canus.  
Adrianus papa.

Ægidius Romanus.  
Ægidius Perrinus.  
Ægidius Bellamera.  
Ælianus.  
Æneas Syluius.  
Æsopus.  
Albericus de Rosate.  
Albertus Magnus.  
Albertus Pighius.  
Albertus Brunus.  
Albumazar.  
Alcinous Platonius.  
Alexander Afrodisæus.  
Alexander Alensis.  
Alexander de Imola.  
Alexander ab Alexandro.  
Alfonso a Castro Hispanus.  
Alfonso a Vega Hispanus.

Alfonso de Villegas Hisp.  
Alfonso Tostatus, episcopus  
Abulens. Hispanus.  
Alfonso Alvarez Guerrero  
Hispanus.  
Algazelles.  
Almericus Bonchardus.  
Aloysius Lippomanus.  
Aluarus Pelagius Hispanus.  
Amatus Lusitanus Hispanus.  
D. Ambrosius.  
Ambrosius Catharinus.  
Ambrosius Calepinus.  
Ambrosius de Morales Cordu-  
bens.  
Ammianus Marcellinus.  
Andreas ab Exea. (lus.  
Andreas Barbata, alias Sicu-  
Andreas Alciatus.  
Andreas Tiraquellus.  
Andreas de Isernia.  
Angelus de Clualio.  
Angelus de Perusio.  
Angelus Politianus.  
Angelus Aretinus.  
D. Anselmus. (rent.  
D. Antoninus Archiepis. Flo-

Antonius Corsetus.  
 Antonius de Butrio.  
 Antonius Nebriffensis territo-  
 rij Hispalensis.  
 Antonius de Padilla Hispan.  
 Antonius Gabriel.  
 Antonius Augustinus Hisp.  
 Antonius Cordubensis theo-  
 logus Hispanus.  
 Antonius Maria Papazon.  
 Antonius Gomez Hispanus.  
 Apollinarius.  
 Apuleius:  
 Aratus poeta.  
 Aristarchus.  
 Aristæus.  
 Aristobolus.  
 Aristophanes.  
 Aristoteles.  
 Arnobius.  
 Artabanus.  
 Asclepiades.  
 Astensis summa.  
 D. Achanasius.  
 Athenæus.  
 Attilius.  
 Auctortabulæ. D. Thomæ.  
 Auerroiz Cordubensis:  
 Augustinus Eugubinus.  
 Augustinus Niphus.  
 Augustinus de Bero.  
 Augustinus Auconas.  
 Auicembrot.  
 Auicena Hispalensis.  
 Aulus Gellius.  
 D. Aurelius Augustinus.

Aurelius Victor.  
 Aufonius Gallus.  
 Azon.

B.

84.  
 Baldus de Perusio.  
 Bartholomæus Cassaneus.  
 Bartholomæus Fumus.  
 Bartholomæus Cæpola.  
 Bartholomæus Carranza de  
 Miranda Hispanus.  
 Bartholomæus Salicetus.  
 Bartholomæus Socinus.  
 Bartholomæus a Medina Hif.  
 Bartholomæus de Torres Na-  
 harrus Hispanus.  
 Bartolus de Saxoferrato.  
 D. Basilius Magnus.  
 Beda.  
 D. Bernardus.  
 Bernardus de Bustis.  
 Bernardus Compostellanus  
 Hispanus.  
 Bernardus Diaz de Lugo Hif.  
 Berofus.  
 Biblia sacra.  
 Blondus.  
 Boethius Seuerinus.  
 Bolognetus.  
 D. Bonauentura.  
 Bonifacius Vitalinus.  
 Breuiarium.  
 S. Brigidæ reuelationes.  
 Burchardus.

C.

110

**C**æsar Lambertinus.  
 Cæfarius Arelatensis.  
 Capreolus.  
 Carbilius.  
 Carolus Sigonius.  
 Carolus Molinaeus.  
 Caffiodorus.  
 Caffianus.  
 Catechismus Romanus.  
 Cato.  
 Catullus.  
 Chaldaeus paraphraftes.  
 Ching historia.  
 Chryfoftomus Iauellus.  
 Cinus.  
 Ciuitates orbis terrarum.  
 Claudianus.  
 Claudius Spenceus.  
 Cleantes.  
 D. Clemens Romanus.  
 Clemens Alexand.  
 Cleomedes.  
 Collectarius.  
 Columella.  
 Communes opiniones.  
 Concilia omnia.  
 Conrradus Lagus.  
 Conrradus theologus.  
 Constitutiones fynodales di-  
 uerfe.  
 Cornelius Celfus.  
 Cornelius Ianfenius.

Cratinus.  
 D. Cyprianus.  
 D. Cyrillus & Hierofolymi-  
 tanus, & Alexand.

D.

145.

**D**amasus papa Hisp.  
 •Demetrius Phalerus.  
 Democritus.  
 Demosthenes.  
 Defiderius Erasmus.  
 Didacus Couarruias Hisp.  
 Didacus de Astuña Hisp.  
 Didimus.  
 Dinus.  
 Diodorus Siculus.  
 Diodorus Tarsenfis episcop⁹.  
 Diogenes Laertius.  
 Dion.  
 D. Dionysius Areopagita.  
 Dionysius Alicarnasseus.  
 Dionysius Alexan.  
 Dionysius Carthusianus.  
 Dioscorides.  
 Dispauterius.  
 Dominicus de S. Geminiano.  
 Dominicus a Soto Hispanus.  
 Dominicus Bañez Hispanus.  
 Durandus theologus.

E.

168

**E**bulius, qui & Methodius.  
 Egesippus.

Emanuel Xuares Hispanus.  
 Ennius.  
 Epicurus.  
 Epigrammatarius.  
 D. Epiphanius.  
 Euagrius.  
 Euripides.  
 Eusebius Cæsariens.  
 Eusebius Emesenus.  
 Eustathius.  
 Euthimius.

Franciscus Aretinus.  
 Franciscus Ripa.  
 Franciscus Duarenus.  
 Franciscus Sarmiento Hisp.  
 Franciscus Horantius.  
 Franciscus Vincentius de Tor-  
 namira Hispanus;  
 Franciscus Conanus.  
 Franciscus de Ribera Hisp.  
 D. Fulgentius.

F.

181.

**F** Abius Pictor.  
 Faustus.  
 Federicus Senensis.  
 Felinus.  
 Fenestella.  
 Ferdinandus Nuñez Hispan.  
 Flavius Vopiscus.  
 Florianus de Ocampo Hisp.  
 Florianus iurisperitus.  
 Foreirus Hispanus.  
 Fortunius Gartia Hispanus.  
 Franciscus Accursius.  
 Franciscus Vatablus.  
 Franciscus Zabarella card.  
 Franciscus Ockam.  
 Franciscus Maronis.  
 Franciscus Ferrariens.  
 Franciscus Petrarcha.  
 Franciscus Patritius.  
 Franciscus Titelmanus.  
 Franciscus a Victoria Hisp.

G.

211

**G** Abriel Biel.  
 Gabriel Saraina.  
 Gabriel Paleotus card.  
 Galenus.  
 Gaspar Calderinus.  
 Gaudentius Merulla.  
 Genebrardus.  
 Gennadius.  
 Genzelinus.  
 Gincius de Sepulveda Cordu-  
 benfis.  
 Glossa ordinaria sacrorum bi-  
 bliorum.  
 Glossatores iuris pontificij, &  
 Cæsarei.  
 Glossator summæ Raimundi.  
 Goffredus.  
 Gratianus.  
 Gregorius Nicænus.  
 D. Gregorius Nazian.  
 D. Gregorius Romanus pa-  
 pa.

NOMENCLATURA.

Gregorius Turonensis.  
 Gregorius Ariminensis.  
 Guido archidiaconus.  
 Guido Carmelita.  
 Guido musicus.  
 Guillelmus Altifiodorensis.  
 Guillelmus Parisiens.  
 Guillelmus de Môtelanduno.  
 Guillelmus Durandus, aliàs  
 speculator.  
 Guillelmus Budæus.  
 Guillelmus Varilong.  
 Guillelmus Rouirius.  
 Gūdifalvus de Illescas Hisp.

H.

242.  
**H** Ali Arabs.  
**H** Hector Pintus Hispan.  
 Henricus a Gandauo.  
 Henricus cardi, Hostien.  
 Henricus de Boich.  
 Hermodotus.  
 Herodianus.  
 Herodotus.  
 Hesiodus.  
 Hestius.  
 Hibertheologus scholasticus  
 D. Hieronymus,  
 Hieronymus Gigas.  
 Hieronymus Oforius Hispan.  
 Hieronymus Romā Hispanus.  
 Hieronym. ab Oleastro Hisp.  
 D. Hilarius.

Hippocrates.  
 Hippolytus de Marfiliis.  
 Historiæ, & vitæ sanctorū di-  
 uersę.  
 Homerus.  
 Honorius chronographus.  
 Horatius poeta.  
 Hugo de S. Victore.  
 Hugo cardinal. theologus.  
 Hugo canonum doctor.  
 Hugo de Ara.

I.

269.

**I**acobus Almain.  
**I**acobus Vngarellus.  
 Iacobus de S<sup>to</sup>. Georgio.  
 Iacobus Edessenus Syrus.  
 Iacobus Menochius.  
 Iacobus Cuiacius.  
 Iacobus Septimacensis Cor-  
 dubensis.  
 Iacobus Latomus.  
 Iason Maynus.  
 D. Ignatius.  
 Innocentius papa.  
 Ioannes Baptista Fulgosius.  
 Ioannes Baptista Carmelita.  
 Ioannes Baptista Mantuanus.  
 Ioannes Boemus.  
 Ioannes Piculus Mirand.  
 Ioannes Baptista Trobamala,  
 auctor summæ Rosellæ.  
 Ioannes Imolensis.



Ioannes de Mena Corduben-  
 sis.  
 Ioannes Eckius.  
 D. Ioannes Damascenus.  
 Ioannes de Neuizanus.  
 Ioannes Bottaneus.  
 Ioannes Iersoni.  
 Ioannes a Medina Hispanus.  
 Ioannes Ferus.  
 D. Ioannes Chrysoftomus.  
 Ioannes de Acoſta Hispanus.  
 Ioannes a Maioribus.  
 Ioannes Viguerius.  
 Ioannes Tabienſis.  
 Ioannes Andreas.  
 Ioannes de Lignano.  
 Ioannes Trullus Hispanus.  
 Ioannes Driedo.  
 Ioannes Roffenſis.  
 Ioannes Baptiſta Platina.  
 Ioannes Boccatius.  
 Ioannes Baptiſta Folengius.  
 Ioannes Monachus.  
 Ioannes de Ananias.  
 Ioannes de Neapolis.  
 Ioannes Lupus Hispanus.  
 Ioannes de Platea.  
 Ioannes Triburgenſis.  
 Ioannes Grammaticus.  
 Ioannes de Baſolis.  
 Ioannes Rauifius Textor.  
 Ioannes Bertachinus.  
 Ioannes de Nicolai.  
 Ioannes Calderinus.  
 Ioannes Corraſius.  
 Ioannes de Selua.

Ioannes Baptiſta Egnatius.  
 Ioannes a Turrecremata Hiſ-  
 panus.  
 Ioannes Lodonius viues Hi-  
 ſpanus.  
 Ioannes Annius.  
 Ioannes Duſ Scotus.  
 Ioannes Trithemius.  
 Ioannes Huarte Hiſpanus.  
 Iodocus Clichtoucus.  
 Iosephus Iudæus.  
 Iouianus Pontanus.  
 D. Ireneus.  
 D. Iſidorus Hiſpalenſis.  
 Iulius Ceſſus.  
 Iulius Clarius.  
 Iulius Cæſar.  
 Iulius Capitulinus.  
 Iulius Paulus.  
 Iuo Carnotenſis.  
 Ius pontificiũ, & Cæſareum.  
 D. Iuſtinus martyr.  
 Iuſtinus historiographus.  
 Iuuenalis poeta.

## L.

344

**L** Actantius Firmianus.  
 Lanfrancus de Oriano.  
 Lopus.  
 Laurentius Valla Hiſpanus.  
 Laurentius Surius.  
 Leges Hispaniarum.  
 Leonides.  
 D. Leo papa.

Liber de causis.  
 Liber sacrarum caeremoniarū.  
 Licinius Mutianus.  
 Ludouicus Cælius Rhodigi-  
 nus.  
 Lucas de Pena.  
 Lucanus Hispanus.  
 Lucianus.  
 Ludouicus Granatens. Hisp.  
 Ludouicus Romanus.  
 Ludouicus Gomesius Hisp.  
 Ludouicus Ariostus.  
 Lusitana historia.

M.

364.

**M** Acrobius:  
 Manethon.  
 Marcus Varro.  
 Marcus Tullius Cicero.  
 Marcus Antonius Sabellicus.  
 Marcus Manilius.  
 Marianus Socinus.  
 Marsilius theologus.  
 Marsilius Ficinus.  
 Martialis poeta Hispanus.  
 Martinus de Magistris.  
 Martinus abbas.  
 Martinus Laudensis.  
 Martinus Martinez Hispanus.  
 Martinus a Ledesma Hisp.  
 Martinus Polonus.  
 Martinus de Azpilcueta, do-  
 ctor Nauarrus Hispanus.  
 Martinus Ignatius Hispanus.

Matthæus Matthesianus.  
 Marullus.  
 S. Maximus episcopus.  
 Melchior Canus Hispanus.  
 Melchior Gallego Hispalen.  
 Menander.  
 Mercurius Trismegistus.  
 Metasthenes.  
 Methodius, qui & Ebulius.  
 Michaël Psēlius.  
 Michaëla Medina Hispanus.  
 Mimus.  
 Missale.  
 Motus proprij aliquorū sum-  
 morum pontificum.

N.

396.

**N** Ellus de Sancto Gemi-  
 niano.  
 Nicander.  
 Nicephorus Calistus.  
 Nicolaus abbas Panormit.  
 Nicolaus Lyranus.  
 Nicolaus Leontius.  
 Nicolaus de Neapolis.  
 Nicolaus Euerardus.  
 Nigidius.  
 Nonius:

O.

406.

**O** ctavi<sup>o</sup> Oratian<sup>o</sup> medicus  
 Oecumenius.  
 Olao Magnus.

Oldrandus.  
Opiniones communes.  
Origenes.  
Orpheus.  
Ouidius.

P.

414.

**P** Aladius.  
Pallades.  
Palea, Gratiani discipulus.  
Paulinus, Nolanus episcopus  
Paulus Orosius Hispanus.  
Paulus Ægineta.  
Paulus de Leazaris.  
Paulus Castrensis.  
Paulus Zonzinas.  
Paulus Grilandus.  
Paulus de Citadinis.  
Paulus Iouius.  
Paulus Manutius.  
Paulus Burgenfis Hispanus.  
Pausanias.  
Perfius.  
Petrus Lombardus, sententia  
rum migister.  
Petrus de Tarantasia.  
Petrus de Aliaco.  
Petrus Canisius.  
Petrus Luna.  
Petrus Paulus Parisius.  
Petrus Ancharranus.  
Petrus de Palude.  
Petrus Crinitus.  
Petrus Comestor.

Petrus Rebuffus.  
Petrus a Bergamo.  
Petrus Damianus.  
Petrus Mexia Hispalensis.  
Petrus Aureolus.  
Petrus de Aragon Hispanus.  
Philastrus Brixienfis.  
Philippus presbyter.  
Philippus Probus.  
Philippus Francus.  
Philippus Beroaldus.  
Philippus Decius.  
Philo Iudæus.  
Philostratus.  
Phlegon.  
Phocylides.  
Pindarus.  
Pisana, & Pisanelia summa.  
Plato.  
Plautus.  
Plinius vterque.  
Plotinus.  
Plutarchus.  
Polibius.  
Policratus.  
Polydorus Virgilius.  
Pomponius Mela Hispanus.  
Porphirius.  
Posidonius.  
Præmatica sanctio Gallica.  
Præpositus.  
Prætermiffa. C.  
Probus grammaticus.  
Proclus.  
Procopius Gazeus.  
Propertius.

# NOMEN CLATVRA.

Ptolemæus.  
Puteus.  
Pythagoras.

Q.

482.

**Q** Vintilianus Hispanus.  
Quintus Curtius.

R.

484.

**R** Abanus.  
Rabbi Moyfes Ægyptius.  
Rabbi Salomon.  
Raimundus, auctor summæ.  
Raimundus Dominicanus.  
Rainerius.  
Raphaël Cumanus.  
Raphaël Volaterranus.  
Regulæ iuris.  
D. Remigius.  
Repertorium inquisitorum.  
Ricardus de Sancto Victore.  
Ricardus de Mediavilla.  
Robertus Stephanus.  
Robertus Holcot.  
Robertus Maranta.  
Robertus Lancellotus.  
Rochus Curtius.  
Rotæ Romanæ decisiones.  
Rufinus.  
Rupertus abbas.  
Rufelus Italus.

S.

506.

**S** Acerdotale Romanum.  
Sapho Græcus.  
Salustius.  
Sempronius.  
Seneca vterque Cordubensis.  
Septimius Florenus.  
Septuaginta interpretû translatio.  
Seuerus Sulpitius.  
Seruius Sulpitius iuris peritus  
Sigebertus.  
Signorollus.  
Silius Italicus poëta territorij Hispalens.  
Simplicius.  
Simeon Metaphrastes.  
Sixtus Senensis.  
Socrates historiographus.  
Solinus.  
Sozomenus.  
Stanislaus Hofius.  
Statius.  
Stephanus Gariuai, y Camallos Hispanus.  
Stobæus.  
Strabo.  
Suetonius Tranquillus.  
Suidas.  
Summa confessorum.  
Supplementum summa.  
Supplementum Gabrielis  
Biel.

Sybillę.  
 Syluester de Prierio.  
 Symphorianus.

**T.**

538.  
**T**eatrum vitę humanę.  
 Theodoretus.  
 Theophilactus.  
 Theophilo.  
 Theophrastus.  
 Theoremata philosophorum  
 antiquorum.  
 Terentius.  
 Tertulianus.  
 D. Thomas Aquinas.  
 Thomas Tancredus.  
 Thomas Valdensis.  
 Thomas de Vio Caiet. Card.  
 Thomas Stapletonus.  
 Thomas Argentina.  
 Thomas de Chauis Hispa.  
 Tibullus.  
 Titus Liuius.  
 Tractatus doctorum.  
 Trogus Pompeius.

Troilus Maluitius.

**V.**

558.  
**V**alerius Maximus.  
 Vegetius.  
 Victorius.  
 Vincentius Lyrinensis.  
 Vincentius historiographus.  
 Virgilius.  
 Vitę patrum eremitarum.  
 Vitruuius.  
 Vldaricus Zazius legisperit.  
 Vldaricus historiographus.

**X.**

568.  
**X**enophon.  
 Xenophanes.  
 Xiphinius.

**Z.**

571.  
**Z**acles.  
 Zoilus.  
 Zonaras.

573.

Tertij indicis finis.

Sacrorum bibliorum testimonia, quæ in  
his opusculis speciatim declarantur, præter alia innu-  
mera, quæ passim citantur, subscriptus  
indicat elenchus.

---

## Ex Genesis.

**C**ap. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam, & vniuersa ligna fructifera, vt  
sint vobis in escam. pag. 26. annot. 9.

Cap. 2. Non est bonum, hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile  
sibi. pag. 400. n. 10.

Item. Tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit do-  
minus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem. pag. 218. n. 38.

Item. Relinquet homo patrem suum, & matrem, & adherabit vxori suæ,  
& erunt duo in carne vna. pag. 217. n. 31.

Cap. 3. Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi.  
pag. 147. annot. 62.

Cap. 9. Omne, quod monetur, & viuit, erit vobis in cibum. pag. 26. annot. 9.

Historiæ de ebrietate & Noe Gen. 9. & Loth. c. 19. moraliter exponuntur.  
pag. 342. annot. 131. n. 3. & sequen.

Cap. 28. Vocauit itaq; Isaac Iacob, & benedixit eum, præcepitq; ei, dicens,  
Noli accipere coniugem de genere Chanaam, &c. pag. 207. n. 8.

Cap. 29. Videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. pag. 15. n. 33.

---

## Ex Exodi.

**C**ap. 13. Ne accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuer-  
tunt verba iustorum. pag. 169. n. 5. & sequen.

Cap. 18. Prouide de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in qui-  
bus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitues ex eis iudices. pag.  
168. annot. 100.

Cap. 20. Memento, vt diem Sabbathi sanctifices. pag. 434. n. 23.

Cap. 28. Partim declaratur. pag. 94. annot. 45.

Cap. 32. Explicatur. pag. 22. n. 49.

Ex

Ex Leuitici.

**C**ap. 6. Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos. pag. 114. n. 30. & pag. 152. annot. 76.

---

Ex Deuteronomij.

Cap. 6. Non tentabis dominum Deum tuum. pag. 5. n. 3. & pag. 13. n. 30.

Cap. 16. Ne accipies munera, quæ etiam exerceant prudentes, & subuertunt verba iustorum. pag. 169. n. 5. & sequen.

---

Ex Iosue.

Cap. 14. Nomen Hebron ante vocabatur Cariath Arbe: Adam maximus ibi inter Enacim situs est. pag. 369. nu. 5.

---

Ex Regum.

**L**ib. 2. c. 11. historia ruinæ Davidis cum Bersabe. pag. 340. annot. 129.  
Lib. 2. c. finale exponitur. pag. 116. nu. 33.

Lib. 3. c. 17. Surge, & vade in Sarephtha Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim tibi mulieri viduæ, vt pascat te. pag. 98. annot. 53. n. 2.

Lib. 4. c. 5. Hoc autem solum est, de quo depreceris Dominum pro seruo tuo. Quando ingredietur dominus meus templum Remmon, vt adoret: & illo innitente super manum meam, si adorauero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, vt ignoscat mihi Dominus seruo tuo pro hac re. Qui dixit ei, Vade in pace. pag. 361. nu. 19.

## TESTIMONIA.

### Ex lib. Iob.

**L**iber Iob ante Moysen fuit scriptus. pag. 139. n. 1.  
Cap. 4. Pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima sua. pag. 5. n. 4.

### Ex libro psalmorum.

**P**sal. 13. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. pag. 116. n. 33.  
31. Dixi, Confitebor aduersum me iniusticiam meam, & tu remisisti impietatem peccati mei. pag. 53. nu. 34. & pag. 6. n. 39.  
32. Rectos decet collaudatio. pag. 158. n. 5. & sequen.  
33. Mors peccatorum pessima. pag. 88. annot. 31.  
75. Vouete, & reddite domino Deo vestro. pag. 209. n. 13.  
132. Quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum, &c. pag. 405. annot. 141.  
136. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. pag. 165. n. 13.

### Ex lib. prouerbiorum.

**C**ap. 11. Vbi non est gubernator, corruet populus. pag. 43. n. 12.  
Cap. 18. Mors, & vita in manibus lingue est. pag. 144. annot. 53.  
Cap. 20. Luxuriosa res est vinum. pag. 342. annot. 131.  
Item. Misericordia, & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. pag. 35. annot. de clementia. n. 1.

### Ex lib. ecclesiastes.

**C**ap. 3. Omnia tempus habent. pag. 31. & 33. annot. 21.  
Tempus tacendi, & tempus loquendi. pag. 351. n. 3.  
Cap. 4. Funiculus triplex difficile rumpitur. pag. 405. annot. 147.  
Cap. 11. Si



## SCRIPTURÆ SACRÆ

Cap. 11. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. pag. 47. n. 23. & pag. 88. annot. 31.

---

### Ex libro canticorum.

Cap. 8. Fortis est ut mors dilectio. pag. 15. n. 33.

---

### Ex libro sapientię.

Cap. 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus. pag. 433. n. 16.

Cap. 6. Iudicium durissimum in his, qui præsumunt, fiet. pag. 33. annot. 27.

Cap. 8. Attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. pag. 60. n. 50.

Cap. 14. Deo similiter sunt odio impius, & impietas eius. pag. 361. nu. 18.

Cap. 14. Acerbo enim luctu dolens pater cito sibi rapti filij fecit imaginem, & illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam deum colere cœpit, & constituit inter seruos suos sacra, & sacrificia. pag. 34. annot. 25.

---

### Ex libro ecclesiastici.

Cap. 3. Omne animal diligit simile sibi. pag. 411. annot. 147. nu. 1.

Item. Qui amat periculum, peribit in illo. pag. 172. annot. 106.

Cap. 4. Væ soli, qui cum ceciderit, non habet subleuantem se. pag. 114. nu. 30.

Cap. 5. Quodcunque voueris, redde. Multoq; melius est non vouere, quam post votum promissum non reddere. pag. 109. n. 13.

Cap. 6. Amico fideli nulla est comparatio. pag. 155. annot. 82.

Cap. 10. Qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. pag. 29. annot. 13.

Cap. 13. Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius ad nubes producent: pauper locutus est, & dicunt: Quis est hic? pag. 416. n. 4.

Cap. 35. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus. Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir, & vxor sibi bene consentientes. pag. 405. n. 2.

Cap. 28. Abstine te a lite, & minues peccata. pag. 395. n. 7.

Cap. 34. Vir in multis expertus cogitabit multa, & qui multa didicit enarrabit intellectum. Qui non est expertus, pauca recognoscit. pag. 172. annot. 122.

Cap.

## TĒSTIMONIA.

---

Cap. 38. Multam malitiam docuit otiositas. pag. 434. n. 1.

---

### Ex Isaiaë prophetia.

Cap. 1. Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vsq; ad verticem capitis non est in eo sanitas. pag. 33. n. 4.

Item. Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera. pag. 169. n. 6. et sequent.

Cap. 5. Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. pag. 169. nu. 6. & seq.

---

### Ex Ieremiæ prophetia.

Cap. 41. Nolite occidere nos, habemus thesauros in agro. pag. 361. n. 20.

---

### Ex Eziechielis prophetia.

Cap. 33. Si speculator viderit gladium venientem, & non sonuerit buccinam, & populus se non custodierit, veneritq; gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. pag. 41. n. 3.

Cap. 34. Væ pastoribus Israel, &c. Quod infirmum fuit, non consolidastis, et quod ægrotum, non sanastis, quod contractum est, non alligastis, & quod abiectum est, non reduxistis, & quod perierat, non quesistis, &c. pag. 18. n. 41. et pag. 48. n. 25.

---

### Ex Danielis prophetia.

Cap. 9. Et erit in templo abominatio desolationis. pag. 4. n. 2. & pag. 13. n. 29.

---

### Ex Ionæ prophetia.

Cap. 3. partim explicatur. pag. 116. n. 33.

Item. Niivue erat ciuitas magna Dei itinere trium dierum. pag. 153. annot. 78.

Ex

Ex Nahum prophetia.

Cap. 2. Non est finis diuitiarum. pag. 100. n. 20. & sequent.

Ex Zachariæ prophetia.

Cap. 11. O pastor, & idolum, derelinquens gregem. pag. 7. nu. 13.

Ex Malachiæ prophetia.

Cap. 3. Audite hoc iudices domus Israel, qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis, qui in muneribus iudicatis. pag. 169. nu. 6.

Ex Matthæi euangelio.

Cap. 4. Non tentabis dominum Deum tuum. pag. 5. n. 3. & pag. 13. n. 30.

Cap. 5. Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in via cum eo. Item, Si quis te percusserit in dexteram maxillam, prebe illi & alteram: & ei, qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte et pallium. pag. 395. nu. 7.

Cap. 5. Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proiice abs te. pag. 171. annot. 106.

Cap. 7. Intrate per angustam portam, quia lata porta, & spaciofa est via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam. Quam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam. pag. 15. n. 33. & pag. 31. annot. 19.

Cap. 10. Cum persequerentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. pag. 4. n. 2. & pag. 8. n. 16. & pag. 13. n. 28.

Cap. 11. Iugum meum suauis est, & onus meum leue. pag. 5. n. 4. & pag. 14. n. 33.

Item, Facilius est, camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum celorum. pag. 99. annot. 54. & 55.

Cap. 12. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. pag. 436. n. 29.

Cap. 17. Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur? pag. 88. annot. 31.

Cap. 1.

- Cap. 18. Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proice abs te. pag. 171. annot. 106.  
 Cap. 19. Quod Deus coniunxit, homo non separet. pag. 187. n. 3. & pag. 190. n. 16. & pag. 217. n. 32.  
 Cap. 24. Cum videritis abominationē desolationis, quæ dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. pag. 4. n. 2. & pag. 13. n. 29.  
 Cap. 25. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. pag. 133. n. 83.  
 Cap. 27. Et terra mota est, &c. pag. 370. n. 7.

### Ex Lucæ euangelio.

- Cap. 2. Quo modo fiet istud, quoniam virū nō cognosco? pag. 24. annot. 5.  
 Item. Euangelizo vobis gaudium magnum. pag. 25. annot. 6.  
 Cap. 7. Quia dignus est, ut hoc illi præstes, diligit enim gentē nostram, &c. pag. 402. n. 17.  
 Cap. 11. Omne regnum in se diuisum desolabitur. pag. 406. annot. 141.  
 Cap. 16. Mortuus est autē & diues, & sepultus est in Interno. p. 88. annot. 31.  
 Item Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. pag. 83. n. 99. & pag. 100. annot. 53.  
 Cap. 17. Ite, ostendite vos sacerdotibus, &c. pag. 63. n. 57.  
 Cap. 22. Hoc facite in meam commemorationem. pag. 131. n. 55.  
 Cap. 23. Tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsque in horam nonam: et obscuratus est Sol. pag. 370. n. 8.

### Ex Ioannis euangelio.

- Cap. 1. Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, &c. pag. 231. n. 72. et pag. 238. annot. 118.  
 Cap. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto non poterit introire in regnum Dei. pag. 43. n. 14. et pag. 278. n. 7.  
 Cap. 5. Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. pag. 171. annot. 103.  
 Cap. 6. Nisi manducaueritis carnē filij hominis, et biberitis eius sanguinē, non habebitis vitam in vobis. pag. 131. n. 55. Item. Panis verus est, qui de cælo descendit, et dat vitam mundo. Et infra, Ego sum panis vite, pag. 142. n. 85. Item Caro mea vere est cibus, & sanguinis meus vere est potus, &c. pag. 142. n. 87.  
 Ca. 8. Qui sine peccato est vestrū, primū in illā lapidē mittat. pag. 363. n. 25.  
 Cap. 10. Ego sum pastor bonus, pag. 7. n. 13. et pag. 9. n. 18. et pag. 13. n. 28. Itē, Mercenarius fugit, quia mercenarius est. pag. 13. n. 28.

- Ca. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. pag. 118. nu. 38.  
 Item. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. pag. 40. nu. 2. et pag. 157. annot. 83.

Ex libro actorum apostol.

- Cap. 9. Notæ autem sunt Paulo insidiæ Iudæorum. Custodiebant autem & portas die, ac nocte, vt eum interficerent. Accipientes autem eum discipuli eius nocte, per murum dimiserunt eum, submittentes in sporta. pag. 13. nu. 28.  
 Item. In Ioppe autem fuit quædam discipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas, hæc erat plena operibus bonis, & elemosynis, quas faciebat, &c. pag. 98. annot. 53. n. 1.  
 Cap. 17. Ignoto deo. pag. 371. n. 8.  
 Cap. 20. Beatius est dare, quam accipere. pag. 35. annot. de liberalitate. n. 11

Ex Pauli epistolis  
 ad Romanos.

- Cap. 1. Græcis, ac barbaris, sapiētibus, & insipiētibus debitor sum. pag. 177.  
 Item. Non solum quia faciunt, sed qui consentiunt facientibus. pag. 356. n. 4. vsque ad finem c.  
 Cap. 2. In quo iudicas alterum, te ipsum condemnas, eadem enim agis, quæ iudicas. pag. 361. n. 25.  
 Cap. 3. Non sunt facienda mala, vt bonum eueniat. pag. 16. n. 36.  
 Cap. 7. Quæ sub viro est mulier, viuente viro, alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri. pag. 217. n. 33.  
 Cap. 12. Honore inuicem præuenientes. pag. 257. n. 1. et sequent.  
 Cap. 13. Qui diligit proximum, legem impleuit. pag. 157. annot. 83.  
 Cap. 14. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? pag. 278. n. 9.  
 Cap. 16. Lucius, et Iason, et Socipater cognati mei. pag. 156. n. 6.

Ad Corint. I.

- Cap. 4. Sic nos æstimet homo vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. pag. 187. n. 9.  
 Item. In Christo Iesu per euangelium ego vos genui. pag. 294. nu. 1. & pag. 297. n. 12.  
 Cap. 5. Quid mihi de iis, qui foris sunt iudicare? pag. 278. n. 9.

## TESTIMONIA.

---

Cap. 6. Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos: quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? pag. 395. n. 7.

Cap. 7. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, Sed mulier. pag. 362. n. 22.

